PRAET. 3. p. f. m. in pausa, unde (·) pro (-) sub ד, אִישׁ לֹא נֶעְדָּר, Isai. 40. v. 26. *nullus desideratur.* 3. p. f. f. in pausa, quare (·) loco תָּ (·) sub ד, נֶעְדָּרָה *deerit.*

BEN. f. f. ex termin. ת, præcedenti duplici (·), וַתְּהִי הָאֱמֶת נֶעְדֶּרֶת, Isai. 59. v. 15. Lxx. καὶ ἡ ἀλήθεια ἦρται *& veritas sublata est.* Vulg. *& facta est veritas in oblivionem*; Alii, eò res pervenit, *ut veritas desideretur*....

FUT. (in altera significatione) 3. p. f. m. וְלֹא יֵעָדֵר, Isai. 5. v. 6. *neque pastinabitur*, h. e. non purgabitur à fruticibus, & malis herbis. 3. p. plur. m. cum ן parag. &

in pausa, unde (ַ) primatiæ vocis sub ד, loco (ְ) revocatur, יֶעְדָּרוּן *sarrientur.*

PIEL עִדֵּר, Lxx. ἐξαλλάττω *commuto.*

FUT. 3. p. pl. m. לֹא יְעַדְּרוּ דָּבָר, 3. Reg. 4. v. 27. al. 5. v. 7. Vulg. paraphrasticas, *necessaria .... cum ingenti cura præbebant in tempore suo.* Alii, *non sinebant deesse quicquam.*

עֵדֶר m. Lxx. Aq. Sym. ἀγέλη, Lxx. ποίμνη, ποίμνιον, βουκόλιον, ποιμήν, Vulg. & alii, *grex*, (Lat. *caterva*) animalium, tam majorum, quam minorum; per metonymiam continentis pro contento, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 46. §. II. *ovile*, *armentum boum*, per metonymiam possessoris pro re possessa, vide eandem Gram. ibid. *pastor.* Hinc per metathesin, Germ. *herde*, Angl. *a heard.* Lxx. item, Verbaliter, ἐξεγείρω *excito.* עֵדֶר יְהוָה, Jerem. 13. v. 17. *grex Domini.* Cum præf. הָעֵדֶר *grex*, מֵהָעֵדֶר *è grege*, בָּעֵדֶר *cum grege*, כָּעֵדֶר *sicut grex*, כַּעֵדֶר *sicut gregem.* Cum aff. Isai. 40. v. 11. *sicut pastor* עֶדְרוֹ *gregem suum.* Cum præf. & affix. וְעֶדְרוֹ *& gregem ejus*, m. בְּעֶדְרוֹ *in grege ejus*, m. Plur. עֲדָרִים *greges.* Cum præf. הָעֲדָרִים *greges*, וַעֲדָרִים *& greges*, לַעֲדָרִים *ad greges.* Const. עֶדְרֵי *greges.* Cum præf. בְּעֶדְרֵי־צֹאן, Mich. 5. v. 7. *in gregibus ovium.* Cum præf. & affix. וְעֶדְרֵיהֶם *& greges eorum.* Rad. עָדַר *congregavit in unum*, unde Gr. ἀθρεῖος, ἀθρείζω.

עֵדֶר Mass. *E'dher*, Vulg. *Eder*, nom. propr. 1°. filii Musi, filii Merari, 1. Paral. 23. v. 23. 2°. urbis Tribûs Judæ in parte ejus australi propè fines Edomæorum (Relandi Palæst. p. 746.) Jos. 15. v. 21. 3°. turris, Gen. 35. v. 21. ubi Vulg. appellative, *ingressus inde* (Jacob) *fixit tabernaculum trans turrem gregis*; sic Michææ 4. v. 8. *& tu turris gregis.* Etym. *pastor*, *grex*, aut *ovile* .... à עֵדֶר idem.

עַדְרִיאֵל Mass. *Adhriél*, Vulg. *Hadriél*, nom. proprium generi Saülis, mariti Merob, 1. Reg. 18. v. 19. Etym. *pastor-Dei*, à עֵדֶר, (adscito יוֹד (ִי) in fine, factâque, ex antiqua regiminis forma, eâdem, ac in יוֹד מַלְכִּי־צֶדֶק, punctorum mutatione) *pastor*, & אֵל *Deus.*

עָדָשׁ m. Lxx. φακός, Vulg. & alii, *lens*, *lenticula.* Plur. וּנְזִיד עֲדָשִׁים, Gen. 25. v. 34. *& jusculum è lentibus.* Cum præf. וַעֲדָשִׁים *& lentes .... Melancholicos producunt morbos*, S. Hieronymus ad Paulam. R. עדש Arab. *pustularum genere* (nempe, עדשה Adasato) *correptus fuit.*

עוב QAL, unde HIPHIL הֵעִיב, ex quo 3. p. s. m. FUT. Thren. 2. v. 1. *quomodo* יָעִיב, Lxx. ἐγνόφωσεν, Vulg. *obtexit caligine.* Alii, *obnubilat* in ira sua Dominus filiam Sionis?

עוֹבֵד Mass. *Ovédh*, Vulg. *Obed*, nom. propr. 1°. filii Boos, patris Isai, Ruth. 4. v. 17. 1. Paral. 2. v. 11. 2°. filii Ophlal & patris Jehu, 1. Paral. 2. v. 37. 3°. unius è viris fortissimis, *qui venerunt ad David in Siceleg*, ibid. 11. v. 47. & cap. 12. v. 1. Etym. *cultor* agrorum, Minervæ .... à עָבַד *coluit.*

עוֹבָל Mass. *Ovál*, Vulg. *Ebal*, nom. propr. filii Jectan, Gen. 10. v. 28. Etym. *ligans*, vel *ferens*, à עָבַל (cujus potest esse Benoni) Samat. *ligavit*, *tulit.*

עוג QAL. Lxx. ἐγκρύπτω, Vulg. & alii, *abscondo*, *operio* (Lat. *coquo*) *panes* scilicet, *subter prunas*; item, *depso.*

FUT. 2. p. s. m. cum affix. וָו (ו) in (ֻ) ad euphoniam correpto, תְּעֻגֶנָּה, Ezech. 4. v. 12. *istam* (placentam) *coques*, vel *parabis* eum....

עוֹג Mass. *O'gh*, Vulg. *Og*, nom. proprium regis Basan, Num. 21. v. 33. Etym. (Lat.) *coquus*, à עוּג *coxit.*

עוּגָב m. vide supra עֻגָב, col. 1532.

עוּגָה fem. vide supra עֻגָה, col. 1532.

עוד QAL, (ex forma perfecta) unde PIEL עִוֵּד, Lxx. περιπλέκω, Vulg. (ex usu Æth.) *circumplector*, *circundo.* Alii, *dispolio*, *prædor.*

PRAET. 3. p. plut. c. cum affix. וָו (ו) in (ֻ) correpto, חֶבְלֵי רְשָׁעִים עִוְּדֻנִי, Psal. 118. Heb. 119. v. 61. *funes*, vel *lora*, vel *turmæ*, sive *catervæ peccatorum* (vel *impiorum*) *circumplexi sunt me.* Alii, *diripuerunt*, seu *dispoliarunt* .... me, c.

עוֹד Adverbium temporis. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἔτι, Vulg. & alii, *adhuc*, *etiamnum*, *posthac*, *imposterum*, *etiam*, *quinetiam*, *insuper*,

insuper, praterea, ampliùs, &c. πλείων *plus, amplior, copiosior*, πλείονα *plura*, πόλις *urbs*, legebant עִיר, idem; εἰς *in*, legebant עַד pro עֹד. Verbal. συνέρχομαι *convenio*; legebant עִוֹד (ex usu Æthiopico) idem. אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד, Isai. 47. v. 8. *ego sum, ecquid prater me amplius?* Lxx. οὐκ ἔστιν ἑτέρα. כָּל־עוֹד נִשְׁמָתִי בִּי, Job. 27. v. 3. *quandiu halitus meus in me est*. Cum præf. בְּעוֹד & בְּעֹד, sic bis sine (ו) reperitur, *in adhuc, intra, quum adhuc, dum adhuc, tantisper dum:* Jos. 1. v. 11. *nam* בְּעוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים *in fine trium dierum* .... vel *post tres adhuc dies*, וְעוֹד *& adhuc*, הַעוֹד *num adhuc?* Cum aff. עוֹדֶנּוּ *ipso adhuc* stante, loquente, עוֹדְךָ *adhuc tu*, m. אִם־עוֹדֶנִּי חָי, 1. Reg. 20. v. 14. *si ego adhuc vivam*, c. עוֹדָם, Esth. 6. v. 14. *adhuc illis* loquentibus.... עוֹדֵינָה (secundùm τὸ כְּתִיב (ubi scilicet τὸ (ֵ) ex (י) ortum τοῦ ה terminatur) secundùm verò τὸ קְרִי, עוֹדֵינוּ (ubi τὸ (י) τοῦ (ֵ) index), Thren. 4. v. 17. *in vita nostra*, c. dum sumus. Cum præf. & aff. הַעוֹדֶנּוּ *an adhuc ipse vivit?* בְּעוֹדֶנּוּ חַי, Gen. 25. v. 6. *in adhuc illo vivente*, i. *quum adhuc viveret ipse*, מֵעוֹדְךָ, Num. 22. v. 30. *ex quo tu*, equitas, m. בְּעוֹדִי, Psal. 145. Heb. 146. v. 2. (ubi affixum (י.) pro (נִי) *in adhuc me* existente, h. e. *dum superstes ero*, c. respondet τῷ בְּחַיַּי, בְּעוֹדֶנִּי חַי, Deut. 31. v. 27. *me adhuc vivo*, c. מֵעוֹדִי *ex quo* (tempore) *ego sum*, c. הַעוֹדָם חַיִּים, Exod. 4. v. 18. *an adhuc vivi sint?* m. R. עוּד, unde PIEL, vel potiùs POEL, עוֹדֵד *superesse fecit, conservavit*.

עוֹד Chald. adverbium temporis, עוֹד מִלְּתָא בְּפֻם מַלְכָּא sive בְּפוּם, Dan. 4. v. 28. vel 31. Lxx. ἔτι τοῦ λόγου ἐν τῷ στόματι τοῦ βασιλέως ὄντος, Vulg. *cumque sermo adhuc esset in ore regis*. Alii, *adhuc* erat *verbum in ore regis*. Vix locutus erat. Radix ipsa.

עוד QAL, unde POEL, עוֹדֵד, Lxx. ἀναλαμβάνω, Sym. ἀνακτάομαι ... Vulg. S. Hieron. & alii, *suscipio*, Alii, *recupero, recipio, reparo, refocillo, recreo, superesse facio, conservo, sustento, conforto*. Item, *erigo, statumino*.

Ben. f. m. מְעוֹדֵד עֲנָוִים יְהוָה, Psal. 146. Heb. 147. v. 6. *facit superesse mansuetos Dñs*.

Fut. 3. p. s. m. יָתוֹם וְאַלְמָנָה יְעוֹדֵד, Psal. 145. Heb. 146. v. 9. *pupillum & viduam conservat*.

HIPHIL הֵעִיד, unde 3. p. s. f. Fut. cum præf. & affix. וְעַיִן רָאֲתָה וַתְּעִידֵנִי, Job. 29. v. 11. *& oculus videbat, & recreabat me* (gloria sustentat homines). Respondet τῷ וַתְּאַשְּׁרֵנִי, Alii tamen referunt ad הֵעִיד *testatus est*, quod vide col. seq. Hinc Gal. *j'aide*.

HITHPOEL הִתְעוֹדֵד, unde 1. p. pl. c. Fut. ex forma (ֵ) in (ָ) ob pausam mutati. Cum præfix. וַנִּתְעוֹדָד, Psal. 19. Heb. 20. v. 9. Lxx. καὶ ἀνωρθώθημεν, Vulg. S. Hieronymus, *& nos erecti sumus*. Alii, *& conservamur*, superstites sumus.

עוד QAL, unde HIPHIL הֵעִיד, Lxx. Aq. Sym. μαρτυρέω, διαμαρτύρομαι, Lxx. ἐπιμαρτύρομαι, συμμαρτύρομαι, καταμαρτυρέω, Vulg. & alii, *testor, testificor, quiritor, testibus interpositis reclamo, testes cito, attestor, contestor, obtestor, testor contra aliquem*. Item, *moneo, præmoneo*, &c. Sæpius construitur cum בְּ.

Praet. 3. p. s. m. Malach. 2. v. 14. *Dominus* הֵעִיד בֵּינְךָ וּבֵין אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ *testis factus est inter te, & inter uxorem tuam primam*, הָעֵד הֵעִד בָּנוּ (ubi ( ) sine (י) comite, Gen. 43. v. 3. *obtestando*, (h. e. *per omnia*) *obtestatus est nos*. 2. p. s. m. cum (ַ) sub characteristica, loco (ֵ) ob ע gutturalem, הַעִידֹתָ, & ex forma (ֵ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 257. c. 1. expresso ה, quod in fine subintelligebatur, vide eand. Gram. tom. 1. p. 162. c. 2. הַעֲדֹתָה *contestatus es*. 1. p. s. c. Deut. 4. v. 26. הַעִידֹתִי בָכֶם הַיּוֹם אֶת־הַשָּׁמַיִם וְאֶת־הָאָרֶץ *testes jubeo esse hodie contra vos, cœlos & terram*. 3. p. plur. c. הֵעִידוּ *contestabantur*.

Ben. s. m. אָנֹכִי מֵעִיד, Deut. 32. v. 46. *testificor*.

Infin. הָעֵד *contestando*, vel *obtestando*. Cum præf. וְהָעֵד *& contestando*.

Imper. 2. p. s. m. הָעֵד בָּעָם, Exod. 19. v. 21. *obtestare populum*. Cum præfix. וְהָעֵד עֵדִים, Jerem. 32. v. 25. *& conscisce testes, contestare testes*. 2. p. plur. m. cum præfix. וְהָעִידוּ *& testificamini*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. τῶ (-) ob retractum accentum correpto in (-) pro (-), וַיָּעַד & *contestatus est.* Cum aff. τῶ (-) affixi in (-) correpto, sequenti daghésch per legem æquivalentiæ, יְעִידֵנִי, Jerem. 49. v. 19. *contestabitur me*, c. ubi (י) charact. τῶ hhólem afficitur, unde ad יָעַד (quod vide supra col. 796.) refertur. 3. p. s. f. cum præf. & affix. וַתְּעִידֵנִי, Job. 29. v. 11. *& testimonium perhibebat mihi*, c. Quidam referunt ad עוּד *recreavit*, quod vide supra col. præced. 2. p. s. m. תָּעִיד *contestaberis.* Cum præf. & (-) pro (-) sub ע, ut supra in 3. p. s. m. וַתָּעַד *& contestabaris.* 1. p. s. c. cum præf. וָאָעִיד, & ex forma (-), וָאָעַד, *& contestatus sum.* Cum præf. & ה parag. אָעִידָה, וָאָעִידָה *& contestabor*, *& contestatus sum.* Cum affix. אֲעִידֵךְ (secundùm τὸ כְּתִיב, secundùm verò τὸ קְרִי) מָה־אֲעִידֵךְ, Thren. 2. v. 13. *quid contestabor te?* f. 3. p. plur. m. cum præf. (י), cujus (-) cum altero sub (י) contrahitur in (-) sub (י), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1.) affix. τῶ (-) antepenult. fine (י) comite; & (ו) penultimæ in (-) ad euphoniam correpto, וִיעִדֻהוּ (contracte scil. pro יְעִידֻהוּ בוֹ,) 3. Reg. 21. v. 10. *& contestabuntur contra eum.* Sic cum (ו) convertenti, וַיְעִדֻהוּ, ibid. v. 13. *& testati sunt contra eum.*

HOPHAL הוּעַד, Lxx. διαμαρτύρομαι, Vulg. *contestor*, Alii, *contestatio fit mihi*, *admoneor.*

Praet. 3. p. s. m. cum præfix. וְהוּעַד בִּבְעָלָיו, Exod. 21. v. 29. *& contestatio facta fuerit Domino*, h. e. *& admonitus fuerit Dominus.*

Paoul s. f. ex terminatione ה, præcedenti duplici (-) quorum prius in (-) ob pausam mutatur, וְרֶגֶל מוּעָדֶת, Prov. 25. v. 19. Lxx. καὶ πὸς παρανόμου *pes iniqui*, *transgressoris legis.* Vulg. *pes lassus.* Nonnulli, *pes labens*, *lapsus*, *luxatus*, *nutans*, *vacillans*; proprie, *vacillare factus*, (si Ben. τῶ Pual, Verbi מָעַד *nutavit*, quod vide supra col. 1151. cum (ו) loco τῶ hhólem, quod ibi analogus ad daghésch excidens compensandum usurpari deberet, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 180. c. 2.) Alii, *pes*, *de quo testimonium dictum est.* Petulci scilicet bovis.

עוֹדֵד, 2. Paral. 15. v. 1. Mass. *Odhédh*, vide supra עדד, col. 1541.

עוה QAL. Lxx. ἀδικέω, Vulg. & alii, *inique*, *perverse....ago*, *injuriâ afficio*, *lædo*; proprie, *curvus*, *obliquus*, *contrarius*, *perversus*, *malus*, *iniquus sum.*

Praet. 3. p. s. f. Esth. 1. v. 16. *non adversus regem solum*, עָוְתָה *perperam egit.* 1. p. plur. c. cum præfix. חָטָאנוּ וְעָוִינוּ הִרְשַׁעְנוּ, Dan. 9. v. 5. *peccavimus*, *& perperam egimus*, *improbe nos gessimus.* Lxx. ἡμάρτομεν, ἠδικήσαμεν, ἠνομήσαμεν. Primo significatur, aberratio à fine, non-quæstio Dei; altero, discessio à regula, & recto; tertio, operatio damnabilis, & non-justitiæ affectatio; Cocc.

NIPHAL נַעֲוָה, Lxx. κατακάμπτομαι, Vulg. & alii, *distorqueor*, *curvor*, *depravor.*

Praet. 1. p. s. c. נַעֲוֵיתִי שַׁחֹתִי, Psal. 37. Heb. 38. v. 7. *curvatus sum*, *depressus sum*, נַעֲוֵיתִי מִשְּׁמֹעַ נִבְהַלְתִּי מֵרְאוֹת, Isai. 21. v. 3. *depravatus sum*, *ut non audiam*; *consternatus sum*, *ut non videam.* Motus sum à statu recto corporis & animi, ut nec audiam, nec videam. Vulg. *corrui cùm audirem....* Lxx. ἠδίκησα τοῦ μὴ ἀκοῦσαι....

Ben. s. m. cum præf. in regim. וְנַעֲוֵה־לֵב, Proverbiorum, *non rectus*, *pravus corde.* Lxx. νωθροκάρδιος. Femin. constr. בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת, 1. Reg. 20. v. 30. Lxx. υἱὲ κορασίων αὐτομολούντων *fili puellarum ultro venientium*, deficientium. Sym. ἀπαιδεύτων ἀποστατούντων *indisciplinatarum deficientium.* Theod. μετακινουμένων, Ἄλλ. υἱὲ κορασίων αὐτομολούντων γυναικοθρεπτέ, Ἄλλ. γυναικοτραφής. *Transmotarum*, Alius, *fili puellarum ultro venientium* (deficientium) *mulierum alumne*, Alius, *effeminate.* Vulg. *fili mulieris virum ultro rapientis.* Alii, *fili pravissimæ contumaciæ.*

PIEL עִוָּה, Lxx. ταράττω, Vulg. & alii, *turbo*, *subverto*, *perverto.*

Praet. 3. p. s. m. נְתִיבֹתַי עִוָּה, Thren. 3. v. 9. *tramites meos depravavit*, *fecit ex rectis pravos*, *contortos.* Cum præf. וְעִוָּה פָנֶיהָ, Isai. 24. v. 1. Lxx. καὶ ἀνακαλύψει τὸ πρόσωπον

αὐτῆς & revelabit (discooperiet) *faciem ejus*. Vulg. *& affliget* (Alii, *corrumpet*) *faciem ejus*, terræ; faciet ut vultus terræ sit inamœnus, & injucundus.

HIPHIL הֶעֱוָה, Lxx. *κακοποιέω, ἀνομέω, ἀδικέω*, Vulg. & alii, *malè facio, iniquè ago, injuriâ afficio*. Item, *perverto, depravo, perperam ago*. Lxx. item substantive, *ἀδικία injustitia*.

PRAET. 3. p. s. m. הֶעֱוָה עַבְדְּךָ, 2. Reg. 19. v. 20. *perperam egit servus tuus*. 1. p. s. c. יָשָׁר הֶעֱוֵיתִי, Job. 33. v. 27. *rectum depravavi*. 3. p. plur. c. הֶעֱוּוּ אֶת־דַּרְכָּם, Jerem. 3. v. 21. *corruperunt viam suam*; non rectam viam tenuerunt. 1. p. plur. c. הֶעֱוִינוּ *iniquè egimus*. Cum præf. וְהֶעֱוִינוּ *& iniquè egimus*.

INFIN. הַעֲוֵה נִלְאוּ, Jerem. 9. v. 4. *pravè agere*, vel *agendo laborârunt*. Cum præf. & affix. בְּהַעֲוֹתוֹ, 2. Reg. 7. v. 14. *quum pravè ages*.

עַוָּה f. עַוָּה עַוָּה עַוָּה אֲשִׂימֶנָּה, Ezech. 21. v. 32. vel 27. *rem corruptam, corruptam, corruptam ponam illam*. Lxx. *ἀδικίαν*..... Vulg. *iniquitatem*.... R. עָוָה *perperam egit*.

עִוָּה Masc. *Ivvâh*, 4. Reg. 18. v. 34. *ubi Deus Emath, & Arphad? ubi Deus Sepharvaim?* הֵנַע וְעִוָּה, Lxx. *Ἀνὰ καὶ Ἀβὰ, Ana & Aba?* Aq. *Ἀνὰ καὶ Γαβὰ, Ana & Gaba?* Syr. Arab. *Naa & Ava?* Vulg. *Ana & Ava?* Sym. Verbal. (*Ἆρ' οὐκ*) *ἀνεστάτωσε καὶ ἐταπείνωσε*, (nonne) *subvertit, & humiliavit?* Chald. הֲלָא טַלְטֵלוּנוּן וְאַגְלְאוּנוּן *nonne proficisci, ac migrare fecerunt illos?* Quidam, (Annon) *dimovit, ac subvertit* eos Sennacherib? sic ibid. cap. 19. v. 13. & Isai. 37. v. 13. Etymon, vel potiùs Radix, עָוָה, unde 3. p. s. m. τοῦ PIEL עִוָּה *subvertit*.

עוז QAL, unde HIPHIL הֵעִיז, Lxx. *συνάγω, σπεύδω*.... Vulg. & alii, *congrego*. (Item intransitive, *coeo, congregor, ipse me congrego, colligo, confugio*, cursu scilicet concitatiore, hinc Gr. *Κιάω*) *festino*. Lxx. item, *ἐνισχύω invalesco*, vide עָזַז infra suo loco. *Ἀπαγγέλλω admoneo*.

PRAET. 3. p. plur. c. הֵעִיזוּ, Isai. 10. v. 31. *congregant, colligunt sese*, scilicet ad fugam. Alii, (ad עָזַז referentes) *obfirmant se*.

IMPER. 2. p. s. m. ex forma (‑), הָעֵז אֶת־מִקְנְךָ, Exod. 9. v. 19. *congrega pecus tuum*. 2. p. pl. m. הָעִיזוּ אַל־תַּעֲמֹדוּ, Jerem. 4. v. 6. *colligite vasa, fugite, ne subsistite*. Lxx. *σπεύσατε*, & cum (·) sine (ˀ) comite, הָעִזוּ, ibid. 6. v. 1. *congregamini*, sive *congregate vos*, ut vel prodeatis in occursum hostibus (Ironia) vel fugiatis.

עֹז m. Lxx. Aq. *κράτος*, Lxx. *κραταίωμα*, Lxx. Sym. Theod. *ἰσχύς*, Lxx. Sym. *δύναμις*, Lxx. *δυναστεία, ὀχύρωμα*; Adjective, *κραταιός, ἰσχυρός, δυνατός, ὀχυρός*; Adverbialiter, *ἰσχυρῶς*, Vulg. & alii, *robur, vires, vir, fortitudo, virtus, potentia, munitio*. Adjective, *fortis, validus, potens, munitus*. Adverbialiter, *valdè, fortiter*, &c. Lxx. item, *ἁγίασμα, ἁγιωσύνη, sanctitas, βοήθεια auxilium, ἀντίληψις susceptio, τιμή honor, δόξα gloria, ὑπερηφανία superbia, ἀναιδής impudens, βοηθός auxiliator, ἔνδοξος gloriosus*. Verbal. *ἰσχύω possum, κραταιόω fortifico*. Psal. 8. v. 3. *ex ore* (vel *per os*) *infantium*, vel *lactentium* יִסַּדְתָּ עֹז, Lxx. *κατηρτίσω αἶνον*, Vulg. *perfecisti* (confirmasti) *laudem*; populi scilicet *Hosanna* cùm in via, sive itinere, tùm in templo acclamantis. Alii, *fundasti robur*, h. e. structuram validam; nempe, *regnum firmiter stabilitum*, ut Psal. 86. v. 16. & 110. v. 2. *ex ore*, i. e. testimonio, ut Deut. 19. v. 15. & Matth. 18. v. 16. adeoque non armis, sed solo sermone hoc regnum fundatum est. בְּכָל־עֹז, 2. Reg. 6. v. 14. Lxx. *ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις in organis concinnatis*. Vulg. & alii, *totis viribus*. τοῦ hhólem in (· hhatoúph) ob maqqâph correpto, עִיר עָז־לָנוּ, Isai. 26. v. 1. *civitas valida nobis*. Cum præf. וְעֹז, וָעֹז *& robur*, בְּעֹז & בְּעוֹז, *robore*. Cum aff. עֻזּוֹ & cum ה, loco τοῦ (ו) ex Arabismo, עֻזֹּה *robur ejus, suum*, m. עֻזָּהּ *robur ejus*, f. Cum præf. & affix. וְעֻזּוֹ *& robur ejus*, m. בְּעֻזּוֹ *robore suo*, m. עֻזְּךָ, & in pausa, unde (·) mutatur in (·) sub ו, עֻזֶּךָ *robur, potentia tua*, m. עֻזֵּךְ *robur tuum*.... f. Cum (· hhatoúph) loco (‑) sub ע, בְּעָזְּךָ, & cum (·) pro (:) sub ז ob pausam, בְּעֻזֶּךָ *robore tuo*, m. עֻזִּי, & cum (· hhatoúph) pro (‑), עָזִּי *robur meum*, c. Cum affixo מו Poëtico, pro ם,..

vide Gram. Heb. tom. 1. p. 127. c. 1. עֻזָּמוֹ *roboris eorum*, עֻזְּכֶם *robur vestrum*, m. Cum (ו) sequenti daghésch anomalo, (vide Gram. Heb. t. 1. p. 29. c. 2.) loco τῶ (ו) vel indice τῶ (ֽ), עֻזֵּנוּ *robur nostrum*, c. Rad. עזז *roboravit*.

עִוְיָה f. Chald. unde plur. f. cum præfix. & affix. וַעֲוָיָתָךְ, Dan. 4. v. 24. Lxx. *καὶ τὰς ἀδικίας σου*..... Vulg. & alii, *& iniquitates tuas*, m. misericordiis pauperum redime. R. עוה Chald. in Aphél אַעְוִי *iniquus fuit*.

עֲוִיל m. יַסְגִּירֵנִי אֵל אֶל־עֲוִיל, Job. 16. v. 11. Lxx. in plur. *εἰς χεῖρας ἀσεβῶν ἔρριψέ με super impios projecit me* Dominus. Vulg. & alii, *conclusit me Deus apud iniquum*, (h. e. iniquos, nempe, Sabæos & Chaldæos,) *conclusit me*..... unum pro duobus, nimirum, *conclusit & tradidit*, sive conclusum tradidit... ut, *accepit dona*, Psal. 67. Heb. 68. v. 19. pro, *accepta dedit*, &c. *accepit eum in sanctam civitatem*, Matth. c. 4. v. 5. pro, *acceptum transtulit*, &c. Plur. גַּם־עֲוִילִים מָאֲסוּ־בִי, Job. 19. v. 18. *etiam parvuli*, sive *pueri*, *servi*, vel *iniqui*. Syr. Arab. *impii*. Vulg. *stulti*. Theod. *ἄφρονες insipientes*. (Lxx. *οἱ εἰς τὸν αἰῶνα qui in sæculum sunt*, עוֹלָם, legisse videntur) *despiciunt me*. Cum affix. עֲוִילֵיהֶם, ibid. 21. v. 11. *parvulos*, sive *liberos*... *suos*, m. R. עול Arabibus; *declinavit à recto*, *excessit justum modum*; (Hebræis in Piél, ex forma perfecta, עִוֵּל *iniquè egit*); Fut. O, *aluit*, *nutrivit*; unde עָוִיל *parvulus*, vel *parvus*.... ut *Bub* apud Germanos. Hinc Ang. *Evil*, per aphæresin Gal. *vil*.

עַוִּים Mass. *Avvím*, Vulg. *Hevæi*, nom. proprium 1°. populorum, habitantium ad meridiem, quos expulerunt Cappadoces, Deut. 2. v. 23. Jos. 13. v. 3. 4. Reg. 17. v. 31. 2°. civitatis in Tribu Benjamin, Jos. 18. v. 23. (ubi Vulg. *Avim*). Etym. *nebulones*, à עוה *iniquè, perversè egit*; in Piél עִוָּה *pervertit*.

עוין pro quo scribitur עַיִן, quod vide suo loco.

עֲוִית Mass. & Vulg. *Avíth*, nomen propr. urbis in qua regnavit Adad, quartus rex in Edom, Gen. 36. v. 35. Etym. *id, quo alicui subvenitur* cibus, sive quidlibet aliud, (pulchrum sane urbis nomen, Lutetiæque fortè Parisiorum soli conveniens); à עות Arab. idem.

עָוֶל m. Lxx. *ἄδικος*, *παράνομος*, Vulg. & alii, *iniquus*, *transgressor legis*. Item, *perversus*, *injustus*, *injurius*, *vanus*. Lxx. item, *ἀδικία injustitia*; legebant עָוֶל idem. Cum præf. כְּעַוָּל *ut iniquus*, לְעַוָּל *iniquo*. R. עול in Piél, ex forma perfecta, עִוֵּל *iniquè egit*.

עָוֶל m. cum (ֶ) in penultima (ob accentum videlicet pausantem) loco τῶ (ַ), ut ex punctorum mutatione liquet. Lxx. *ἀδικία*, *ἀνομία*, *παράπτωμα*, *πλημμέλημα*, Vulg. & alii, *injustitia*, *iniquitas*, *lapsus*, *delictum*.... Lxx. item adjective, *ἄδικος*, *ον*, *injustus*, *um*. Verbal. *ταράττων τὸ δίκαιον turbo justum*, Deut. 32. v. 4. *Deus* אֱמוּנָה *veritatis & fidelitatis*, וְאֵין עָוֶל *& sine injustitia*. Cum præf. בְּעָוֶל, Ezech. 28. v. 18. *propter injustitiam*, מֵעָוֶל *ab iniquitate*. Cum præf. & affix. בְּעַוְלוֹ *propter iniquitatem suam*, m. וּבְעַוְלוֹ *& in iniquitate sua*, m. Radix eadem ac vocis præced.

עָוֶל m. unde in pausa עָוֶל, quam vide mox supra.

עִוֵּל PIEL, ex forma perfecta (à עול, scilicet, Arabibus usitato) Lxx. *παρανομέω*, Vulg. & alii, *transgredior leges*, *contra fas*, *jusque ago*, *fas omne abrumpo*. Item, *injuriâ perdo*, *iniquè*, *perversè ago*, *defraudo*, *dehonesto*.

Ben. f. m. מְעַוֵּל *iniquè agentis*.

Fut. 3. p. f. m. בְּאֶרֶץ נְכֹחוֹת יְעַוֵּל, Isai. 26. v. 10. Lxx. paraphrastas aguut; nec verbum, nec sensum exprimunt. Vulg. *in terra sanctorum iniqua gessit*. Alii, *in terra rectitudinum* (in qua omnia patent, in qua est iter planum, & rectum ad metam) *non rectè aget*.

עֹל m. Lxx. Aq. *ζυγός*, *κλοιός*, Vulg. & alii, *jugum*, *onus*, *vinculum*, *collare*, lora.... Lxx. item, *τέκνον filius*, ex usu Arabico. Cum hhólem deficienti, וְחֻבַּל עֹל מִפְּנֵי־שָׁמֶן, Isai. 10. v. 27. *& dissolvetur jugum à facie olei*, vel *unctionis*, sive *uncti*, Christi scilicet. Alluditur ad vim olei, quod nodos quosvis facile laxat. Cum

præf. חָעֹל *jugum*, בְּעֹל & בְּעוֹל, *cum jugo.* Cum aff. עֻלּוֹ *jugum ejus*, m. Cum præf. & aff. וְעֻלּוֹ *& jugum ejus*, m. ומעלו *& de jugo ejus*, m. עֻלְּךָ *jugum tuum*, f. עֻלָּם *jugi ipsorum*, עֻלְּכֶם *jugum vestrum*, m. עֻלֵּנוּ *jugum nostrum*, c. R. עָלַל Hebræis, *operatus est*, unde עֹל, vel עוֹל *jugum*, quasi operatorium dictum; vel, à עֲלַל Chald. *ingressus est*, quod jugo cervix inseratur, aut potiùs ab Arabico עַל *posuit* in collo *annulum, circulum ferreum....*

עויל m. Lxx. παιδίον, Vulg. & alii, *parvulus, infans, lactens;* item, *fœtus.* Isai. 65. v. 20. *non erit tunc* (vel *hinc*) *ultra* עוּל יָמִים, Lxx. ἄωρος *immaturus.* Vulg. & alii, *infans dierum*, h. e. qui paucos dies vivat... Cum affix. Isai. 49. v. 15. *an obliviscetur mulier*, עוּלָהּ, Lxx. τῶ παιδίυ αὐτῆς, Vulg. & alii, *infantis sui? fœtus sui?* f. R. עוּל Arab. Fut. O, *sustentavit, aluit, nutrivit.*

עולה f. Lxx. Sym. ἀδικία, ἀνομία, Aq. Sym. παρανομία.... Vulg. & alii, *injustitia, iniquitas, improbitas;* proprie, *habitus committendi scelera, & contra leges agendi....* Cum præf. וְעוֹלָה *& iniquitas*, בְּעוֹלָה *iniquitate.* Cum duplici forma fem. sive cum ה parag. seu emphat. (Hæc enim forma auxesim importar, vide Gram. Heb. t. 1. pag. 50.) עוֹלָתָה, Lxx. ἀδικία, ἀδίκημα, ἀνομία, ἄδικος, ον; ἄνομος, δόλιος, φαῦλος.... Vulg. & alii, *injustitia, iniquitas, crimen contra leges patriæ factum.... scelus, facinus....* Adjective, *injustus, iniquus, dolosus, pravus, a, um....* absque (ו) secundùm כְּתִיב סו׳ עֹלָתָה, secundùm autem קְרִי סו׳ cum (ו), Psal. 91. Heb. 92. v. 16. *nihil* עוֹלָתָה בּוֹ *quicquam injustitiæ in eo.* Cum præf. Psal. 124. Heb. 125. v. 3. *ne extendant justi* בְּעוֹלָתָה יְדֵיהֶם *ad ullam prorsus iniquitatem manus suas.* Cum hhólem deficienti, quasi à simplici עוֹלָה vel עֹלָה, וְעֹלָתָה *& flagitium prorsus.* Plur. ex forma singulari עֹלָה, עוֹלֹת *iniquitates.* Rad. עוּל (Arabibus, *à justo declinavit....*) unde ex forma perfecta Piél, עִוֵּל *iniquè egit...*

עולה עוֹלָה vel עֹלָה, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. (עֹלַת אִשֶּׁה, Lxx.) ὁλοκαύτωμα, ὁλοκαύτωσις, Lxx. ὁλοκάρπωμα, ὁλοκάρπωσις, Lxx. Sym. ἀναφορά, Lxx. κάρπωμα, κάρπωσις θυσία; Aq. Sym. δῶρον, Vulg. & alii, *victima*, seu *hostia, quæ integra comburitur; sacrificium, in quo tota victima crematur, ex qua nihil reliqui fit; holocaustum, quod totum cremari solet: oblatio, victima, hostia, fructus, qui percipitur, perceptio, sacrificatio, munus, donum...* Lxx. item, ἀδικία *injustitia;* derivabant à עִוֵּל Piél, *iniquè egit*, ἀνάβασις *ascensus;* legebant עֹלָה idem. Cum præf. וְעֹלָה *& holocaustum*, הָעֹלָה & הָעוֹלָה, *holocaustum*, וְהָעֹלָה *& holocaustum*, בְּעוֹלָה *cum holocausto*, כָּעֹלָה *sicut holocaustum*, לְעֹלָה, לְעוֹלָה, & excluso ה artic. unde (ָ) sub ל, לָעוֹלָה & לָעֹלָה, *ad, in holocaustum*, וְלָעוֹלָה *& in holocaustum.* Const. עֹלַת *holocaustum*, עֹלַת תָּמִיד, Exod. 29. v. 42. *holocaustum jugis* temporis, quod ascendat, sive adoleatur *jugiter.* Cum præf. וְעֹלַת *& holocaustum*, לְעֹלַת *ad holocaustum*, וּלְעוֹלַת *& ad holocaustum.* Cum affix. עוֹלָתוֹ & עֹלָתוֹ, *holocaustum suum, ejus*, m. Cum præf. & aff. וְעֹלָתוֹ *& holocaustum suum, ejus*, m. עֹלָתֶךָ (ubi (ֶ) sub ת ob pausam) *holocaustum tuum*, m. וְעוֹלָתְךָ, Psal. 19. Heb. 20. v. 4. *& holocaustum tuum* (m.) *incinerabit*, h. e. acceptabit oblationem, obedientiæ tuæ, עֹלָתָם *holocaustum eorum, suum.* Plur. עֹלֹת, עֹלוֹת, עוֹלוֹת *holocausta.* Cum præf. וְעֹלוֹת & וְעֹלֹת, הָעֹלוֹת *holocausta*, *& holocausta*, בְּעֹלוֹת, בְּעוֹלוֹת *cum holocaustis*, לְעֹלוֹת, לָעֹלוֹת *ad holocausta*, וְדַעַת אֱלֹהִים מֵעֹלוֹת, Hos. 6. v. 6. *& agnitionem Dei præ holocaustis; per agnitionem Dei*, homo, quando in eum oculos convertit, & in eo deliciatur, & omnia ipsius causâ facit, ac patitur, verè se ipsum offert Deo totum, Cocc. Cum affix. עֹלוֹתָו sine (י) pluralis numeri indice, *ascensus ejus*, m. עֹלֹתֶיךָ *holocausta tua*, m. Cum præf. & aff. וְעוֹלֹתֶיךָ *& holocausta tua*, m. עוֹלֹתֵיהֶם *holocausta eorum*, עוֹלֹתֵיכֶם, עֹלֹתֵיכֶם & עֹלוֹתֵיכֶם, עֹלֹתֵיכֶם, *holocausta vestra*, m. לְעֹלֹתֵיכֶם *holocaustis vestris*, m. בְּעוֹלֹתֵינוּ *holocaustis nostris*, c. R. עָלָה *scandit*, in Hiph. הֶעֱלָה *ascendere fecit, obtulit.*

עולה עוֹלָה m. unde cum præf. לָעוֹלָה, Ezech. 40. v. 40. Lxx. in plur. τῶν ὁλοκαυτωμάτων ho-

locaustomatum; legebant עֹלָה idem. Vulg. Particip. *quod ascendit.* Alii, *ascendentis*; Alii, *gradûs, ascensûs.* R. עָלָה *ascendit.*

עוֹלֵל m. Lxx. Sym. *νήπιος*, Lxx. *νήπιον*, Aq. *βρέφος*; Lxx. *ἐπιτήδευμα*; Vulg. & alii, *infans, parvulus, puerulus*, lactente major, qui agere, loqui, ludereque jam incipit; *studium, institutum.* Jerem. 6. v. 11. *rumpar, ni effundam* עַל־עוֹלָל בַּחוּץ *super puerum in platea*, pueros, qui in plateis ludere solent. Plur. עוֹלָלִים *pueri.* Cum aff. עוֹלָלֶיהָ *parvuli ejus*, f. עוֹלָלַיִךְ *pueros tuos*, f. R. עָלַל, unde Puál עוֹלַל, Sym. *ἐφαυλίσθη deceptus fuit*, videlicet infantis more. Hinc עוֹלֵל *infans, parvulus*; quasi decipiendus, aut deceptu facilis; posset esse, & Benoni.

עוֹלָל m. Lxx. Sym. *νήπιος*, Lxx. *νήπιον*, *τέκνον ὑποτιτθιον*, Vulg. & alii, *parvulus, infans, puerulus, filius lactens.* Cum præf. מֵעוֹלֵל *à parvulo.* Plur. עוֹלְלִים *infantium.* Cum præf. & hhólem deficienti, כְּעֹלְלִים לֹא־רָאוּ אוֹר *parvuli velut, qui non viderunt lucem*, Job. 3. v. 16. Const. עֹלְלֵי *parvulos.* Cum aff. עֹלְלֵיהֶם *parvuli eorum.* Cum præf. & aff. וְעֹלְלֵיהֶם *& parvuli ipsorum*, לְעֹלְלֵיהֶם *parvulis suis*, m. R. עָלַל, unde Poél עוֹלֵל *fecit, operatus est*, à quo עוֹלָל *puerulus*, qui scilicet agitare aliquid incipit, quasi activus dictus.

עוֹלָם & עֹלָם, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *αἰών*, Vulg. & alii, *sæculum, ætas, æternitas, ævum.* Tempus homini absconditum, tàm infinitum, & æternum, quàm finitum, Bux. Lex. Notat integram cujusque rei, de qua sermo est, durationem, Cocc. nonnunquam de tempore præterito usurpatur. Hinc Lat. *olim.* Rabbinis, *mundus*, isque triplex .... עֶבֶד עוֹלָם *servus perpetuus.* Lxx. item, cùm ex voce simplici, tùm ex conjuncta particulis, *ἀέναος, αἰώνιος semper & perpetuò fluens, perennis, continuus, perpetuus, æternus, δι' αἰῶνος per sæculum, εἰς τὸν αἰῶνα in sæculum, in æternum, διαπαντός semper.* Cum præf. הָעֹלָם, הָעוֹלָם *sæculum*, מֵהָעוֹלָם *à sæculo*, לְעֹלָם, לְעוֹלָם *in sæculum*, וּלְעוֹלָם *& in sæculum*, הַלְעוֹלָם *num in sæculum?* מֵעוֹלָם *à sæculo*, וּמֵעוֹלָם *& à sæculo.* Cum aff. Eccl. 12. v. 5. *nam abit homo*, אֶל־בֵּית עוֹלָמוֹ *ad domum æternitatis suæ*, m. h. e. (ratione animæ) ad æternitatis statum, sive beatum, sive infelicem ... Vel *ad domum sæculi sui*, seu *ad domum suam sæcularem*, i. e. in sæculum, tempusve homini absconditum, duraturam, nempe (ratione corporis) ad sepulchrum ..... Sepulchrum porrò propria hominis domus vocatur Isai. 14. v. 18. (vide Job. 7. v. 10.) Quod scilicet diuturna, quod stabilis, dum stet orbis, sit; quod ipse (ratione corporis) non sit unquam (nisi resurgendo) sedem commutaturus .... Plur. עוֹלָמִים & עֹלָמִים, *sæcula.* Lxx. in sing. *αἰών sæculum, ævum, αἰώνιος æternus.* Ex particulis, aut expressis, aut subintellectis, *εἰς τοὺς αἰῶνας in sæcula*, &c. Cum præf. לְעֹלָמִים *in sæcula*, הַלְעוֹלָמִים *an in sæcula?* Const. עוֹלְמֵי *sæcula.* R. עָלַם *ignoravit*, in Puál, vel potiùs Poál עוֹלַם *ignoratus fuit*, unde Benoni עֹלָם *qui*, vel *quod ignoratur*; substantive, *sæculum, ab ignorantia*, sic dictum. Tempora enim sunt hominibus incognita.

עָוֹן m. Lxx. Sym. *ἀδικία*, Lxx. *ἀδίκημα*, Lxx. Incert. *ἀνομία, ἀνόμημα*, Lxx. *παρανομία*, Lxx. Incert. *ἁμαρτία*, Lxx. *ἁμάρτημα, αἰτία*, Lxx. Sym. Theod. *ἀσέβεια*, Aq. *ἀσέβημα*, Lxx. *κακία, ὀργή, ἄνομος* .... Vulg. & alii, *injustitia, improbitas, scelus; crimen contra leges patriæ factum, facinus; iniquitas, iniquum factum, flagitium, nequitia*; proprie, *habitus committendi scelera, & contra legem agendi; error, peccatum, delictum; lapsus, pravitas*, (proprie, ut in gressu, & in cursu); *culpa, crimen, impietas, facinus irreligiosum, impium, nefarium; malitia, ira.* Adjective, *iniquus, improbus, mala mens, malus animus* .... Lxx. item, *ἀπαρχή primitiæ, ῥῆμα verbum, πτωχεία mendicitas.* Verbaliter, *ἄκων παραβαίνω invitus transgredior, ἁμαρτάνω pecco, ἀνομέω iniquè ago.* אִם־יִקְּרֵךְ עָוֹן בַּדָּבָר הַזֶּה, 1. Reg. 28. v. 10. *si tibi occurret sequius quicquam hac in re.* בְּלִי־עָוֹן יְרֻצוּן, Psal. 58. Heb. 59. v. 4. al. 5. *sine culpa, sine pœna* (sine cæspitatione, Cocc.) *currunt.* עָוֹן אֲשֶׁר־חֵטְא, Hos. 12.

v. 9. *pravitas, quæ ſit peccatum.* Cum duplici (ו), עָוֹן *pravitas, iniquitas.* Cum præfix. הֶעָוֹן *iniquitas*, בְּעָוֹן *in iniquitate*, בְּעָוֹן *iniquitate*, מֵעָוֹן *ab iniquitate.* Conſtr. Pſal. 48. Heb. 49. v. 6. *cur timebo* (Chriſtus loquitur) *in diebus mali;* (Lxx. τῆς πονηρᾶ, ſerpentis ſcilicet.... Conf. Gen. 3. v. 15. Vide עָקֵב infra ſuo loco.) עֲוֹן עֲקֵבַי יְסֻבֵּנִי *quando malitia calcaneorum meorum circunſtabit me?* i. *quando malitia*, ſive per metonymiam adjuncti, *malus calcaneis meis* inſidiaturus, i. ultimis meis diebus acceſſurus ὁ πτερνίζων, *circunſtabit me?* Confer & Matth. 4. v. 3. Cum duplici (ו), עֲוֹן *iniquitas.* Cum præf. בַּעֲוֹן *propter iniquitatem*, כַּעֲוֹן *ſicut iniquitas*, לַעֲוֹן *iniquitati.* Cum affix. עֲוֹנוֹ *iniquitatem ejus, ſuam*, m. Cum præf. & affix. בַּעֲוֹנוֹ *propter iniquitatem ejus*, vel *ſuam, in iniquitate ſua*, m. עֲוֹנָהּ *iniquitatem ejus, ſuam*, f. ſine mappiq, עֲוֹנָה *iniquitas ejus*, f. בַּעֲוֹנָהּ *in iniquitate ejus*, f. עֲוֹנֵךְ, & in pauſa, unde (ֵ) loco τῆ (ִ) ſub כ, עֲוֹנֶךָ *iniquitas tua*, m. בַּעֲוֹנֶךָ *in pravitate tua*, m. מֵעֲוֹנֶךָ *de iniquitate tua*, m. עֲוֹנֵךְ *iniquitas tua*, f. Cum (י) parag. ex Syriaſmo, vide Gram. Lud. de Dieu, p. 152. עֲוֹנֵכִי, Pſal. 102. Heb. 103. v. 3. *iniquitatem tuam*, f. עֲוֹנִי *iniquitas mea*, c. וַעֲוֹנִי *& iniquitatem meam*, c. בַּעֲוֹנִי *in iniquitate mea*, c. לַעֲוֹנִי *iniquitatem meam*, c. מֵעֲוֹנִי *ab iniquitate mea*, c. וּמֵעֲוֹנִי *& ab iniquitate mea*, c. עֲוֹנָם *iniquitatem ſuam, eorum*, בַּעֲוֹנָם *in iniquitate ſua, ipſorum*, לַעֲוֹנָם *iniquitati ipſorum*, עֲוֹנְכֶם *iniquitas veſtra*, m. עֲוֹנֵנוּ *iniquitas noſtra*, c. לַעֲוֹנֵנוּ *iniquitati noſtræ*, c. מֵעֲוֹנֵנוּ *propter iniquitatem noſtram*, c. Plur. cum affix. עֲוֹנֶיךָ *iniquitates tuæ*, m. עֲוֹנֵינוּ *iniquitates noſtræ*, c. Cum præfix. & affix. ſine (י) pluralis num. indice, Iſai. 64. v. 5. *omnes nos folium veluti decidimus*, וַעֲוֹנֵנוּ כָּרוּחַ יִשָּׂאֻנוּ *& pravitates noſtræ, tanquam ventus, abſtulerunt nos*, מֵעֲוֹנֵינוּ *ab iniquitatibus noſtris*, c. Ex terminatione fem. עֲוֹנוֹת, עֲוֹנֹת, *iniquitates.* Cum præf. וַעֲוֹנוֹת & וַעֲוֹנֹת, *& iniquitates*, בַּעֲוֹנוֹת *propter iniquitates*, וּבַעֲוֹנוֹת *& propter iniquitates.* Cum aff. עֲוֹנֹתָיו, & cum duplici (ו), עֲוֹנוֹתָיו *iniquitates ejus, ſuæ*, m. Cum præf. & affix. בַּעֲוֹנֹתֶיךָ *iniquitatibus tuis*, m. לַעֲוֹנוֹתֶיךָ *iniquitatibus tuis*, m. עֲוֹנֹתַי *iniquitates meæ*, c. עֲוֹנוֹתָם & עֲוֹנֹתָם, (pro quibus fortè, עֵינֹתָם, Hoſ. 10. v. 10.) עֲוֹנֹתֵיהֶם *iniquitates ipſorum*, וַעֲוֹנֹתָם *& iniquitates ipſorum*, מֵעֲוֹנוֹתֵיהֶם *propter iniquitates ſuas*, m. וּמֵעֲוֹנֹתֵיהֶם *& propter iniquitates ſuas*, m. עֲוֹנוֹתֵיכֶם, & עֲוֹנֹתֵיכֶם *iniquitates veſtræ*, m. בַּעֲוֹנֹתֵיכֶם *propter iniquitates veſtras*, m. עֲוֹנֹתֵינוּ *iniquitates noſtræ*, c. וַעֲוֹנֹתֵינוּ *& iniquitates noſtræ*, c. וּבַעֲוֹנֹתֵינוּ *& propter iniquitates noſtras*, c. כַּעֲוֹנֹתֵינוּ *ſecundum iniquitates noſtras*, c. מֵעֲוֹנֹתֵינוּ *propter iniquitates noſtras*, c. R. עָוָה *iniquè, perverſè egit.*

עֹוֶן m. ſecundùm τὸ קְרִי, עָוֶן, à עִין, quod vide infra ſuo loco.

עוּן QAL. Lxx. κατοικέω, Alii, *habito, inhabito, incolo....*

PRAET. 3. p. ſ. f. cum præf. וְעָנָה, Iſai. 13. v. 22. Alii, *& habitabit....* Alii cum Vulgato interprete, in 3. p. ſ. m. *& reſpondebit, canet....* à עָנָה *reſpondit, cecinit....*

עוֹנָה f. unde cum præf. affix. & hhólem deficiente, וְעֹנָתָהּ, Exod. 21. v. 10. Lxx. καὶ τὴν ὁμιλίαν αὐτῆς *& converſationem ejus*, f. Vulg. *& pretium pudicitiæ.* Alii, *& cohabitationem ejus*, f. (præteritam videlicet) לֹא יִגְרָע, οὐκ ἀποστερήσει *non fraudabit, mercede non privabit.* R. עוּן *habitavit.*

עוֹנוֹת plur. f. unde cum affix. לִשְׁתֵּי עוֹנֹתָם, Hoſ. 10. v. 10. (ubi ſcribitur עֹינֹתָם) Lxx. ἐν ταῖς δυσὶν ἀδικίαις αὐτῶν; Alii cum Vulg. *propter duas iniquitates ſuas*, (juxta illud Jerem. 2. v. 13. *duo enim mala fecit populus meus....*) quaſi à ſingul. maſc. עָוֹן, quod vide mox ſupra. Alii, *ad duos ſulcos ipſorum....* (per quos ſignificarentur duo regna, nempe τῶν Ephraïm & Juda,) à עָנָה *reſpondit*... in Piël עִנָּה *ſubegit*... Alii, (ſecundùm τὸ כְּתִיב) nimirum עֹינֹתָם, legentes עֵינוֹתָם, ſive עֵינֹתָם, vertunt: *ad duos oculos ipſorum*, h. e. amaſios, virulos videlicet duos, quos in Dan, & Bethel colebant; & ipſos tanquam amaſios in oculis ferebant. Alii, *propter duas ſcortationes ipſorum*, corporalem ſcilicet & ſpiritualem, à ſingulari fem. עוֹנָה *cohabitatio*, ſeu *coitus*, aut *tempus ad coitum.*

עוֹנֵן POEL, ab עָנַן, quod vide infra suo loco.

עִוְעִים plur. m. unde Isai. 19. v. 14. *Dominus miscuit in interiori ejus* (f.) רוּחַ עִוְעִים, Lxx. *πνεῦμα πλανήσεως spiritum erroris.* Vulg. *spiritum vertiginis.* Alii, (ex loco & etymo) *spiritum pravitatis*, sive *titubationis.* Est R. Salomoni שם חולי של טירוף הדעת *nomen morbi abreptæ mentis.* Aben-Esra scribit esse vocem irregularem ab עָוָה, (*curvus, obliquus, contrarius, perversus fuit*) ex geminata scilicet prima radicali.

עוֹף vel עֹף, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. (Lxx. τὸ) *πετεινόν*, Aq. Sym. Theod. *πετεινόν*, Incertus, *πτερωτόν*, Lxx. *ὄρνεον*, Sym. *πτηνόν*; Vulg. & alii, (Latin. *avis*) *volucris, volatile*, (collectivum est) synecdochicωs, *ala.* עוֹף כָּנָף, Gen. 1. v. 21. *volucres alatæ*; עוֹף הַשָּׁמַיִם, ibidem v. 30. *aves cœli.* Cum præfix. וְעוֹף, וְעוֹף *& volucris*; שֶׁרֶץ הָעוֹף, Levit. 11. v. 20. *insectum volucre.* Lxx. *τὰ ἑρπετὰ τῶν πετεινῶν.* Chald. ...רִיחֲשָׁא דְעוֹפָא בְּעוֹף *& volucres*, מֵהָעוֹף *ex volucribus*, וְהָעוֹף *in volucri*, בָּעוֹף, וּבְעוֹף, וּבָעוֹף *& in volucri*, בָּעוֹף, כְּעוֹף *sicut avis*, לְעוֹף *volatilibus*, לָעוֹף *volucris*, וּמֵעוֹף *& volucrem*, מֵעוֹף *ex volucribus*, וּלְעוֹף הַשָּׁמַיִם יְחַכְּמֵנוּ, Job. 35. v. 11. *& præ avibus cœli nos sapientes facit.* Rad. עוּף *volavit, volitavit.*

עוֹף m. Chald. Lxx. *πετεινόν*, Vulg. & alii, *avis, volucris, volatile*, collectivum est. Cum præf. וְעוֹף *& volucres.* Radix ipsa.

עוּף QAL. Lxx. Aq. Sym. *πέτομαι, πετάομαι*, Lxx. *ἐκπέταμαι*, Sym. *ἐκπετάννυμαι*, Vulg. & alii, *volo, volito, advolo, avolo, evolo.* Item, *involo, convolo*; ut שֶׁרֶץ motitationem in aquis, vel in terra; sic עוֹף agitationem in aëre significat. Hinc per metath. Gr. *πτάω.* Lxx. item, *ἀποστέλλομαι dimittor, emittor, παιδεύομαι erudior.*

PRAET. 3. p. plur. c. cum præfix. quare accentus à penult. ad ult. descendit, וְעָפוּ *& involabunt.*

BEN. f. f. מְגִלָּה עָפָה, Zach. 5. vv. 1. 2. *volumen volans*, (nempe per aëra) i. celerrime ad terram pervadens. Sic Cicero: *fac ut mihi literæ tuæ volent obviæ.* Plur. עָפוֹת כְּצִפֳּרִים, Isai. 31. v. 5. *ut aviculæ volitantes.*

INFIN. עוּף *volare.* Cum præf. כַּדְּרוֹר לָעוּף כֵּן קִלְלַת חִנָּם לֹא תָבֹא, Prov. 26. v. 2. *ut hirundo ad volandum, sic maledictio immerita sibi abit.* (Gallice, *c'est une hirondelle qui prend le vol; qu'une malediction injuste.* L'un & l'autre est sans consequence,) utraque temerè volat.

FUT. 3. p. f. m. יָעוּף *avolat, evolat.* Cum præfix. unde retracto accentu, τὸ (ו) in (ֳ hhatoúph) corripitur, וַיָּעָף, & in pausa, unde τὸ ע τοῦ hhólem, pro (ו) afficitur, וַיָּעֹף *& volavit, avolavit.* 3. p. f. f. תָּעוּף *volabit, volat.* 2. p. f. m. cum ה parag. (ו) in (ֻ) correpto, תָּעֻפָה כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה, Job. 11. v. 17. Lxx. substantive, *ἡ δὲ εὐχή σου ὥσπερ ἑωσφόρος & oratio tua tanquam lucifer erit.* Vulg. *orieris ut lucifer.* Alii, *illustraberis, splendesces, lucesces.* Alii contra, *tenebresces, obtenebresces, obscuraberis.* Alii, *evolabis* (è miseria scilicet) *sicut ipsum mane* (vel *tempus matutinum*, vel *lux matutina*) *eris.* Quidam, (ad עפו Arab. referentes) *sanitati restituêris* à Deo; *incolumis, copiosus* ... (*ut mane*) *eris.* 1. p. f. c. cum ה paragog. אָעוּפָה *evolarem.* 3. p. pl. m. (ו) in (ֻ) correpto, יָעֻפוּ *advolabunt.* 3. p. plur. f. כָּעָב תְּעוּפֶינָה, Isai. 60. v. 8. *ut nubes volitant*, vel *advolant*, h. e. velocissime. 1. p. plur. c. cum præf. & ה parag. (ו) in (ֻ) correpto, וַנָּעֻפָה *& avolamus.*

PIEL, vel potiùs POEL עוֹפֵף, Lxx. Sym. Theod. *πέτομαι*, Lxx. *πέταμαι*, Aq. *ἵπταμαι*, Vulg. & alii, *volo, volito.* Item duplicatâ actione, ut in Hiphil, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 132. c. 1. *volare facio, vibro, agito.*

BEN. f. m. שָׂרָף מְעוֹפֵף, Isai. 14. v. 29. *serpens ignitus*, sive *urens, prester, serpens volans*, h. e. *saltitans.* Videntur enim serpentes volare dum saltitant; saltus hîc *volatus* dicitur, ut in Lucano, lib. 9. v. 720. —*jaculique volucres.* Serpentes tamen alati reperiuntur in *Libya*, Cic. de Nativ. Deorum, lib. 1. Jos. Antiq. 2. 5. & in *Arabia*, Herod. 2. & 3. Mela, 3. 9. Lucan. lib. 6. v. 677.

Non Arabum volucer serpens....

INFIN. cum præf. & affix. בְּעוֹפְפִי חַרְבִּי, Ezech. 32. v. 10. *quum faciam ut fulgeat, ut*

volet

volet gladius meus, h. e. cùm vibravero, agitavero, *vel* motavero gladium meum.

FUT. 3. p. f. m. וְעוֹף יְעוֹפֵף, Gen. 1. v. 20. Lxx. participial. & in plurali, *καὶ πετεινὰ πετόμενα & volatilia volantia*. Aq. in fing. *καὶ πετηνὸν ἱπτάμενον*, Sym. Theod. *καὶ πετεινὸν πετόμενον & volatile volans*, pro *avis, quæ volitat*. Vulg. *& volatile*. Alii, *& aves volitent*.

HIPHIL הֵעִיף, unde 2. p. f. m. FUT. cum præf. הֲ interrog. הֲתָעִיף עֵינֶיךָ בּוֹ (fecundùm τὸ קְרִי)....הֲתָעִיף, Prov. 23. v. 5. Lxx. *ἐὰν ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτόν si intenderis oculum tuum erga eum*. Vulg. *ne erigas oculos tuos ad opes*. Alii, *num splendescere facies*, aut *illustrabis oculos tuos in illis* divitiis, aspiciendis fcilicet? Alii, in contraria fignificatione, *num facies obtenebrescere oculos tuos in illis?* Alii, *an volare facies* (vel *conjicies*, delectationis ergo) *oculos tuos in illas* divitias? Dum motas oculos ad ipfas afpiciendas, *nullæ sunt*. Lxx. *οὐκ ἔστιν* ....

HOPHAL הוּעַף, unde BEN. f. m. כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ, Ifai. 8. v. 24. al. 9. v. 1. *cum non esset jam evolaturus* (ex anguftiis) *quibus urgebatur*....& cum (ֻ) loco τῶ (וּ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 261. c. 1. מֻעָף בִּיעָף, Dan. 9. v. 21. Lxx. *πετόμενος*, Vulg. (*citò*) *volans*. Alii, *advolare jussus in lassitudine*, quidam, celerrimo *volatu*, referentes τὸ יְעָף non ad יָעֵף *lassus, defessus fuit*, (ut pletique), fed ad עוּף *volavit*, formæ fcilicet τῶ יְקוּם *substantia*, à קוּם *stetit*.

HITHPOEL הִתְעוֹפֵף, unde 3. p. f. m. FUT. כָּעוֹף יִתְעוֹפֵף, Hof. 9. v. 11. Lxx. *ὡς ὄρνεον ἐξεπετάσθη*, Vulg. *quasi avis avolavit*. Alii, *instar volucris avolabit*.

עוּץ QAL. Lxx. *βουλεύομαι βουλήν, τίθεμαι βουλήν*, Vulg. & alii, *consulo, consilium in eo, pono, do, fero sententiam*. Hinc,

IMPER. 2. p. pl. m. τῶ (ו) penultimæ in (ֻ) ad euphoniam correpto, עֻצוּ וְדַבֵּרוּ, Jud. 19. v. 30. *consilium inite, & colloquimini*. Cætera in יָעַץ, ubi vide.

עוּץ Maff. *Oὐς*, Vulg. *Hus*, nomen propr. 1°. filii Aram, Gen. 10. v. 23. *Is juxta Josephum, & S. Hieronymum, Trachonitidis & Damasci conditor exstitit. Nam principatum tenuit inter Palæsthinam, & Cælesyriam*, Leufd. Onomaft. 2°. primogeniti Nachor, Gen. 22. v. 21. 3°. filii Difon, filii Seir, Gen. 36. v. 28. 4°. regionis Jobi, quæ poffet credi Idumææ pars fuiffe, quando quidem Thren. 4. v. 21. dicitur *filia Edom habitare in terra Utz*: & Jerem. 25. v. 20. *Reges terræ Utz junguntur cum regibus Philistæorum, Ascalonis, Ecronis, &c. & medii interponuntur inter Ægyptios, & Philistæos* .... Reland. Palæfth. lib. 1. p. 72. Etym. *pignus, compensatio, vicissitudo*; à עִוַץ Arab. idem.

עוּק QAL, unde HIPHIL הֵעִיק; Lxx. *κυλίω, ὑποκάτω ... κυλίομαι*; Incertus, *τρίζω, τριζίω ὑποκάτω* ... Alex. *κωλύω*, Vulg. & alii, *volvo*, vel *volvor sub* .... *strideo sub* .... preffus fcilicet; *impedio*, vel *impedior*, coarctatus videlicet. Alii item tranfitive, *premo, arcto*. Hoc enim verbum vel intranfitive fumitur, vel, tranfitive ut nomina inde detivata evincunt, vide Pfal. 54. Heb. 55. v. 4. & Pfal. 65. Heb. 66. v. 11. proprie Chaldaïcum eft, pro Heb. צוּק, mutato צ in ע, ut in Chald. אַרְעָא, pro Heb. אֶרֶץ. Hinc Gr. *ἀναγκάζω*.

BEN. f. m. מֵעִיק *premens, pressurus*.

FUT. 3. p. f. f. כַּאֲשֶׁר תָּעִיק הָעֲגָלָה, Amos 2. v. 13. *sicut premit plaustrum onustum manipulos* frumenti, ad grana fcil. excutienda.

עוּר QAL (unde עַוַר Æth. *cæcus fuit, cæcus factus est, cæcutiit*). Hinc PIEL עִוֵּר, Lxx. *τυφλόω*, Lxx. Theod. *ἐκτυφλόω*, Vulg. & alii, *excæco, obcæco, exoculo, oculos eruo*.

PRAET. 3. p. f. m. עִוֵּר *excæcavit*.

FUT. 3. p. f. m. הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים, Exod. 23. v. 8. *munus excæcat acutum cernentes*.

עִוֵּר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *τυφλός*, Vulg. & alii, *cæcus*. Lxx. *ἐγρήγορος vigil*; referebant ad עוּר *evigilo*. אוֹ פִקֵּחַ אוֹ עִוֵּר, Exod. 4. v. 11. *aut videntem, aut cæcum*. עַם־עִוֵּר וְעֵינַיִם יֵשׁ, Ifai. 43. v. 8. *populus cæcus, cui oculi sunt*. Stupens. Conf. Ifai. 42. v. 20. Cum præf. וְעִוֵּר *& cæcus*, הָעִוֵּר *cæcus*, לְעִוֵּר *cæco*. Plur. mafc. τῶ דָּגְ dagh. abfque compenfatione

excidenti, עִוְרִים *cæci*. Cum præf. הַעִוְרִים *cæci*, וְהַעִוְרִים, Isai. 42. v. 18. *& cæci*, כַּעִוְרִים *ficut cæci*. Femin. sing. ex termin. duplici (.), עַוֶּרֶת *cæca, cæcum*. Plur. fem. עִוְרוֹת *cæcos* oculos. R. עַוַר Æthiopibus, *cæcus fuit*; in Piël עִוֵּר Hebræis, *cæcum reddidit*, vel *simulavit*; unde עִוֵּר *cæcus*, formæ חֵרֵשׁ *surdus*; à חָרַשׁ (aut חֵרֵשׁ) *surdum egit*.

עוֹר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. δέρμα, Lxx. βύρσα, Lxx. Sym. χρώς, αὐτός; Sym. σῶμα; Lxx. ἀσχημοσύνη, Vulg. & alii, *cutis, pellis, caro, corpus, corporisque partes tegendæ*; כָּתְנוֹת עוֹר, Gen. 3. v. 21. *tunicas corporis*. Lxx. δερματίνους, Vulg. & alii, *plerique, pelliceas*, קָרַן עוֹר פָּנָיו, Exod. 34. v. 30. *splendebat, radios* (qui instar cornuum spargerentur) *emittebat cutis faciei* (*frontis*) *ejus*, *cutis* ergo, *non comptus capillus, aureo pulvere conspersus* (ut quidam stultè commentati sunt) *cornuum instar, splendorem ac radios emittebat*. Cum præf. הָעוֹר *pellis*, בָּעוֹר & בְּעוֹר, *in cute, cutem*, מֵעוֹר *præ cute*. Cum aff. יֹאכַל בַּדֵּי עוֹרוֹ, Job. 18. v. 13. Lxx. βρωθείησαν αὐτοῦ κλῶνες ποδῶν *comedantur rami pedum ejus*. Vulg. *devoret pulchritudinem cutis ejus*. Alii, *comedet ramos* (brachia, artus, membra....) *corporis ejus*, m. & cum hhólem deficienti, עֹרוֹ *cuti ejus, cutem suam*, m. Cum præf. & affix בְּעֹרוֹ *in cute ejus*, m. שִׂמְלָתוֹ לְעֹרוֹ, Exod. 22. v. 26. *tunica ejus corpori ipsius* necessaria, עֹרָהּ *cutem ejus*, f. עוֹרִי *cutis mea*, וְעוֹרִי *& cutem meam*, בְּעוֹרִי *in cute mea*, c. עוֹרָם *cutis eorum*, וְעוֹרָם *& cutem eorum*. Plur. עוֹרִים, unde cum affix. absque (י) pluralis numeri indice, vide Gram. Heb. t. 1. p. 128. num. IV. עוֹרֵנוּ כְּתַנּוּר נִכְמָרוּ, Thren. 5. v. 10. *pelles nostræ quasi furnus denigratæ sunt*. Sic in plurali legunt Chald. Syr. Arab. Alii in singulari cum verbo (per enallagen) in plurali numero, vide eand. Gram. tom. 1. p. 548. §. IV. Ex terminatione plur. fem. cum hhólem in ultima deficienti, עוֹרֹת, vel utroque deficienti, עֹרֹת *pelles*. Cum præf. וְעוֹרֹת & וְעֹרֹת, *& pelles*. Cum affix. עֹרֹתָם *pelles eorum*. R. עוּר *evigilavit, nudatus fuit*, unde infinitivus עֹר vel עוֹר, *nudari*; & substantivè, *nuditas, cutis*.

עוּר QAL. Lxx. ἐξυπνίζομαι, ἐγείρω, ἐγείρομαι, ἐξεγείρω, ἐξεγείρομαι, ἑτοιμάζομαι, Vulg. & alii, *evigilo, expergiscor, suscito, suscitor, surgo, exsurgo, consurgo: paratus sum, vigilo*. Item, (uti ex inde derivatis liquet) *nudor, nudatus sum*....

IMPER. 2. p. s. m. cum ה parag. עוּרָה לָמָּה תִישַׁן, Psal. 43. Heb. 44. v. 24. *evigila, vigila, quare obdormis?* Cum præfix. & ה parag. וְעוּרָה אֵלַי, Psal. 7. v. 7. *& excitare ad me*.... 2. p. s. f. cum accentu in ultima, quod sæpiùs accidit, vide Gram. Heb. t. 1. p. 251. c. 1. Zach. 13. v. 7. *O gladie* עוּרִי עַל־רֹעִי *excitare in pastorem meum*, nempe, *in virum socium, proximum meum*. (Vulg. *cohærentem mihi*), *dicit Dominus exercituum* .... 2. p. plur. f. ex forma Targumistica, contracta per syncopen τοῦ נ, (vide Gram. Heb. tom. 1. p. 167. c. 2.) cum præf. & hhólem deficienti, loco τοῦ (ו), וְעֹרָה, Isai. 32. v. 11. *& commoveamini*, al. *nudamini*, pro וְעֹרְנָה, (ut שְׁמַעָא pro שְׁמַעְנָא, Paraph. Chald. Jerem. 9. v. 20.) ita ibid. רְגָזָה pro רְגֹזְנָה, & in pausa, רְגָזָה *commoveamini*, פְּשֹׁטָה pro פְּשֹׁטְנָה, *spoliamini*, חֲגוֹרָה pro חֲגֹרְנָה, *& accingimini* .... convenientissimo sane sensu, vide Gram. Lud. *de Dieu*, p. 202. Aliis tamen infinitivi sunt cum ה paragogico pro imperativis positi, vide eand. Gram. Heb. t. 1. p. 165. c. 1.

FUT. 3. p. s. m. cum affix. Job. 41. v. 1. vel 5. *non est ferox* quisquam, *qui* יְעוּרֶנּוּ (ut scribitur, sed legitur) יְעִירֶנּוּ *excitet*, i. *provocet eum*. Quidam, intransitive (per contractionem videlicet pro יֵעוֹר עִמּוֹ) *excitetur*, sive *conflictetur cum ipso*; vel potiùs activè, ex usu Arabico, *invadat eum*.

NIPHAL ex forma defectivorum Pé נ, cum (-) scilicet sub characteristica, loco hhiriq & daghésch primæ literæ radicali imprimendi. (Quanquam, quæ huc afferuntur ex hacce forma, commodiùs referantur ad Niphál τοῦ נֵעֹר, quod vide supra col. 1347. vide etiam Gram. Heb. tom. 1. p. 252. c. 1.) נֵעוֹר, Lxx. ἐγείρομαι, ἐξεγείρομαι, ἐκπορεύομαι, Vulg. & alii, *excitor, suscitor, surgo, consurgo; egredior, progredior*. Lxx. item paraphrasticωs, ἐν-

τείνω intendo, Vulg. *ſuſcito*.

PRAET. 3. p. ſ. m. נֵעוֹר *excitatur*, *egreditur*.

FUT. 3. p. ſ. m. יֵעוֹר *excitabitur*, *progredietur*. 3. p. ſ. f. עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ, Hab. 3. v. 9. *nudus* (è theca ſcilicet eductus) *excitabitur* (parabitur, tendetur) *arcus tuus*, m. 3. p. pl. m. יֵעוֹרוּ, & cum hhólem deficienti, יֵעֹרוּ *excitabuntur*, *excutientur*, *egredientur*.

PIEL vel POEL, עוֹרֵר, Sym. διεγείρω, Aq. ἐξεγείρω, Theod. ἐξυπνίζω, Lxx. αἰρέω, Vulg. & alii, *excito*, *ſuſcito*, *agito*, *è ſomno ſuſcito*, *traho*, *educo*. Hinc Gr. ὀρῶ. Lxx. item, χειροῦμαι *capio*, *domo*, *opprimo*, ex uſu Arabico.

PRAET. 3. p. ſ. m. עוֹרֵר לְךָ, Iſai. 14. v. 9. *excitavit tibi*, fecit tibi aſſurgere. Cum præf. וְעוֹרֵר & *excitabit*. 1. p. ſ. c. cum præf. וְעוֹרַרְתִּי & *excitabo*. Cum affix. עוֹרַרְתִּיךָ *excitavi te*, m. 3. p. plur. c. עֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ, Iſai. 23. v. 13. Alii, *nudârunt*, *deſtruxerunt*, vel *contriverunt*. Vulg. *ſuffoderunt*. Alii, *excitârunt* (qui hic ſignificatus Verbi עוּר, meliùs cum præcedentibus & ſequentibus vocibus cohæret) *palatia ejus*, f.

INFIN. עוֹרֵר *excitare*.

IMPER. 2. p. ſ. m. cum ה parag. עוֹרְרָה *excita*.

FUT. 3. p. ſ. f. Proverb. 10. v. 12. *odium* תְּעוֹרֵר מְדָנִים *excitat lites*. 3. p. pl. m. in pauſa, unde (-) loco τοῦ (·) ſub altero ע, pro ר poſito, (ut autumant plerique, quibus *inſignis anomalia* eſt) וְזַעֲקַת־שֶׁבֶר יְעֹעֵרוּ, Iſai. 15. v. 5. Lxx. βοᾷ, σύντριμμα, καὶ σεισμὸς *clamat*, *contritio*, & *concuſſio*. Aq. κραυγὴν συντριμμὸν (συντριμμοῦ) ἐξαναγερεῖσιν. Alii, *clamorem contritionis* (*contritionem*) *ſuſcitabunt*. Vulg. *levabunt*. Alii referunt ad רוּעַ *vociferor*, ita ut יְעֹעֵרוּ ſit per metatheſin pro יְרֹעֲעוּ *vociferabuntur*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 255. c. 2. Quidam, *excitant clamorem fractionis*, i. ſonum fragoſum, ſive interruptum:

Singultu medios impediente ſonos.

Quibus ſcilicet exprimendis media litera ע pro ר ex induſtriâ ſcribitur, quaſi ſonus τοῦ ר pronuntiatu difficilior ſingultu impediretur; ac pro ipſius ſono ſonus τοῦ ע ex ipſo ſingultu ferè exprimendus, exprimeretur.... ὀνοματοποιΐα. Vide theſaurum Gram. Joan. Buxtorf. p. 214. 2. p. pl. m. תְּעוֹרְרוּ & תְּעֹרְרוּ, *excitabitis*.

HIPHIL הֵעִיר, hinc Lxx. ἐγείρω, ἐξεγείρω, ἐπεγείρω, ἐκκαίω; Vulg. & alii, *excito*, *ſuſcito*, *incendo*. Item, intranſitive, *vigilo*, *evigilo*. Lxx. item, ἐπακούω *audio*, σκεπάζω *tego*.

עָצַר QAL. Lxx. συγκλείω, πολιορκέω, κατακαυχάω, ἰσχύω, κρατέω, κατέχω, δύω, δύναμαι, κατισχύω, ἄρχω, βιάζω, Lxx. Theod. διάζομαι, Lxx. Aq. ἐπέχω, Lxx. (per aphæreſin) στερέω, στέγειν ποιέω, κωλύω, ἀπέχομαι, συνέχομαι, παύομαι, φυλάττω.... Vulg. & alii, *claudo*, *concludo*, *includo*, *occludo*, *obſideo*, *occupo*, *obtineo*, *habeo*, *teneo*, *contineo*, *detineo*, *retineo*, *ligo*, *poſſum*, *valeo*, *calleo*, *polleo*, *roboror*, *roboro*, *autor*, *princeps*.... *ſum*, *impero*, *vim affero*, *urgeo*, *opprimo*, *reprimo*, *inhibeo*, *obſto*, *privo*, *orbo*, *ſterilem facio*, *impedio*, *cohibeo*, *coerceo imperando*, *prohibeo*, *abſtineo*, *contineor*, *quieſco*, *cuſtodio*, *ſervo*.... Hinc per metatheſin, Gal. *j'arreſte*, ou *j'arrête*. Lxx. item, φλέγω *comburo*, ſive *ardeo*, ex uſu Arabico. Subſtantivè, ἰσχὺς *vis*, *robur*.... Conſtruitur cum accuſat. & præpoſ. ב, עַל, מִן, עִם.

PRÆT. 3. p. ſ. m. עָצַר *occluſit*, *obtinuit*.... Cum præf. וְעָצַר & *claudet*. Cum aff. עֲצָרַנִי יְהוָה מִלֶּדֶת, Gen. 16. v. 2. *continet me Dominus ne pariam*. 1. p. ſ. c. עָצַרְתִּי *obtinui*. Cum præf. Iſai. 66. v. 9. *ego ne matricem frangere* (aperire ad partum) *faciam*, *nec faciam* (ut) *pariam* ego? *ſcilicet ille ego*, *qui parere facio*, וְעָצָרְתִּי *concludar*, *ſterilis ero*....? 3. p. plur. c. עָצְרוּ *obtinuerunt*, *continebant*....

PAOUL ſ. m. וְהוּא עָצוּר, Nehem. 6. v. 10. & *is continebat ſe*, non prodibat in publicum. Lxx. συνεχόμενος, ואפס עָצוּר וְעָזוּב, Deut. 32. v. 36. *nec ullus ſit incluſus*, *nec relictus*; mutato τοῦ (ו) in (ֻ), עֻצַר *incluſus*, *contentus*. Fem. ſing. עֲצֶרֶת־ *retenta*.

INFIN. formâ abſolutâ, עָצֹר *occludendo*. Cum præf. וַעְצֹר בְּמִלִּין מִי יוּכָל, Job. 4. v. 2. & *continere verba quis poteſt?* לַעְצֹר *ad obtinendum*.

FUT. 3. p. ſ. m. אַל־יַעְצֹר עִמְּךָ אֱנוֹשׁ, 2. Paral. 14. v. 10. *ne imperium tecum habeat homo*. Cum aff. כָּה, pro ךָ, expreſſo ſcilicet ה, τοῦ hhólem in (ׇ hhatoúph) mutato, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 359. c. 2. יַעְצָרְכָה *detineat te*, m. Cum præf. & affix. mutato τοῦ hhólem in (ׄ), vide eandem ibid. וַיַּעַצְרֵהוּ & *coercuit eum*. 3. p. ſ. f. תַּעְצֹר *obtinebit*. 2. p. ſ. m. mutato τοῦ hhólem in (ׇhhatoúph) ob maqqaph ſeq. תַּעְצָר־ *inhibeto*. Cum aff. תַּעְצְרֵנִי *detineas me*, c. 1. p. ſ. c. אֶעְצוֹר *claudam*. 1. p. plur. c. כִּי־נַעְצֹר כֹּחַ, 1. Paral. 29. v. 14. *ut ſufficientem habeamus facultatem* ad elargiendum tantum. Cum ה parag.

ה parag. unde ead. punctorum mutatio, ac mox supra, נַעַצְרָה־נָּא אוֹתָךְ *age, sine, te exoremus, remoremur.*

NIPHAL נֶעְצַר, Lxx. ἐπισχέω, συνέχομαι, κοπάζω, παύομαι.... Vulg. & alii, *exoror, placor, propitior, teneor, detineor, contineor, comprimor, constringor, cohibeor, coerceor, cesso nimio labore fractus, quiesco...*

PRAET. 3. p. f. f. in pausa, quare τὸ (-) primariæ vocis reductum in (·) sub צ mutatur, וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה, Num. 17. v. 15. vel 16. v. 50. *& plaga cohibita, prohibita est.* Ex accentûs sede liquet τὸ נֶעֱצָרָה esse præteritum, non autem Benoni, ut nonnulli volunt. Vide Opus Gram. nostri D. Th. Dufour, p. 201.

BEN. f. m. נֶעְצָר לִפְנֵי יְהוָה, 1. Reg. 21. v. 8. Lxx. voce Hebræâ & expressâ, & retentâ, & nonnihil, ut fit, corruptâ, συνεχόμενος Νεσσαραν, Alex. Νεσσαραν, al. Νεσσαρ ἐνώπιον κυρίου, Vatic. Neessarân, Alex. Nessaran, al. Neessâr, Alii, *detentus coram Domino.* Vulg. *intus* (at legendum, *tentus*, Syr.) .... voti, orationis.... ergo, vel religione Sabbathi.

INFIN. cum præf. בְּהֵעָצֵר *quando clauditur cælum.*

FUT. 3. p. f. f. cum præf. ex forma (-), וַתֵּעָצַר *& cohibebitur*, וַתֵּעָצַר *& cohibita est* plaga.

עֶצֶר m. unde וְאֵין־מַכְלִים דָּבָר בָּאָרֶץ יוֹרֵשׁ עֶצֶר, Jud. 18. v. 7. Lxx. καὶ οὐκ ἔστι διατρέπων ἢ καταισχύνων λόγον ἐν τῇ γῇ, κληρονόμος ἐκπιέζων θησαυροῦ.... *nec est deterrens*, vel *confundens verbum in terra, possessor exprimens* (*exponens*) *thesauros*.... Vulg. *nullo ei penitus resistente, magnarumque opum*..... Syr. *& neminem esse in terra illa perniciosum, neve, qui molestiam aut negotium facesseret*.... Adverb. *& non confundens verbum in terra possidens retentionem*.... (variant recentiores), vide synopf. Criticor. Quidam, *nec ullum esse in terra, qui vel verbo erubescere faceret, aut lacesseret eum, qui locum*, vel *imperium occuparet.* R. עצר *occupavit, tenuit, obtinuit, retinuit, imperavit*....

עֹצֶר m. Lxx. θλίψις, ταπείνωσις.... Vulg. & alii, *coarctatio, compressio, angustia*, sive *angustiæ tribulatio, depressio*, seu *animi abjectio*, meton. affectûs.... Cum præf. וְעֹצֶר רָחַם, Proverb. 30. v. 16. Lxx. paraphrasticws, καὶ ἔρως γυναικὸς *amor mulieris.* Vulg. *& os vulvæ.* Aq. ἐποχή, Sym. συνοχὴ μήτρας; Alii, *& retentio, arctatio, constrictio, occlusio, orificium*.... *vulvæ.* מֵעֹצֶר וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח, Isai. 53. v. 8. *ex authoritate, & ex judicio* (seniorum) *tollitur, ducitur*, nempe, ad supplicium; *agitur* in crucem Christus. Vide Joan. 3. v. 14. & cap. 12. vv. 32. 33. R. עצר *clausit, occlusit, continuit, retinuit, arctavit, coarctavit, compressit, depressit*....

עֲצָרָה f. unde קַדְּשׁוּ עֲצָרָה לַבַּעַל, 4. Reg. 10. v. 20. Lxx. ἁγιάσατε ἱερείαν τῷ Βάαλ *sanctificate solemnitatem.* (Vulg. *diem solemnem*) *Baali.* Complut. ἁγιάσατε θεραπείαν τῷ Βάαλ *sanctificate cultum Baalis.* Ald. ἁγιάσατε ἱερείαν τῷ Βάαλ, καὶ θεραπείαν *sanctificate solemnitatem Baali, & cultum.* Paraph. Chald. וְזַמִּינוּ כְּנִשְׁתָּא לְבַעְלָא *convocate cœtum Baali.* Alii, *sanctificate*, sive *indicite feriatum* (*festum* diem, *cessationem* ab opere, *retentionem* populi.....) *Baali.* Joel. 1. v. 14. Aq. ἡμέραν συλλογῆς *diem collectæ.* Sym. σύνοδον *cœtum.* Arab. חרמת *ministerium sacrum.* Vulg. & alii, *cultum* divinum.... Cum præfix. וַעֲצָרָה, Isai. 1. v. 13. Lxx. ἀργία (ἐκκλησία) *otium, abstinentia ab opere*.... R. עצר *abstinuit, detinuit, retinuit*.....

עֲצֶרֶת f. unde plur. cum præfix. & affix. בְּעַצְּרֹתֵיכֶם, Amos 5. v. 21. Lxx. ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν, Vulg. & alii, *cœtuum vestrorum, in conventionibus, conventibus, vestris*, m. Radix eadem ac vocis præcedentis.

עֲצֶרֶת, & in pausa עֲצָרֶת idem, ac præced. עֲצֶרֶת בֹּגְדִים, Jerem. 9. v. 2. Lxx. σύνοδος ἀθετούντων, Vulg. & alii, *cœtus* (*conventus condictus*, ubi scilicet jurejurando, aut legibus coguntur homines, nec audent discedere, synopf. Critic.) *prævaricatorum*.... Lxx. item, ἐξόδιον *exitus, finis*, ac per metonym. adjuncti, *carmen*, quod videlicet in exitu fabulæ canitur; ἐξόδιον ἑορτή, Deut. 16. v. 8. *finis solemnitas*, per appositionem, pro *finis solemnitatis.* Quæ

vox ἱερῶν (Hebræam עֲזָרַת sola exprimens) subintelligitur; quoties τὸ ἐξόδιον solum scribitur; unde Theodoret. τὸ ᵹ ἐξόδιον τὸ τέλ☉ σημαίνει τῆς ἱερτῶν. Rad. eadem ac vocis præced.

עָקַב QAL. Lxx. πτερνίζω, (ὑποσκελίζω,) Vulg. & alii, *calcaneum teneo*, vel *apprehendo*, *calcaneo supposito pessundo* (*subjecto crure everto*, *dejicio*) *supplanto*, *defraudo*, *circumvenio*....

Praet. 3. p. s. m. עָקַב אֶת־אָחִיו, Hos. 12. v. 4. *calce tenuit fratrem suum.*

Infin. ex forma absoluta, עָקוֹב, Jerem. 9. v. 3. *supplantando*.... Lxx. substantivè, πτέρνῃ.... *calce* supposito.... Vulg. participialiter, *supplantans.*

Fut. 3. p. s. m. כָּל־אָח עָקוֹב יַעְקֹב. Jerem. 9. v. 3. *omnis frater supplantando supplantat*.... h. e. id agit ut decipiat, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 537. c. 1. Cum præf. & aff. וַיַּעְקְבֵנִי *& supplantavit me*, c.

PIEL עִקֵּב, unde 3. p. s. m. Fut. cum affix. וְלֹא יְעַקְּבֵם, Job. 37. v. 4. Lxx. ᵹ ἐκ ἀνταλλάξει αὐτὰς *nec commutabit eos*; ex usu Arabico. Sym. ᵹ ἐκ ἐξιχνιασθήσεται, Vulg. *& non investigabitur*; ex usu Chald. Alii, (ferè omnes) *neque retardat*, *differt*... *ea*; quasi à עַכֵּב Chaldæis, in Paël, *moratus est*, *tardavit*, *impedivit*.... alternando scilicet, ut fit, ק & כ. Quidam, *nec supplantabit*, h. e. *fraudabit ea* (nempe fulgura, tonitrua) effectu.

עָקֵב m. Lxx. Aq. πτέρνα, Lxx. πτερνισμός, πῦς, Lxx. Sym. ἴχν☉, Theod. ἀκολουθῶν, Lxx. ἔσχατος.... Vulg. & alii, *calx*, *calcaneus*, vel *calcaneum*; per metonymiam effectûs, *supplantatio*, *dolus*, *fraus*; per synecdochen totius.... *pes*; metonymicè, *vestigium*; participialiter, *sequens*; metaphoricè, *extremus*, *extremitas*, *finis*.... & adverbialiter, vi videlicet præpositionis aut expressæ, aut subintellectæ, *extremò*, *postremò*, *postremùm*, *in finem*, *tandem*.... Item, *merces*, quòd sit finis laboris. Lxx. item, ἀντάλλαγμα, Vulg. *commutatio*, γενεά *generatio*, *fructus*.... תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב, Gen. 3. v. 15. *conteres ipsi calcaneum*; sed quid per τὸ *calcaneum* intelligendum? Quidam sic הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב, τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν, Gen. 3. v. 15. *ipsum* (semen mulieris, soliûs scilicet, h. e. Christus); *conteret te capite*, i. e. *ab initio*, (ubi primùm apparuerit.... Confer pr. Joan. 3. v. 8.) *tu verò conteres ipsum calce*, i. *in fine* vitæ... quùm videlicet *Dominus voluerit conterere eum in infirmitate*.... Isai. 53. v. 10. quùm venerit, *hora vestra*, ô Judæi! *& potestas tenebrarum*. Luc. 22. v. 53..... Cum præf. בְּעָקֵב, Job. 18. v. 9. Lxx. ἐπ' αὐτοῖς *in ipsum*. Vulg. *planta illius*. Alii, *calcem*, *calcaneum*, vel *calce*, *calcaneo*. Const. τοῦ (-) retento, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 93. cum præf. בַּעֲקֵב *calcaneum*. Cum affix. עֲקֵבוֹ *calcem*, *extremam partem ejus*, m. Plur. constr. cum daghésch τοῦ ק impresso, quasi à singulari עָקֵב, formæ כָּבֵר; עִקְּבֵי־ *calces*. Cum præf. בְּעִקְּבֵי *in vestigiis*. Cum affix. in pausa, עֲקֵבֶיךָ *vestigia tua*, *plantæ tuæ*, f. עֲקֵבַי *calcaneorum meorum*, c. vide supra עָוֹן in עָוָה, col. 1564. Cum terminatione fem. veluti à singul. fem. עֲקֵבָה, constr. עִקְּבוֹת *calces*, *vestigia*, *viam*..... Cum præf. & affix. וְעִקְּבוֹתֶיךָ *& vestigia tua*, m. R. עָקַב *calcaneum teneo*, vel *apprehendo*....

עֵקֶב m. *finis*, *extremum*, *merces*. Lxx. ἀνταπόδοσις, ἀντάμειψις, Vulg. & alii, *retributio*, *compensatio*...an quia in calce operis, h. e. in fine operis datur? & operis exitus est? An quia vestigium operis permanens est? Cocc. Adverbialiter, vi scilicet præposit. vel expressæ, vel subintellectæ. Lxx. παραυτίκα, ἐξάπινα, ἕνεκα, διαπαντός, ἀντί, ἕνεκεν, διά, διὰ τοῦτο, ὅτι, ἀνθ' ὧν..... Vulg. & alii, *confestim*, *subitò*, *quùm*, *quando*, (*tandem*, *ad extremum*, *in finem*, *usque*....) *semper*, *pro*, *propter*, *propterea*, *quod*, *propterea quòd*... עֵקֶב עֲנָוָה יִרְאַת יְהוָה, Prov. 22. v. 4. *finis humilitatis*, sive *mansuetudinis*, sive *modestiæ* cum sit *timor*; tum adsunt *divitiæ*, *gloria*, sive *honor*, *& vita*. עֵקֶב אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ בְּקֹלִי, Gen. 22. v. 18. *pro eo*, *quod auscultasti voci meæ*.... Rad. עָקַב *calcem tenuit*.... unde עָקֵב *calx*; metaphoricè, *finis*, hincque *merces*, humanorum *finis*.

עָקְבָה f. unde cum præf. וְיֵהוּא עָשָׂה בְעָקְבָּה,

4. Reg. 10. v. 19. Lxx. καὶ Ἰοὺ ἐποίησεν ἐν πτερνισμῷ & Ihu fecit in supplantatione. Vulg. & alii, porrò Jehu faciebat (hoc) insidiosè, dolo .... R. עָקַב calce supposito pessundedit, supplantavit, defraudavit .....

עָקַד QAL, (per metathes. Hispan. ataco, (ato, tacho ...) Gal. j'attache, (je tache, maculo ... attaque ...) unde 3. p. f. m. FUT. cum præf. וַיַּעֲקֹד אֶת־יִצְחָק בְּנוֹ, Gen. 22. v. 9. Lxx. καὶ συμποδίσας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, Vulg. cumque alligâsset Isaac filium suum .... Alii, & colligavit, constrinxit .... (ligatis, scilicet more victimarum, manibus pedibusque) Isaac filium suum .... Non certè invitum eum, qui portaverat ligna, quæ erant onus asini. Nec enim parùm lignorum sufficeret ut eum more holocaustorum, in cineres redigeret. Parebat igitur Isaac mandato Dei, quod pater declaravit. Probabile est Isaacum, cujus oblatio illustris erat typus oblationis Christi, in eo etiam cum antitypo convenisse, ut circa annum 33. ætatis offerretur. In iis etiam erat typus Christi, I. quòd in monte Moria oblatus; II. tertio die; III. quòd ligatus manibus, pedibusque; IV. quòd primò portavit lignum, deinde lignum portavit ipsum .... Light.

עָקֹד m. Lxx. διάλευκος, ῥαντός, Vulg. & alii, albo intermixtus, distinctus, varius, maculosus .... Plur. mutato per legem æquivalentiæ τοῦ hhólem in (ֻ) cum daghésch, עֲקֻדִּים varii. Cum præf. הָעֲקֻדִּים varios. Rad. עָקַד ligavit, signavit, maculavit .... unde nom. עָקֹד pecus pede, aut cruribus, ubi ligari solet, albo, nigro signatum ....

בֵּית־עֵקֶד Mass. beth-E'qedh; est aliis nomen proprium, aliis appellativum. בֵּית־עֵקֶד הָרֹעִים, 4. Reg. 10. v. 12. Lxx. voce Hebræâ retentâ, (ut facere solent ubi hærent) nonnihilque, ut fit, corruptâ, ἐν Βαιθακὰθ (Ald. Βαιθακὰδ, Alex. Βαιθακὰθ) τῶν ποιμένων .... in Bathakad pastorum ..... Aq. οἴκῳ κάμψεως .... in domo curvationis, sive curvantium .... ut habet S. Hieronymus de locis Hebraicis. Sym. οἴκῳ ἑκάστων .... in domo singulorum .... Vulg. ad cameram pastorum .... Alii, juxta domum constrinæ pastorum; ad verb. ligationis, quòd in ea ligarentur oves tondendæ. Chald. בֵּית כְּנִישַׁת רָעַיָא juxta domum congregationis pascui, sive pastorum; nimirùm, quòd ad pascendum (vel ad tondendum) congregarentur ... Est aliis nomen pagi, aut loci. R. עָקַד ligavit, colligavit, constrinxit .... more scilicet pecudis tondendæ, aut jugulandæ.

עָקָה f. unde constr. מִפְּנֵי עָקַת רָשָׁע, Psal. 54. Heb. 55. v. 4. Lxx. καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ, Vulg. Lat. & à tribulatione peccatoris. S. Hieron. à facie persequentis); legebat עֹקֵה participium τοῦ Qal Verbi עָקָה Arab. valdè amarum reddidit ...) Sym. ἀπὸ ἐνοχλήσεως ἀσεβοῦς à molestatione impii. Alii, à facie angustiæ, vel violentiæ, h. e. propter pressuram, sive divexationem .... impii. R. עוּק pressit, arctavit, angustavit .....

עָקֹב m. Lxx. σκολιός, Vulg. & alii, tortuosus, intortus, iniquus, obliquus; metaphoricè, pravus, perversus, fraudulentus ... עָקֹב הַלֵּב מִכֹּל, Jerem. 17. v. 9. Lxx. βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα. Alii, profundum cor præ omnibus rebus, res profundissima quæque, multas lacunas & recessus multos habens. Sym. ἀνεξερεύνητος ἡ καρδία πάντων ..... inscrutabile, Vulg. pravum.) Alii, supplantativum .... est cor omnium. Cum præf. ה articulo, pronominis relativi vices gerente, τοῦ (ֶ) ob gutturalem ע τοῦ (ֶ) affectam notato, הֶעָקֹב quod iniquum, pravum .... erat. Fem. τοῦ hhólem in (ֻ) sequente dagh. per legem æquivalentiæ mutato, עֲקֻבָּה מִדָּם, Hos. 6. v. 8. Lxx. ταράσσουσα ὕδωρ conturbans aquam, pro מִדָּם, legebant מַיִם. V. editio, ὑποσκελίζουσα, καὶ δολοφόνος supplantans, & dolo occidens. Aq. πτερνιστὴς ἀπὸ αἵματος de flexa à sanguine. Sym. διώκται ἀπὸ αἵματος persecutores à sanguine; legebat ם pro ה in fine. Theod. ἡ πτέρνα αὐτῆς ἀφ' αἵματος calx ejus à sanguine ..... Vulg. supplantata (deducebat à τῷ עָקוּב Paoul f. m. supplantatus) à sanguine. Alii, retenta, occupata, fædata, sive polluta, à sanguine, quasi à τῷ עָקַב .... Alii, supplantatrix, vel insidiatrix, sive callida sanguinis.

fundendi, à singulari masc. עָקֹב *callidus, versutus* ....

עַקּוּב Mass. *Aqqoúv*, Vulg. *Accub*, nomen propr. 1°. filii τȣ̃ Elioenai, filii Naatiæ, 1. Paral. 3. v. 24. 2°. janitoris, ibid. cap. 9. v. 17. 3°. Levitæ, Nehem. 8. v. 7. Etym. *supplantatus*, à עָקוּב Paoúl s. m. τȣ Qal Verbi עָקַב *supplantavit* .... mutato τȣ̃ (·) per legem æquivalentiæ, in (-) sequente daghésch.

עָקַל QAL. Lxx. διαςρέφομαι, Vulg. & alii, *perverto*, vel *pervertor*, *obtorqueo*, sive *obtorqueor*, *versutè ago*, *veritatem obscuro*, *contamino*, *tergiversor* ..... unde עֲקַלְקַלּוֹת, עֲקַלָּתוֹן, quæ vide mox infra.

PUAL עֻקַּל, Lxx. διαςρέφομαι, Vulg. & alii, *pervertor* ....

Paoul s. m. מְעֻקָּל, quod vide supra, col. 1164.

עֲקַלְקַלּוֹת plur. f. unde אֳרָחוֹת עֲקַלְקַלּוֹת, Jud. 5. v. 6. Lxx. ὁδȣ̀ς διεςραμμένας *vias distortas*. Vulg. *calles devios*. Alii, *vias obliquas*. (מְנַגְּבָן Chald. *vias furtivas*), quas pro itineribus publicis eligebant: ut fit, quum regionem infestat miles; significat commercia abrupta. Cum affix. וְהַמַּטִּים עֲקַלְקַלּוֹתָם, Psal. 124. Heb. 125. v. 5. Lxx. τȣ̀ς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς ςραγγαλιὰς *declinantes autem in versutias*, sive *tergiversationes*. (Vulg. *in obligationes*; fortè mendosè, pro *in obliquationes*.) Aq. διαπλοκὰς *simultates*. Sym. & Vª. edit. σκολιότητας *obliquitates*. Theod. διεςραμμένα *perversa*. S. Hieronymus, *qui autem ad pravitates suas*. Alii, *ad tortuosa* ... Rad. עָקַל *pervertit*, *intorsit*, *obtorsit*, *iniquum*, *pravum* .... *reddidit* .... unde geminatis duabus ultimis radicalibus plur. fem. עֲקַלְקַלּוֹת (τȣ̃ (·) in penultima in (-) sequente dagh. per legem æquivalentiæ mutato), *pravitates*, *tergiversationes* ....

עֲקַלָּתוֹן m. unde נָחָשׁ עֲקַלָּתוֹן, Isai. 27. v. 1. Lxx. ὄφιν σκολιὸν, Vulg. *serpentem tortuosum*. Aq. ὄφιν ἐσκιῤῥωμένον, ἢ ἐπεσκιῤῥωμένον *serpentem in σκίῤῥον induratum*, vel *corroboratum*. Sym. κατὰ τȣ̃ ὄφεως τȣ̃ σκολιȣ̃ *contra serpentem tortuosum*. Theod. ὄφιν ἐπεσκιῤῥωμένον *serpentem in σκίῤῥον induratum*, sive *inveteratum*. Alii, *fluxuosum*, *contortum*, *curvum*, *obliquum*, (qui per occultas vias penetrat, se accommodans occasionibus ....) Ita Satan meritò appellatur. Rad. עָקַל *pervertit*, *obtorsit*; unde עֲקַלָּתוֹן nomen substantiv. diminutiv. à עֲקַלָּה f. (formæ scilicet שַׁבָּתוֹן *sabbathulum*, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 253. c. 1.) *parva*, *vilis tortuositas* ....

עֲקָן Mass. & Vulg. *Acán*, nom. propr. filii Eser, filii Seir Horræi, Gen. 36. v. 28. Etym. *lac concretum*, vel *butyrum*. (Hinc Helvetiorum, *anken*); à עֲקָן Æthiop. idem.

עָקַר QAL. Lxx. Sym. ἐκριζόω, Lxx. ἐκτίλλω, Vulg. & alii, *exstirpo*. (Hinc Lat. *eradico*, Hispan. *echar* .....) *evello* .... Item, *enervo*. Hinc Græc. per aphæres. χαράζω, *dissipo*, Lat. per metathes. *erunco*, Hispan. *arranco*, Gal. *j'arrache* ....

Infin. cum præf. לַעֲקוֹר נָטוּעַ, Eccles. 3. v. 2. *ad evellendum plantatum*.

NIPHAL נֶעֱקַר, unde 3. p. s. m. Fut. וְעֶקְרוֹן תֵּעָקֵר, Sophon. 2. v. 4. Lxx. καὶ Ἀκκαρὼν ἐκριζωθήσεται, Vulg. & alii, *& Accaron eradicabitur*; ludit in etymo nominis civitatis *Accaron*, Hebr. עֶקְרוֹן, (*evulsit*), à עָקַר, Lat. *evulsio*; q. d. quæ alias, sive alios, *evulsit*, *evelletur*; elegans paranomasia.

PIEL עִקֵּר, Aq. Sym. ἐκριζόω, Aq. ἐξορίζω (fortè pro) ἐξριζόω, Lxx. νευροκοπέω, παραλύω, Vulg. & alii, *exstirpo*, *eradico*, *erunco*. Metaphoricè, *à diis penatibus extermino*, *exilio mulcto*, *nervos incido*, sive *abscindo*, *resolvo*, *effemino* ....

Praet. 3. p. s. m. עִקֵּר *enervavit*. 3. p. plur. c. עִקְּרוּ־שׁוֹר, Gen. 49. v. 6. Alii, *suffoderunt*. (Aq. Sym. τεῖχος) *murum*, (Sichemi scilicet murum, si quis fuit, confer cap. 34. v. 25.) legebant שׁוּר. Alii, *enervarunt*. Lxx. ταῦρον) *taurum* ... Sichem *taurus* dicitur, quia in feminas ruebat, & quia in civitate potens. R. Jacob.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וַיְעַקֵּר *& enervavit*. 2. p. s. m. אֶת־סוּסֵיהֶם תְּעַקֵּר, Jos. 11. v. 6. *equos eorum enervabis*, suffraginibus succisis.

עָקָר m. Lxx. ἄγονος, Aq. στεῖρα, Vulg. & alii, *sterilis*. Fem. עֲקָרָה *sterilis*. Ex terminatione ה præced. duplici (ּ), עֲקֶרֶת *sterilem*. Cum præf. עָקָר וַעֲקָרָה, Deut. 7. v. 14. Lxx. ἄγονος, οὐδὲ στεῖρα; Alii, (*non erit*...) *sterilis mas*, aut *femina*. Vulg. (*non erit apud te*) *sterilis utriusque sexûs*. Rad. עָקַר *eradicavit*... unde עָקָר (ex quo עֲקָרָה, vel עֲקֶרֶת, f.) *sterilis*, ex quo virtus pariendi eradicata. Buxt. Lex....

עֲקַר PEAL. Chald. unde ITHPEAL, ex quo 3. p. plur. f. PRAET. cum (ּ) pro (·) sub א characteristico, more Syrorum; (ו) in fine pro ה secundùm Massorethas, & (ּ) sub ק ob pausam, ex ־ (-) primariæ scilicet vocis, unde nos sequimur nostros grammaticos, qui hanc conjugationem vocarunt *Ithpeal*, vel Syr. *Ethpeal*, & punctarunt אִתְפְּקֵד, vel Syr. אֶתְפְּקַד, per pathahh in fine. Vide Gram. Lud. *de Dieu*, p. 208. vide & Gram. Heb. tom. 2. p. 588. c. 2. אֶתְעֲקָרָה, pro אִתְעֲקַרָה, more Prophetæ, pro אֶתְעֲקַרָא, Dan. 7. v. 8. Lxx. ἐξεῤῥιζώθη *evulsa*, *exstirpata*... *sunt* cornua.

עֵקֶר m. unde cum præfix. לְעֵקֶר מִשְׁפַּחַת גֵּר, Levit. 25. v. 47. Lxx. ἐκ γενετῆς προσηλύτῳ *ex stirpe proselyto*. Vulg. *cuiquam de stirpe ejus*. (Alii, *stirpi*,) *familiæ peregrini*. Alii, *indigenæ*.... Quidam, *eradicato è familia peregrini*, h. e. *è gente aliena evulso*, sive *oriundo*. R. עָקַר *eradicavit*, *evulsit*....

עֵקֶר Mass. *E'qer*, Vulg. *Achar*, nom. propr. filii Aram, filii (primogeniti) Jerameel, 1. Paral. 2. v. 25. Etym. *evulsio*, sive *evulsus*, *eradicatus*, à עָקַר *evulsit*, *eradicavit*....

עִקַּר m. Chald. unde עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי, Dan. 4. v. 12. Lxx. τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ.... Vulg. *germen*. (Alii, *stirpem*. Quidam, *staturam*, sive *habitum*. Arab. *plantam*) *radicum ejus*.... Rad. עָקַר Hebræis, Chaldæis .... *exstirpavit*.... unde עִקַּר *stirps*, *truncus*.... quasi quid exstirpandum.

עַקְרָב m. (alternando ע & Σ, vel S). Lxx. σκορπίος, Vulg. & alii, *scorpio*, Gall. Germ. ....*scorpion*. *Scorpius* verò *aliùs est terrestris*, *alius volucer*, *alius etiam marinus*; *proinde* S. Joan. Apoc. 9. v. 3. *dixit* σκορπίους τῆς γῆς *scorpios terræ*. Bochart. Hinc Gal. *écrevisse*; per aphæresin Gr. κάραβος, Lat. *carabus*, *crabro*.... Gal. *crabe*, Ger. *krebs*.... Chaldæis idem, quod Hebræis.... 1°. metaphoricè, *lupatum*, ferrum fræni, quod equi ori immittitur. 2°. *ferrum curvum*, instar scorpionis, infixum prelo torculario. 3°. *signum cæleste*..... Cum præfix. וְעַקְרָב *& scorpio*. Plur. ־ (ּ) in (-) sequenti dagh. per legem æquivalentiæ mutato, עַקְרַבִּים *scorpiones*. Metaphoricè, *spinæ*. Cum præfix. בָּעַקְרַבִּים, 3. Reg. 12. v. 11. (*ego autem cædam vos*) *scorpionibus*, h. e. flagellis in modum scorpionum *aculeatis*.... עקרב *akrab*, (*scorpio*), Bocharto dicitur pro עקץ־רב *akats-rab*, à magno aculeo; quia μόνον τῶν ἐντόμων τοῦτο μακρόκεντρόν ἐστι *solum insectorum magnum habet aculeum*, ut tradit Aristoteles, hist. lib. 4. cap. 7. Quidam, à עקרב Arab. *scorpio*. Rad. עקר Arab. *vulneravit*.... unde cum ב more Persarum paragogico, עקרב *aqrab*, *scorpio*, sic dictus, quod longo aculeo vulnus altiùs infligat; unde etiam, ab eadem radice, עקיר *aqóuron*, *mordax*, *vulnerans* animal.

עַקְרַבִּים m. plur. unde לְמַעֲלֵה עַקְרַבִּים, Num. 34. v. 4. Jos. 15. v. 3. Lxx. πρὸς ἀνάβασιν Ἀκραβίν; Alii, (quibus est nomen loci) *per ascensum Acrabin*, sive *Acrabbim*; nomen scilicet propr. vici à Neapoli dissiti orrum versus novem milliaribus, in via, quæ rendit Jordanem versus, & Jerichuntem per regionem Acrabattenen. Ita scribit Eusebius in *onomastico*. Alii cum Vulg. appellativè, *per ascensum scorpionis*, (seu *scorpionum*); sic & Jud. 1. v. 36. Etym. *scorpiones*; à singul. עַקְרָב, quod vide mox supra.

עֲקֶרֶת f. vide supra in עָקָר, col. 1720.

עֶקְרוֹן Mass. *Eqrón*, Vulg. *Accaron*, (*Acron*, Jos. 19. v. 43.) nom. propr. urbis, Jos. 15. v. 45. 1. Reg. 17. v. 51. vel 52. Jerem. 25. v. 20.... S. Hieronymus ad hanc Eusebii vocem Ἀκκαρών *Accarón*, *in Tribu Dan*: (*sive ut ego arbitror*, *in Tribu Judæ*), *ad lævam Chananæorum*: *urbs una de quinque olim Satrapiis Palæstinæ*: *& decreta est qui-*

dem Tribui Juda, nec tamen tensa est ab ea, quia habitatores pristinos nequivit expellere; sed & usque hodie grandis vicus civium Judæorum Accaron dicitur, inter Azotum, & Jamniam, ad orientem respiciens. Quidam putant Accaron turrim Stratonis, postea Cæsaream nuncupatam. Vide Verbum עָקַר, supra col. 1720. ubi & etymon....

עֶקְרוֹנִים Mass. *Eqronîm*, Vulg. *Accaronitæ*, nomen commune virorum è civitate Accaron oriundorum, 1. Reg. 5. v. 10. Etymon idem ac vocis עֶקְרוֹן, quam vide mox supra.

עֲקֶרֶת f. vide supra in עָקַר, col. 1720.

עקש QAL, unde 3. p. f. m. Fut. cum præf. & affix. Job. 9. v. 20. si *integrum ego* (me dixero) וַיַּעְקְשֵׁנִי. Lxx. σκολιὸς ἀποβήσομαι *pravus evadam*. Vulg. *pravum me comprobabit*. Alii, *depravavit*.... h. e. *depravatum*.... *declaravit*, *ostendit*... Verba enim, quæ *fieri*, *esse*, vel *agere* quid significant, quandoque non tam actum, quàm ejus notificationem, vel pronuntiationem denotant, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 525.

NIPHAL נֶעְקַשׁ, unde Ben. f. m. cum præf. in regimine, וְנֶעְקַשׁ דְּרָכַיִם, Proverb. 28. v. 18. Lxx. ὁ δὲ σκολιαῖς ὁδοῖς πορευόμενος.... *qui* (*autem*) *perversis graditur viis*.... Alii, *qui verò sese pervertit in duabus viis*, sive *huc illuc sese flectit*....

PIEL עִקֵּשׁ, Lxx. διαστρέφω, Sym. σκολιόω, Vulg. & alii, *detorqueo*, veritatem *obscuro*, *contamino*, *distorqueo*, *perverto*....

Praet. 3. p. pl. c. נְתִיבוֹתֵיהֶם עִקְּשׁוּ לָהֶם, Isai. 59. v. 8. *tramites suos perverterunt sibi*.

Ben. f. m. cum præf. וּמְעַקֵּשׁ דְּרָכָיו, Proverb. 10. v. 9. & *qui depravat vias suas*, m.... huc illuc deflectens, ne vestigiis prodatur.

Fut. 3. p. plur. m. cum (-) loco תּוּ (·) in penultima ob pausam, וְאֵת כָּל־הַיְשָׁרָה יְעַקֵּשׁוּ, Mich. 3. v. 9. & *omne rectum pervertunt*, pro *pervertitis*. Enallage tertiæ personæ pro secunda, (non dignatur eos ampliùs alloquio.) Vide Gram. Heb. t. 1. p. 548.

עִקֵּשׁ m. Lxx. Sym. σκαμβός, Lxx. σκολιός, στραγγαλιώδης, Lxx. Theod. στρεβλός, Lxx. ψευδής; Sym. substant. στρέβλευμα.... Vulg. & alii, *curvus*, *obliquus*, *tortuosus*, *pravus*, *perversus*, *mendax*.... Substantivè, *tortuositas*, *pravitas*, *perversitas*.... Murato (-) in (·) ob maqqaph, עִקֶּשׁ־ *perversus*. Cum præfix. וְעִקֵּשׁ & *perversus*, מֵעִקֵּשׁ *præ perverso*. Plur. עִקְּשִׁים *perversi*. Construct. עִקְּשֵׁי־לֵב, Proverb. 11. v. 20. Lxx. διεστραμμέναι ὁδοὶ *viæ pravæ*. Aq. Sym. Theod. στρεβλοκάρδιοι; Alii, *perversi corde*, *animo* (variis utentes dolis). Vulg. in sing. *pravum*. R. עָקַשׁ *depravavit*, *pervertit*....

עִקֵּשׁ Mass. *Iqqêsch*, Vulg. *Acces*, nom. proprium patris Hiræ, 2. Reg. 23. v. 26. 1. Paral. 11. v. 28. Etym. *pravus*, aut *callidus*, à עָקַשׁ idem.

עִקְּשׁוּת f. unde עִקְּשׁוּת פֶּה, Prov. 4. v. 24. Lxx. σκολιὸν στόμα, Vulg. *os pravum*. Aq. Theod. στρεβλότητα στόματος; Alii, *pravitatem*, *perversitatem*, *duplicitatem*..... *oris*. Sic cap. 6. v. 12. Lxx. in plur. ὁδοὺς οὐκ ἀγαθάς *vias non bonas*. Vulg. *ore perverso*. Sym. στρεβλεύμασι στόματος *tortuositatibus oris*. Alii, *perversitate oris*. R. עָקַשׁ *pervertit*....

עָר m. Lxx. ἐχθρός, Aq. Sym. ἀντίζηλος, Vulg. & alii, *adversarius*, *inimicus*, *hostis*, *æmulus*.... Lxx. item, ὁ πλησίον *proximus*, (legebant per metathesin, רֵעַ idem) πόλις *urbs*. Cum affix. ךָ, prævio (·) loco תּוּ (·) ob pausam, עָרֶךָ *hostis tuus*, m. Plur. עָרִים *inimici*. Cum præf. וְעָרִים & *inimicos*. Constr. תּוּ (·) ad literam quiescentem, & ejectam compensandam in penultima remanente, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 90. c. 2. עָרֵי *inimicos*. Cum affix. נָשׂוּא לַשָּׁוְא עָרֶיךָ, Psal. 138. Heb. 139. v. 20. Lxx. λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου, Vulg. *accipient in vanitate civitates tuas*, m. à sing. masc. עָר, in hacce significatione parùm usitato, vide supra עָרִים in עִיר, col. 1613. Aq. ἦραν εἰς εἰκῆ (al. ἐπήρθησαν ματαίως) ἀντίζηλοί σου *extulerunt se in vanum æmuli tui*. Sym. ἐπήρθησαν ματαίως οἱ ἐναντίοι σου *extulerunt se temerè adversarii tui*. S. Hieronymus, *elevati frustrà adversarii tui*. (Variant recentiores); Quidam sic totum versum: nem-

pe, *adversarii tui*, ô, Domine, *qui loquuntur de te sceleratè, adsumto te*, tuove nomine *in vanum*. Ad Deum apostrophe. R. עור Arabibus, *avertit, avertit se, aversus....fuit*.

עָר m. Chald. unde plur. cum præf. & affix. Dan. 4. v. 16. vel 19. *& interpretatio ejus*, לְעָרָךְ, Lxx. τοῖς ἐχθροῖς σου, Vulg. & alii, *hostibus, adversariis tuis* sit. (Masforethæ notarunt יו׳ עָרָיךְ, absque (י) est legendum; quomodo in Thargum בְּעַבְדָךְ *in servos tuos*, m. 2. Reg. 11. v. 24. quod non probat Lud. *de Dieu*, Gram. p. 160.) R. עור Arabibus *aversus....fuit*.

עָר Mass. & Vulg. *A'r*, nomen propr. urbis Moabitarum, Isai. 15. v. 1. ad Arnonem sitæ, Num. 21. v. 15. nempe, ad latus australe, uti videtur, Had. Relando, lib. III. de urb. Palæstinæ, p. 577. *quia*, inquit, *Ar filiis Loth*, Moabitis, *à Deo fuit data, non possidenda ab Israelitis*, Deut. 2. v. 9. *at Israelitarum regio erat usque ad Arnonem; unde liquet eos errare, qui urbem Aroër Israelitis assignatam putant eandem esse, ac Ar. Nomen Areopolis natum videtur ex* עָר, & πόλις.... Etym. *urbs*, à עִר idem, יו׳ enim עָר cum ex hisce locis, ubi pro urbis nomine accipitur, tum ex ipsius plurali, nempe, עָרִים *civitates*, urbem denotare videtur; *quod & visum fuit Aquilæ, & Symmacho, teste S. Hieronymo ad Isai.* 26. Had. Reland. ibid.

עֵר m. *vigil, vigilans*.... וְלִבִּי עֵר, Cant. 5. v. 2. Lxx. καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ, Vulg. & alii, *& cor meum vigilat, vigilabat*, עֵר וְעֹנֶה, Malach. 2. v. 12. Lxx. paraphrastas agunt .... Vulg. *magistrum, & discipulum*. Alii, *vigilantem, & respondentem*, qui vigilans respondere valeat vocanti, vel pulsanti .... Rad. עור *vigilo, excito*.... unde Ben. f. m. ex forma (-), עֵר *vigilans*.... vide Gram. Heb. tom. 1. p. 249. c. 1.

עֵר Mass. *E'r*, Vulg. *Her*, nom. proprium filii Judæ ex Sue uxore sua, Gen. 38. v. 3. 1. Paral. 4. v. 21. Etym. *vigil, magister*, à עֵר idem.

עָרַב QAL. Lxx. ἀναμίγνυμι, συμμίγνυμι, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐγγυάω, ἐγγυάομαι, Lxx. δίδωμι, (Sym. ἀναδέχομαι) ἐκδέχομαι, διεγγυάω, ἀρέσκω, ἡδὺς γίνομαι, ἡδύνω, ἡδύνομαι, παύομαι, παράγω, παρέρχομαι.... Vulg. & alii, *misceo, commisceo, permisceo*; (unde ad varia transfertur) *spondeo, fide-jubeo* (& sic construitur cum accusativo, & præpos. עִם, עַל, לְ, *suscipio, excipio*; cum accus.) *oppignero, placeo, amœnus, suavis, gratus, jucundus, dulcis sum*; (& ita dativo jungitur), *quiesco; accedo, transeo*, (sive) *in medium prodeo*, negotiandi scilicet ergo.) Item, *obtenebror, obscuror*....

PRAET. 3. p. f. m. עָרַב *spopondit, fidejussit*. (Et in altera significatione, Jerem. 30. v. 21. *quis enim* est *iste*, עָרַב אֶת־לִבּוֹ לָגֶשֶׁת אֵלַי, Lxx. ὃ ἔδωκε τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἀποστρέψαι πρός με; *qui dat* (inclinet) *cor suum ad revertendum ad me?* Vulg. *qui applicet cor suum ut appropinquet mihi?* Alii, *qui accommodet cor suum ut accedat ad me?* Alii, *qui spoponderit pro corde suo*, ipsum scilicet *ad me accessurum?* Conf. Gen. 44. v. 32. 3. p. f. f. עָרְבָה כָּל־שִׂמְחָה, Isai. 24. v. 11. *obtenebrabitur* (vertetur in tenebras, & tristitiam) *omnis lætitia*... וּשְׁנָתִי עָרְבָה לִּי, Jerem. 31. v. 26. ubi accentu ob concursum ab ultima ad penultimam retracto, primæ literæ sequentis dictionis, nempe לִי ל, daghésch forte infigitur, unde ambæ voces in unam coalescunt, sicque leguntur, *árbhahl-lí*, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 29. c. 1. & tom. 2. p. 308. *& somnus meus suavis fuit mihi*, h. e. mors mea mihi fuit dulcis.... Christi verba. Cum præf. וְעָרְבָה *& suavis erit*. 2. p. f. m. עָרַבְתָּ *spopondisti*. 2. p. f. f. אֲשֶׁר עָרַבְתְּ עֲלֵיהֶם, Ezech. 16. v. 37. *quibus placuisti*, vel *quibus te oblectâsti*. 3. p. plur. c. עָרְבוּ *suavia sunt*.

BEN. f. m. עֹרֵב, Prov. 17. v. 18. *spondens*. Vulg. *cum spoponderit*. Plur. m. עֹרְבִים *oppigneramus*. Cum præf. ב, puncto יו׳ ה extrusi, nempe יו׳ (-) vel (-) notato, בָּעֹרְבִים, בְּעֹרְבִים *in spondentibus*. Construct. cum præf. וְעֹרְבֵי *& miscentes, negotiantes*.

INFIN. cum præf. לַעֲרֹב מַעֲרָבֵךְ, Ezech. 27. v. 9. Lxx. substantivè, εἰς δυσμὰς δυσμῶν *in Occidentem Occidentis*. Vulg. *nego-*

tiationis tuæ. Alii, ad distrahendas merces tuas, ad mercandum in mercatu, sive foro, sive emporio… à עָרַב *fidejussit.* Fit enim in venditione fidejussio: nam qui vendunt fidejubent; ut Gallicè dicitur: *Je vous le garanti…. je vous la garanti….* רָפָה הַיּוֹם לַעֲרֹב, Jud. 19. v. 9. Lxx. ἠσθένησεν ἡ ἡμέρα εἰς ἑσπέραν *infirmata est dies in vesperam.* Vulg. *& appropinquat ad vesperam.* Alii, *remisit dies ad vesperascendum*, ut vesper fiat. Cum affix. תוֹ hhólem mutato in (ׇ hhatoúph), quod cum (ִ) penultimæ sedem commutat, vide Gram. Heb. t. 1. p. 351. c. 1. שִׂימָה נָּא עָרְבֵנִי עִמָּךְ, Job. 17. v. 3. *pone, obsecro, spondere meum*, sive *sponsionem meam*, (pro genere scil. humano, Christus enim hîc patrem alloquens inducitur) *apud te, quis est*, (ex Judæis) *qui manum mihi det?* i. e. *qui stipuletur in manum meam…?* Confer Dan. 9. v. 26.

Imper. 2. p. s. m. עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב, Psal. 118. Heb. 119. v. 122. *sponde pro servo tuo in bonum;* fac ne calumnientur me superbi. Cum aff. correpto תוֹ hhólem in (ׇ hhatoúph), quod cum (ִ) penultimæ sedem commutat, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 356. vel 351. c. 1. עָשְׁקָה לִּי (*áschqahl li*) עָרְבֵנִי, Isai. 38. v. 14. *opprimit me*, (*morbus*, vel passivè, *à morbo*) *oppressio, vis….fit mihi; responde*, sive *sponde pro me.*

Fut. 3. p. s. m. ex forma (-), יֶעֱרַב עָלָיו שִׂיחִי, Psal. 103. Heb. 104. v. 34. *dulcis est de eo meditatio, gratum, eloquium, colloquium meum….* 3. p. s. f. תֶּעֱרַב *suave erit.* 1. p. s. c. אֶעֶרְבֶנּוּ *spondeo pro eo.* 3. p. plur. m. יֶעֶרְבוּ *grata erunt*, placebunt.

HIPHIL הַעֲרִיב, unde Infin. cum præf. הַשְׁכֵּם וְהַעֲרֵב, 1. Reg. 17. v. 16. Lxx. (in ms. Alex. Ald. edit. & Complut.) ὀρθρίζων καὶ ὀψίζων *matutinus*, ac *vespertinus*, (sive *manè, ac vesperè*, sic *agens.* Alii, *sese expediendo*). Vulg. *manè, & vesperè.*

HITHPAEL הִתְעָרֵב, μίγνυμαι, ἐπιμίγνυμαι, Sym. συμμίγνυμαι, Vulg. & alii, *misceor, immisceor, commisceor, permisceor* …..(unde, uti in Qal, per metonymiam subjecti, sive adjuncti) *spondeo, sponsionem facio….*

Praet. 3. p. plur. c. cum præf. וְהִתְעָרְבוּ, וְהִתְעָרְבוּ זֶרַע הַקֹּדֶשׁ בְּעַמֵּי הָאֲרָצוֹת, Esd. 9. v. 2. Lxx. in singulari, καὶ παρήχθη σπέρμα τὸ ἅγιον ἐν λαοῖς τῆς γαίας *& transmissum est semen sanctum in populos terrarum….* Vulg. *& commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum….* Alii, *ita ut commiscuerint se, semen* scilicet, *sanctum, cum populis terrarum….*

Imper. 2. p. s. m. correpto רֵב (-) propter accentum ab ultima ad penultimam syllabam ob concursum retractum, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 308. הִתְעָרֶב נָא אֶת־אֲדֹנִי, 4. Reg. 18. v. 23. *age-dum sponsionem, stipulationem fac, vadem promitte, deposita pignore certa, misce te* bello…. *cum domino meo.* Vulg. in plurali, *transite ad Dominum meum.*

Fut. 3. p. s. m. retracto, ut mox supra, accentu, unde (-) ultimæ in (-) loco רֵב (ֵ) ob ר corripitur, (vel ex forma (-), יִתְעָרֵב *immiscet se.* 2. p. s. m. ex forma (-), quod ob pausam in (-) mutatur, וּלְפֹתֶה שְׂפָתָיו לֹא תִתְעָרָב, Proverb. 20. v. 19. *itaque dilatanti labia sua* (os suum, nempe, *ad loquendum verba vana, & opprobria adversùm homines*) *ne misceas te.* 3. p. plur. m. cum præf. וַיִּתְעָרְבוּ *& commiscuerunt se.*

עֲרַב PEAL, Chald. unde PAEL עָרֵב, ex quo Peil s. m. מְעָרַב בַּחֲסַף, Dan. 2. v. 43. Lxx. ἀναμεμιγμένον τῷ ὀστράκῳ, Vulg. & alii, *mixtum, admistum testa ex luto….*

ITHPAEL אִתְעָרַב, Lxx. ἀναμίγνυμαι, συμμίγνυμαι, Vulg. & alii, *misceor, admisceor, commisceor….*

Ben. s. m. מִתְעָרַב *miscet se, miscetur.* Plur. מִתְעָרְבִין *commiscentur.*

עֲרָב, 2. Paral. 9. v. 14. & cum (-) in ultima, Ezech. 27. v. 21. Mass. *Aráv*, sive *Arabh*, (Lxx. Ἀραβία, & Ἑσπέρα, legendo scilicet עֶרֶב, idem). Vulg. *Arabia*, nomen propr. regionis trans Jordanica. Duæ Arabiæ secundùm Stephani opinionem, altera ad austrum, altera ad ortum Palæstinæ. Arabum regio Ptolomæo triplex. *Petræa* scilicet, quas supra Palæstinam ad Casium montem, & mare rubrum excurrit. Nomen habet à Petra, quam

quam esse in terra Edom, & à Syris *Rekem* appellari scribit Eusebius. Hancce Arabiam *Nabatæam* Strabo appellat, Tyrius *secundam Arabiam*, quam *inferiorem* nonnulli dicunt. In ipsa mons Sinai situs est. Hujusce Arabiæ nomine, Sozomeni tempore, tota Palæstina tertia Arabia appellabatur. Secunda Arabia *deserta* dicitur; terminatur *felici*, à Meridie; Syriâ, ac Mesopotamiæ parte, fluvioque Euphrate, Septentrione; Petræâ, & Cælesyriâ, ab Occidente; ab ortu denique montibus à Babylonia submovetur; hodie vocatur *Arden*. Regio quidem plana maximâ ex parte, sed sterilis, ideoque *deserta*. Hanc *scenitem*, ipsamque colentes *scenitas*, vagos Nomades, in tabernaculis habitantes vocat Plinius lib. 5. cap. 2. & 24. Strabo lib. 16. Tertia Arabia (*εὐδαίμων*) *felix* (ex fertilitate videlicet soli, ex quo, uti natali, omne balsamum in alias regiones defertur; ex fecunditate agri, bis in annum ferentes....) nuncupatur. *Petrææ* jungitur; Arabicumque inter & Persicum sinum peninsula veluti extenditur.... Hæc aliàs Sabæa dicta est, Job. 1. v. 15. Psal. 71. Heb. 72. v. 10. in ipsa prædicat Paulus, Galat. 1. v. 17.... Cum præf. בַּעֲרָב & בַּעֲרָב, *in Arabia*. Etym. *alacritas*, sive *gens Arabum*, pecul. *quæ incolit urbes*: ita ut אעראב est *campestris*, Gol. Gig. & per metonymiam subjecti, ipsa *Arabum regio*, sive *Arabia*, à voce Arabica, (Arabicorum enim nominum propriorum origo in Arabica lingua quærenda, neque ex aliena lingua deducenda) ערב *Arab*, vel *Arabon*, idem. R. ערב, mediâ kesratâ, *alacer, & lubens fuit*.... mediâ Dammatâ, *Arabica, & exacta loquelæ fuit* lingua ejus.... Gol.

עָרֵב m. Lxx. Sym. *ἡδύς*, Vulg. & alii, *dulcis, suavis, gratus, jucundus*... Lxx. item Verbal. *ἡδύνομαι dulcis sum.* עָרֵב לָאִישׁ לֶחֶם שָׁקֶר, Prov. 20. v. 17. *dulcis est homini panis mendacii, fraude partus.* R. ערב Arab. mediâ Kesratâ, *alacer, lubens, gratus, jucundus...fuit.*

עָרֹב m. Lxx. Sym. *κυνόμυια*, Aq. *πάμμυια*, *σύμμικτος*.... Vulg. & alii, *musca, musca-canina*, Alii legendum volunt in τοῖς Lxx. *κοινόμυιαν cœnomyia*, (*musca-communis*, h. e.) *omni-moda musca*, *musca-omnis generis*, Alii, *insecta*, quarum aliquot habebant aculeos venenosos..... Alii etiam, *colluvies, mixtura*.... Cum præf. הֶעָרֹב *mixtura*, vel *musca canina*.... Etym. *comedens*, à עָרַב Arabibus, *comedit*; unde עָרֹב (nomen verbale, formæ τοῦ גְּדֹל, Psal. 56. Heb. 57. v. 11.....) *κυνόμυια musca-canina*, sic dicta, quod canis veluti comedat. Hinc τὸ Psalmi 77. Heb. 78. v. 45. יְשַׁלַּח בָּהֶם עָרֹב וַיֹּאכְלֵם *misit in eos muscam-caninam (comedentem), & comedit eos.*

עֵרֶב m. Lxx. Aq. Theod. *σύμμικτος*, Lxx. *κρόκη*, Vulg. & alii, adjectivè, *mixtus, promiscuus, promixtus*; item substantivè, per metonymiam scilicet adjuncti, *mixtura, colluvies, miscellanea turba*, in tela est, *subtegmen trama*.... וְגַם־עֵרֶב רַב עָלָה אִתָּם, Exod. 12. v. 38. Lxx. *καὶ ἐπίμικτος πολὺς συνανέβη αὐτοῖς & commistus (populus) multus ascendit cum eis.* Vulg. *sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.* Alii, *miscellanea etiam turba* (Cocc. *colluvies*) *multa ascendit cum ipsis.* Paraphr. Chald. *extranei quoque multi ascenderunt cum eis.* Cum præf. הָעֵרֶב *trama, subtegmen*, vel *subtemen*, בעֵרֶב, vel cum motione τοῦ ה articuli extrusi, בָּעֵרֶב *in trama.* Rad. עָרַב *miscuit*.... unde עֵרֶב *turba mixta*, sive *mista*, vel *trama*, sic dicta, quòd inter stamina in textrina intensa; alternatimque elevata, ac depressa (transmeando, sive) transeundo ipsis *immisceatur.*

עֶרֶב, & in pausa עָרֶב, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *ἑσπέρα*, *δείλη*, Lxx. *ἑσπερινός*, *δειλινός*, *ἡμέρα*, Vulg. & alii, *vespera, tempus pomeridianum, vespertinum*; adjectivè, *vespertinus, pomeridianus, dies*; nempe, *naturalis*, *νυχθήμερον*, per synecdochen scilicet totius pro parte, nimirum pro *vesperâ*, unde Judæi diem auspicantur, vide Gram. Heb. t. 2. p. 426. Hinc Gr. ἔρεβος. Lxx. item, *Ἀραβία Arabia*; legebant עֲרָב, idem. In hacce phrasi, עֵת עֶרֶב *ἑσπέρα vespera*, *ὀψέ serò*, sive *vesperi*. Alii item, *colluvies*, vulgus promiscuum, ex-

diversis nimirum gentibus. וַיְהִי־עֶרֶב וַיְהִי בֹקֶר יוֹם אֶחָד, Gen. 1. v. 5. *sic factus est vesper, sic factum est mane*, h. e. *dies unus.* Hinc totum *νυχθήμερον*, עֶרֶב וָבֹקֶר וְצָהֳרַיִם אָשִׂיחָה וְאֶהֱמֶה, Psal. 54. Heb. 55. v. 18. *vespere, & mane, & meridie* (Tria hæc erant Judæis stata precationis tempora, confer Dan. 6. v. 10. & Act. 10. v. 9.) *deprecabar, & conquerebar....* Cum præfix. מוֹצָאֵי בֹקֶר וָעֶרֶב תַּרְנִין, Psal. 64. Heb. 65. v. 9. *exitus*, h. e. exeuntes homines (uti Gallicè, *sortie* dicitur & de *eruptione hostili*, i. e. de militibus ex urbe, vel ex castris impetum in hostes facientibus, metonymia adjuncti) *mane ac vespere* (toto scilicet *νυχθημέρῳ*) *canere facis* laude perenni. Alii aliter vertunt. וּמַרְאֵה הָעֶרֶב וְהַבֹּקֶר, Dan. 8. v. 26. *& visio vesperæ, & matutini.* In altera significatione, *miscellanea turba*; unde & *Arabia*, sive *gens Arabica.* In pausa, quare תּוֹ (ֶ) penultimæ in (ָ) mutatur, עָרֶב *vesper*, וְהָעֶרֶב *& vespera*, בָּעֶרֶב, extruso ה articulo, בָּעֶרֶב, in pausa בָּעָרֶב *vespere*, vel *vesperi*. Lxx. τὸ *δειλινὸν* וּבָעֶרֶב *& vespere*, לָעֶרֶב, in pausa לָעָרֶב *vespere*, *ad vesperam*, וְלָעֶרֶב, in pausa וְלָעָרֶב *& vespere*, מֵעֶרֶב *à vespera.* Duale cum præfix. הָעַרְבַּיִם *duæ vesperæ.* Veteres quondam (uti etiam nunc Rustici nostri,) duplicem distinguebant vesperam, *maturam* scilicet, cujus initium à meridie; & *seram*, circa solis occasum.... In pausa, unde (ֶ) loco תּוֹ (ַ) in penultima, בֵּין הָעַרְבָּיִם, Exod. 12. v. 6. Lxx. *πρὸς ἑσπέραν.* Vulg. *ad vesperam.* Alii, *inter duas vesperas*, sensu, quo mox supra... Chald. בֵּין שִׁמְשַׁיָּא *inter duos soles*, nempe, declinantem in puncto meridiei, & occidentem. Syr. במערבי שמשא *ad occasus solis*, hyemalem videlicet & vernum, h. e. ad accessus solis ad circulos verticales horumce horizontis punctorum, nimirùm circa horam nonam, nobis tertiam, pomeridianam, & undecimam, nobis quintam.... A secundo porrò occasu, sive à secunda sera, seu vespera diem (*νυχθήμερον*) auspicabantur... Vide Gram. Heb. t. 2. p. 425. Plur. ex terminatione fem.

עַרְבוֹת *vesperæ.* R. עָרַב *miscuit*.... unde עֶרֶב *vesper*.... sic dictus, quòd tunc cadentes tenebræ luci immisceri incipiant.

עֹרֵב m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *κόραξ*, Vulg. & alii, (Latinè,) *corvus*, (Gallicè), *corbeau*, Germ. per syncop. *kabe*, Belg. *kave.* Cum præfix. הָעֹרֵב *corvus*, וְעֹרֵב *& corvus.* Cum hholem pleno, extruso ה articulo, שְׁחֹרוֹת כָּעוֹרֵב, Cantic. 5. v. 11. *nigri* (capilli,) *ut corvus*, לָעֹרֵב *corvo.* Plur. cum præf. הָעֹרְבִים *corvi*, וְהָעֹרְבִים *& corvi.* Const. עֹרְבֵי־נַחַל, Prov. 30. v. 17. *corvi vallis.* R. עָרַב *adve[s]perascit, obtenebrescit*..... unde עֹרֵב *corvus*, nigredine insignis. Arabicè, غراب *ghoráb*, *albus*, aut *niger*; pulchrè sanè. Pulli enim corvorum albi sunt; unde parentum, aiunt, *ἀστοργία.*

עֹרֵב vel עוֹרֵב, Mass. *Orébh* vel *Oreb*, nomen propr. 1°. viri Madianitæ à Tribu Ephraim interfecti, Jud. 7. v. 25. Psal. 82. Heb. 83. v. 12. 2°. *petræ*, *rupis* (sic dictæ, posteà scil. ab Orebi nece.) Jud. 7. v. 25. (Ubi Lxx. retentis vocibus Hebraicis, *σοὺρ Ὠρήβ* *sour Oreb.*) & Isai. 10. v. 26. ubi Lxx. sic reddunt τὸ בְּצוּר עוֹרֵב *ἐν τόπῳ θλίψεως* *in loco afflictionis.* Aq. *ἐν πέτρᾳ Ὠρήβ.* Vulg. *in petra Oreb.* Sym. *ἐν σοὺρ Χωρήβ*, *in sour Choréb.* Theod. *σοὺρ Ὠρήβ sour Oreb.* Alii, *in*, vel *ad rupem Orebi*... Etym. *corvus*, à עֹרֵב vel עוֹרֵב, idem.

עֲרָבָה f. Lxx. Aq. *ὁμαλή*, Sym. *πεδιάς*, *πεδινή*, Lxx. Aq. *ἄβατος*, Sym. *ἀοίκητος*, Lxx. *ἄπειρος*, *ἔρημος*, *γῆ διψῶσα*, *ἐνέδρα*, *Ἀραβία*, Lxx. Theod. *δυσμή*, Lxx. *ἑσπέρα.*... Vulg. & alii, *plana*, *planities*, *campestris*, (*campestria*; hinc fortè Lat. *arvum*), *invia*, *inhabitabilis*, *inculta*, *deserta*; (substantivè, *desertum*), *terra sitiens*, sive *siticulosa*, *insidiæ*, *Arabia* (*deserta*), *occasus*, *vesper*.... Aq. item, voce Hebræâ retentâ, *Ἀραβά Araba.* Lxx. item Verbal. *ἡδύνθη dulcis est* panis... Job. 24. v. 5. legebant עָרְבָה pro עֲרָבָה. Cum præf. הָעֲרָבָה *& campestris locus*, הָעֲרָבָה *solitudo*, *campestria*, וְהָעֲרָבָה *& campestria*; extruso תּוֹ ה articulo, בָּעֲרָבָה *in campestribus*, וּבָעֲרָבָה *& in campestribus*, כָּעֲרָבָה *sicut campestris locus.* Cum præf. & affix. וְעַרְבָתָהּ *& campestria*, *desertum ejus*, f.... Plur.

וְאֵב עֲרָבוֹת, Jerem. 5. v. 6. Lxx. ϗ λύκος ἕως τῶν οἰκιῶν *& lupus usque ad domos*, paraphrasticῶs scilicet. Vulg. *lupus ad vesperam.* Alii, *lupus desertorum.* Alii, *vesperarum*, h. e. *vespertinus* ... Const. עַרְבוֹת, עַרְבֹת, *campestria.* Cum præf. סֹלּוּ לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת, Psal. 67. Heb. 68. v. 5. Lxx. ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. (Vulg.) *iter facite ei, qui ascendit super occasum.* Aq. ἀποσκολοπίσατε *palos* in terram *defixos*, aut *virgulta evellite.* Sym. κατεστρώσατε ὁδὸν τῷ ἐποχουμένῳ ἐν τῇ ἀοικήτῳ *sternite viam ei, qui vehitur in inhabitata* terra, vel regione. S. Hieronymus, *præparate viam ascendenti per deserta.* Alii, *sternite* (scilicet *viam*, per quam incedet triumphalis pompa : quod fiebat frondibus, vel vestibus, vel odoribus, vel sublatis offendiculis, quæ retardare poterant incedentem. Riv.) *equitanti* (typicè, *arcæ*) *in campestribus*, sive *in deserto.* Confer Isai. 40. v. 3. ubi pro plurali, בָּעֲרָבוֹת, legitur in singul. בָּעֲרָבָה, locus hic illi parallelus videtur. Alii, *in amœnitatibus ;* Alii, *super cœlos ;* Alii, *ad vesperas, ad occasum*, h. e. versùs occidentales orbis regiones, ad quas transtulit Christus Ecclesiam suam ... בְּיָהּ שְׁמוֹ τῷ *Iah, Deo, nomen ejus* (Christi) exprimitur, i. *Iah, Deus, vocatur* Constr. cum præf. בְּעַרְבוֹת, בְּעַרְבֹת *in campestribus*, מֵעַרְבֹת *e campestribus.* R. עָרַב *advesperascit, amœnus .... fuit.* Samar. *exterminavit*, Arab. in Vª. *in desertis constitit* ....

עֲרָבָה Mass. *Arabbáh*, (Vulg. appellativè, *planities.*) Cum præf. הָעֲרָבָה *Haarabbáh*, cum ה locali, הָעֲרָבָתָה *Aarabbáthah*, nom. propr. urbis, Jos. 18. v. 18. Vide supra, בֵּית הָעֲרָבָה, col. 221.

עֲרֻבָּה f. unde עֹרֵב עֲרֻבָּה, Proverb. 17. v. 18. Lxx. Verbal. ὡς ϗ ὁ ἐγγυώμενος ἐγγύην *cum etiam spondens spoponderit* .... Vulg. Verbaliter, unâque ex duabus vocibus Hebræis prætermissâ, *cum spoponderit* ..... Alii, *spondens, sponsione*, h. e. *vehementer spondens, ac votis veluti caput obligans.* Cum affix. וְאֶת־עֲרֻבָּתָם תִּקָּח, 1. Reg. 17. v. 18. Lxx. paraphrasticῶs, ϗ τὸ σάββατον ποιήσεις μετ᾽ ἐμοῦ *& sabbaton facies mecum.* Aq. voce Hebraâ retentâ, ϗ τὸ Ἐρεβὰ (lege Ἐρουβὰ) αὐτῶν λήψῃ *& Eruba eorum accipies.* Sym. ϗ ὅσα ἂν χρήζωσι γνώσῃ *& quæcunque opus ipsis fuerint cognosces.* Aliter, Aq. ϗ τὴν σύμμιξιν αὐτῶν λήψῃ *& commixtionem eorum accipies.* Sym. ϗ τὴν μισθοφορίαν αὐτῶν λήψῃ *& mercedem eorum accipies.* Theod. ϗ ὃ ἐὰν χρήσωσι γνώσῃ *& quodcunque eis opus fuerit cognosces.* Vulg. paraphrasticῶs, *& cum quibus ordinati sunt disce.* (Ad literam, *& mixtionem eorum accipies*, sive intelliges cum quibus mixti sint.) Alii, *& eorum arrham*, vel *pignus*, vel *tesseram accipies.* R. עָרַב *miscuit, spopondit*, & ex usu Arabico, *pignus, arrham, tesseram .... dedit.*

עֵרָבוֹן m. Lxx. ἀῤῥαβών, Vulg. & alii, *pignus, arrhabo*, & per apocopen, *arrha, tessera*, σύμβολον, *obses* ... Cum præf. הָעֵרָבוֹן *pignus.* R. עָרַב *spopondit, oppigneravit* ... vel potius עררב Arab. in secunda conjug. *arrham dedit ;* unde Arab. עררבון *arrhabón*, (Heb. ערבון *érabón*) Græc. ἀῤῥαβών, Lat. *arrhabo*, per apocopen, *arrha*, Ital. *arra*, Gal. *arres, denier à Dieu* ..... Quibus in linguis vox per duplex (r) scribitur ; non igitur deducenda ex lingua Hebræorum, qui non daghessant, sive geminant τὸ ר.

עֲרָבִי Mass. *Arabbí*, (Gr. Ἄραψ, vel Ἄραβος, Bochart.) Isai. 13. v. 20. Jerem. 3. v. 2 .... Alterius formæ,

עַרְבִי (Lxx. Ἄραβι) Mass. *Arbbí*, Nehem. 2. v. 19. Vulg. (ex utraque forma) *Arabs*, nom. possessivum, Gentile, nempe, *Arabicus, Arabs*, peculiariter, *qui in urbe degit*, ab Arab. ערבי *Arabiion*, idem. Gi.

עַרְבִיאִים Mass. *Arbbiím*, Vulg. *Arabes*, nom. possessivum, Gentile plur. à singul. Arabico, ערבי *Arabiion, Arabicus, Arabs*, pecul. *qui in urbe degit.* Gi. unde plur. עַרְבִיאִים *Arabiím*, cum א pro (י) ex resolutione scil. τῶ *teshid*, sive *daghésch.*

עַרְבִיִּים Mass. cum unico (י), *Arbbím*, Vulg. *Arabes*, 2. Paral. 26. v. 7. Quidam, *Arbiim*, à singulari Arabico, ערבי *Arbiion*, &c. ut mox supra. Hinc etiam, extrito altero (י),

עַרְבִים Mass. *Arbbím*, Vulg. *Arabes*, 2.

Paral. 21. v. 16. Plur. τῶ עַרְבִי, quod vide mox supra.

עֲרָבִים plur. m. Lxx. ἰτέαι, Vulg. & alii, *salices*. Cum præf. הָעֲרָבִים, Isai. 15. v. 7. Lxx. Ἄραβας *Arabes*. Vulg. & alii, *salicum*, כַּעֲרָבִים עַל־יִבְלֵי־מָיִם, ibid. cap. 44. v. 4. *uti salices apud rivos aquarum*. Constr. עַרְבֵי־ *salices*. Cum præf. וְעַרְבֵי־נָחַל, Levit. 23. v. 40. Lxx. καὶ ἰτέας, καὶ ἄγνου κλάδους ἐκ χειμάρρου ✝ *salices*, ✝ *agni* (casti, i. viticis sic dicti, quod matronæ in Thesmophoriis Atheniensium castitatem servantes ex foliis ejus cubitum sibi sternebant...) *ramos ex torrente*. Vulg. & alii, ✝ *salices torrentis*. Aliis, *vallis*.... Arab. ומן ערב אלואדי ✝ *de planta fluviali*.... quam certè commodiùs verteres *arundineam*, aut *viticeam*.... quàm *populum* arborem... R. ערב *miscuit, commiscuit, texuit, contexuit*.... unde עֲרָבִים *salices, vimina, vitices*.... uti etiam עֵרֶב *trama*.... cujus τὸ עֲרָבִים, posset esse plurale.

עַרְבָתָה Mass. *Arabbáthah*, ab עֲרָבָה *Arabháh*, unde cum ה locali, עֲרָבָתָה *Arabbáthah*, & cum ה etiam articulo in initio, הָעֲרָבָתָה *Haárabbáthah*, nom. propr. urbis, Jos. 18. v. 18. ubi Vulg. appellativè, *planities*. Hæc mox dicitur בֵּית עֲרָבָה *béth Arabháh* (quam vide supra col. 221.) quæ in deserto fuit; quæque Jos. 15. v. 61. est in Tribu Juda; & ibidem cap. 18. v. 22. in Tribu Benjamin ponitur. Fortè utrique tribui communis erat; videntur enim hæ duæ tribus nonnullas urbes in confinio positas communi jure tenuisse....

עַרְבָתִי Mass. *Arbbathí*, Vulg. *Arbathites*, nomen commune vitorum ex עֲרָבָתָה *Arabbáthah* oriundorum, 2. Reg. 23. v. 31. vide vocem præced. cum ipsius etymo.

עָרַג QAL. Lxx. ἐπιποθέω, ἀναβλέπω.... Vulg. & alii, *desidero, cupio, expeto, amo*.... *suspicio, oculos sursum attollo*, præ siti videlicet, ac fame *glocitans*, sive *vociferans*.... Verbum enim cervorum proprium, quod inde & aliis animalibus tribuitur.... Hinc Gr. ὀργάω, ὀρέγομαι.

FUT. 3. p. f. f. כְּאַיָּל תַּעֲרֹג, Psal. 41. Heb. 42. v. 2. Lxx. ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ὁ ἔλαφος....

Vulg. *quemadmodum desiderat cervus*.... 5. ὃν τρόπον πεδίον προσπαθεῖ.... VI. *ac si campus imbrem sitiat*... Aq. ὡς αὐλὼν πρασιάσει.... *ut pratum*, vel *ut sulcus imbrem sitit*.... Hexapl. S. Hieron. *sicut areola præparata*... (Aquilam scilicet exprimens ac τὸ, πρασιάσει à τῷ πρασιὰ deducens.... Aq. verò & VI. legebant אֵיל *planities*, pro אַיָּל.) Sym. ὡς ἀπεύδει ἔλαφος... *ut festinat cervus*.... Alii, *quemadmodum cervus* (vel *cerva*; Verbum enim femin. תַּעֲרֹג indicat τὸ אַיָּל, licet terminatione masculinum, femininè tamen, nempe, pro אַיָּלָה, sumendum; quia scilicet nomen est speciei, adeóque generis communis), *desiderat, glocitat, clamat, vociferatur*.

עֲרֻגָה f. vide infra עֲרוּגָה, suo loco, col. 1739.

עָרַד QAL. (Latinè per aphæresin) *rudo*. Verbum sanè, quod ὀνοματοποιητικὸν esse statim agnoscent, qui scient quomodo sonet initiale ע *Aiin*, nostris planè ἀνεκφώνητον. Hinc ipsius apud Latinos ἀφαίρεσις, ac Verbum ἀνεκφώνητον.

עֲרָד Mass. *Arádh*, Vulg. *Arad*, nom. propr. 1°. urbis (Amorrhæorum) Judæ, ad cujus austrum est solitudo Judæ, Jud. 1. v. 16. rex Arad habitabat in australi parte terræ Canaan, Num. 33. v. 40. Eusebius in Onomastico scribit eam *villam vicinam esse deserto Cades, distantem Malathis 4. milliaribus, Chebrone 20.* & S. Hieronymus, *esse terminum Judææ distantem Chebrone 20. milliaribus ad meridiem*. Si eadem sit Arad Num. 21. v. 1. videretur jam tum populus fuisse in terra Canaan: nam subvertit urbes ejus Cananæi, Num. 21. v. 3.... Vide Had. Reland. Palæst. pp. 481. 501. 573. 2°. filii τῶ Baria, 1. Paral. 8. v. 15. ubi Vulg. *Arod*. Etym. *onager*, à עֲרַד Chald. idem.

עֲרָדַיָּא plur. m. emphat. וְעִם־עֲרָדַיָּא מְדוֹרֵהּ, Dan. 5. v. 21. Lxx. καὶ μετὰ ὀνάγρων ἡ κατοικία αὐτοῦ, Vulg. & alii, ✝ *cum onagris erat habitatio ejus*, Nabuchodonosoris. R. עֲרַד *rudo*.

עָרָה QAL. Lxx. ἐκκενόω, γυμνὸς γίνομαι, ἀνταναίρεω... Vulg. & alii, *vacuo, evacuo, effundo, exinanio, exhaurio*; vel paſ-

sivè, *vacuor, evacuor, effundor, exhaurior* .... *nudus sum*, vel *fio*; contra *destruo, everto, sustollo, aufero, erigo*.... Hinc enim Gr. αἰρίω (ἄρυς) αἴρω....

INFIN. cum præf. וְ hhólem loco ָ (·), & accentu in penultima, ob ה parag. (quam formam habet à vicino verbo עוּר vel עוֹר, vel potiùs ipsius est Infinitivus), וְעֹרָה, Isai. 32. v. 11. *& nudari*..... Aliis est 2. p. plur. f. IMPER. ex altera forma Chaldæorum, sive Thargumistarum, contracta per syncopen ִ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 167. c. 2. Cum præf. & hhólem deficienti loco ָ (ו), וְעֹרָה pro וְעוּרְנָה, vel וְעֹרְנָה *& nudamini*.... vide עוּר, supra col. 1572.

NIPHAL נֶעֱרָה, unde 3. p. f. m. FUT. עַד־יֵעָרֶה עָלֵינוּ רוּחַ מִמָּרוֹם, Isai. 32. v. 15. Lxx. ἕως ἂν ἔλθῃ (Alex. Complut. ἐπέλθῃ) ἐφ' ὑμᾶς (Ald. M. ἡμᾶς) πνεῦμα ἀφ' ὑψηλοῦ, Sym. ἀνάψυξις ἐξ ὕψους *donec venerit* (Alex. Complut. *advenerit*) *super vos* (Ald. M. *nos*) *spiritus ab excelso*. Sym. *refrigeratio, recreatio, à celsitudine*. Vulg. & alii, *donec effundatur*, (vel *infundatur, denudetur*, h. e. reveletur, vel perspicuè effundatur. Vide Isai. 52. v. 10.) *super nos spiritus* (nempe sanctus) *de excelso, ex alto*.... Confer Joël. 2. v. 28. Zach. 12. v. 10. Luc. 24. v. 49. Act. 1. v. 8.

PIEL, cum (·) pro (·) sub ע in compensationem ָ dagh. ex ר excidentis, עֵרָה, Lxx. ἀνακαλύπτω, ἀποκαλύπτω, Aq. ἀποκενόω, Lxx. Sym. ἐκκενόω, Lxx. ἀνακαλύπτω, ἐξεγείρω.... Vulg. & alii, *nudo, detego, retego, revelo, sublato velamine conspiciendum præbeo, manifesto, aperio, discooperio*..... *exinanio*, sive *evacuo, exhaurio, fundo, effundo*.... *aufero, attenuo, absumo, destruo, diruo*.... *excito, exstruo* (à vicino scilicet עוּר idem)....

PRAET. 3. p. f. m. וְקִיר עֵרָה מָגֵן, Isai. 22. v. 6. Vulg. appellativè, *& parietem nudavit clypeus*. Detracto enim clypeo, qui ex eo pendebat, paries nudus apparet. Alii, ex usu Chaldaico, *& parieti adhærere fecit clypeum*, ad pugnandum scilicet contra civitatem, & ut sub illis clypeis perfoderet murum. Aliis קִיר est nomen proprium, sicque locum reddunt: *& Kir discooperuit* (sive *ostentavit* ....) *clypeum*. Quidam, *& murum perfodiet clypeus*, h. e. *miles clypeo armatus*. Metonymia adjuncti, confer Ezech. 26. v. 8.

INFIN. ex terminatione ת, עָרוֹת יְסוֹד עַד־צַוָּאר, Habac. 3. v. 13. *nudando fundamentum* ejus (nempe domûs illius, i. e. regni Sobæ Grof.) *usque ad collum*; regno funditus everso. Castal.

IMPER. 2. p. plur. m. retracto ab ultima ad penultimam accentu ob concursum, עָרוּ ׀ עָרוּ עַד הַיְסוֹד בָּהּ, Psal. 136. Heb. 137. v. 7. *nudate, nudate* (*discooperite, destruite, evertite*, ex usu Æthiopico, *complanate*, h. e. omnia solo æquate....) *usque ad imum fundamentum*, quod est *in ea*, (Jerusalem) ut nulla spes ædificandi supersit.

FUT. 3. p. f. m. יְעָרֶה *nudabit*. 3. p. f. f. cum præf. & apocopa tertiæ radic. vide Gram. Heb. t. 1. p. 296. c. 1. וַתְּעַר *& evacuabat, effundebat*. 2. p. f. m. cum eadem apocopa, אַל־תְּעַר נַפְשִׁי, Psal. 140. Hebr. 141. v. 8. *ne offendas me*, vel *animam meam*, (nempe ad mortem, uti Isai. 53. v. 12.) vel *ne evacues animam meam*, h. e. vel eripias, vel prives spe, ope, salute.... tuâ. 3. p. plur. m. cum præfixo (וַ) cujus (·) cum sequenti contrahitur in (·) sub (ו), vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 1. retracto ab ultima ad penultimam ob pausam accentu, vide eand. Gram. tom. 2. pp. 308. c. 1. & 311. c. 2. וַיְעָרוּ *& evacuabant*.

HIPHIL הֶעֱרָה, Lxx. ἀποκαλύπτω, παραδίδωμι, Vulg. & alii, *nudo, retego, discooperio, revelo*.... *dedo, prodo, trado, expono, effundo*....

PRAET. 3. p. f. m. כִּי אֶת־שְׁאֵרוֹ הֶעֱרָה, Levit. 20. v. 19. Lxx. τὴν γὰρ οἰκειότητα ἀπεκάλυψεν.... *consanguinitatem enim revelavit* .... Aq. ἠσχημόνησεν... *turpiter habuit*..... Vulg. *qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudavit*.... Alii, *quia* (uterque) *carnem suam denudavit*, portabunt ambo iniquitatem suam, הֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ, Isai. 53. v.

12. *effudit in mortem animam suam.* Sic Poëta, *purpuream evomit ille animam....* Quidam, eo, quod *nudavit se*, sive *corpus* (more scil. ultimo supplicio afficiendorum) *ad mortem.* Vide quæ de τοῖς פִּנָּה אֱלֹהִים dicta sunt, col. scilicet 1329.

HITHPAEL הִתְעָרָה, Lxx. ἐκχέω, ἐπιχέομαι, Vulg. & alii, *fundo, diffundo, effundo (denudo, explico ipse me, viresco....) attollor, extollor, efferor....*

BEN. f. m. cum præf. וּמִתְעָרֶה כְּאֶזְרָח, vel כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, Psal. 36. Heb. 37. v. 35. Lxx. καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, Vulg. *& elevatum sicut cedros Libani.* Fortè pro אֶזְרָח, legebant אֶרֶז, & לְבָנוֹן pro רַעֲנָן, vel paraphrasticωs sic exposuêre. Alii, *& diffundentem se, explicantem sese, arborem veluti*, aut *fruticem indigenam*, ex זרח & א, (א enim nominibus præfixum Talmudicis, significat *ad, apud*, (ibi) *super ....) virentem, frondentem.*

FUT. 2. p. f. f. cum præfix. Thren. 4. v. 21. *inebriaberis* וְתִתְעָרִי *& denudabis te*, ut solent ebrii. Formâ reduplicatâ, geminatis scilicet duabus primis radicalibus, tertiâ amissâ, in PIEL & HITHPAEL, ex quo 3. p. f. f. FUT. Jerem. 51. v. 58. *murorum* (bis ternorum quisque, *hacce latitudine*, nempe 50. pedum, imo 50. cubitorum, horumque regiorum....) עַרְעֵר תִּתְעַרְעַר. Lxx. κατασκαπτόμενον κατασκαφήσεται *suffossus diruetur.*, sive *suffodiendus*, pro suffodiendo *evertetur.* Vulg. *suffossione suffodietur.* Alii, *nudando nudabitur.* Neuter jam altero tegetur, munietur....

ערוגה f. Lxx. βόλος, (vel potiùs) βῶλος, Aq. Sym. πρασιά, Lxx. φιάλη, Vulg. & alii, *gleba*, (per synecdochen totius...) *ager, fundus, area, areola, sulcus, porca;* (paraphrasticωs) *phiala....* Constr. cum præfix. כַּעֲרוּגַת *sicut areola.* Plur. constr. עֲרֻגוֹת (ו) in (ֻ) ad euphoniam mutato, *areolæ.* Cum præfix. לַעֲרוּגוֹת *areolis*, מֵעֲרֻגוֹת *ex areolis.* R. עָרַג Arabibus, *ascendit* per scalam, quam imitari videntur *areæ hortenses, sulci, porcæ....*

עָרוֹד m. Lxx. ὄνος ἄγριος, Vulg. & alii, *onager, asinus-agrestis* asino domestico similis, diversi tamen generis, 1°. cursu longè præcellit, quamvis citò fatiscat, quomodo capiatur. 2°. *onager* pulchrior, & lineis nigris distinctus. 3°. major plerumque.... Vide Bochart. lib. III. cap. 16. de *onagris.* R. עָרַד *rudo*, unde עָרוֹד *onager*, à ruditu sic dictus. Tam *Syris*, quàm *Hebræis* ערוד *Arôdh* dicitur, voce sanè omnibus ὀνοματοποιητικῇ, qui noverint quomodo sonet initiale ע *Ain.* Nempe quam primùm videt hominem, contentâ voce rudit. Leo Africanus, *hominem videntes magnis clamoribus ululantes recalcitrant.* Marmolius, *en viendo un ombre luego comiençan a rebuznar.* De cætero in illo ruditu nihil singulare, ut à *Luitprando* didicimus. Itaque in Oriente, נְהִיקָה (Chald.) tam usurpatur de feri, quàm de vulgaris asini ruditu.... Vide eund. clariss. Bochart. ibid. Hinc per aphæres. Latin. *rudis*, quasi *asinum-ferum* dicas. ἐκ τοῦ ὀναγρος ἀλλ᾽ פֶּרֶא, עָרוֹד τόν, Job. 39. v. 5. apud Lxx. & Vulg. per pronomen, αὐτοῦ *ejus*, exprimitur.

עֶרְוָה f. Lxx. ἀποκάλυψις, γύμνωσις, αἰσχύνη, Lxx. Aq. Sym. ἀσχημοσύνη, Lxx. ἀσχήμων, χαλία, ἴχνος.... Aq. κενώσα, (τὰ)..... Vulg. & alii, *revelatio, nuditas*, (jam inde à peccato πρωτοπλάστε apertis oculis non ferenda, sicque oculos, quos aperuit *vanitas*, clausit *pudor*,) *pudenda, verenda, turpitudo....* Adjectivè, *turpis ....malitia, ima pedis pars*, hincque *vestigium, signum, occulta*, sive *occultanda*, ut scilicet *nuda*, ac debilia terræ loca, quæ exploratores observare solent, ut ad suos referant. Vide Genes. 42. v. 9. לְכַסּוֹת בְּשַׂר עֶרְוָה, Exod. 28. v. 42. *ad tegendam carnem nuditatis*, quam honestas tegi postulat, לְגַלּוֹת עֶרְוָה, Levit. 18. v. 6. *retegere nuditatem*, (per euphemismum, vel antiphrasin, pro *partes non temere nudandas*), h. e. concumbere. Constr. כִּי־מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר, Deut. 24. v. 1. *quod invenerit in ea fœditatem, turpitudinem rei*, per hypallagen, pro *rem turpitudinis*, sive *turpem*, quæ rationem repudii præbeat. Alii, *detectionem rei;* nec sciunt cujus rei

hæc detectio ſit : unde & obſcura, & ambigua fuit apud Hebræos cauſſa repudii, ut oportuerit Chriſto quæſtionem proponere, Matth. 19. v. 3. *an liceret quacunque de cauſa*.... Cum præfix. וְעֶרְוַת *& nuditatem*. Cum affix. עֶרְוָתוֹ, עֶרְוָתָהּ *nuditatem ejus*, m. & f. עֶרְוָתְךָ *nuditatem tuam*, m. עֶרְוָתֵךְ *nuditas tua*, f. עֶרְוָתָן *nuditas earum*. R. עָרָה *nudatus, detectus ....fuit*.

עַרְוַת f. Chald. unde conſtr. cum præfix. וְעַרְוַת מַלְכָּא, Eſd. 4. v. 14. Lxx. καὶ ἀσχημοσύνην βασιλέως.... Alii, *& turpitudinem (opprobrium*. Vulg. *læſiones) regis*.... R. עָרָה *nudatus eſt*....

עָרוֹם m. Lxx. Aq. Sym. γυμνός, Vulg. & alii, *nudus*. Cum hhólem deficienti, עָרֹם *nudus* exivi de utero matris meæ, & nudus revertar illùc, Job. 1. v. 21. ubi τὸ *de utero matris*, propriè ſumitur; τὸ autem *illuc*, ſive *in uterum matris*, metaphoricè, pro *in ſepulchrum*, quod ſic fortè appellat, quia ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ (Matth. 19. v. 28.) veluti *pariet mortuos*. Ita ἀντανάκλασις eſt in Verbis *uteri matris*.... Cum præf. וְעָרֹם, וְעָרוֹם *& nudus*. Femin. τοῦ (וֹ) in (ֻ) ſequenti dagh. per legem æquivalentiæ mutato, עֵרֻמָּה *nuda*. Plur. m. cum (וּ) ante daghéſch, vel fortè cum (וֹ) τοῦ (ֻ) indice, וַיִּהְיוּ שְׁנֵיהֶם עֲרוּמִּים.... *erant ambo nudi, nec pudefiebant*. Quia carebant τοῦ יֵצֶר הָרַע. R. עָרַם Arabibus, *carne nudavit* os, *& cortice* arborem camelus....

עָרוּם m. Lxx. συνετός, φρόνιμος, φρονιμώτατος, Lxx. Aq. Sym. Theod. πανοῦργος, Sym. πανουργότερος.... Vulg. & alii, *intelligens, prudens, prudentiſſimus, aſtutus, callidus, callidior, veterator*.... כֹּסֶה קָלוֹן עָרוּם, Proverb. 12. v. 16. *diſſimulat injuriam prudens*, Gen. 3. v. 1. *& ſerpens erat* עָרוּם *prudens præ omni animali*, γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, Matth. 10. v. 16. Cum præfix. וְעָרוּם יָבִין לַאֲשֻׁרוֹ, Proverb. 14. v. 15. *& aſtutus verò attendit ad greſſum ſuum*. Plur. (abſque daghéſch, quod male τοῦ מ inſigunt Concordantiæ Buxtorf.) וְתִבְחַר לְשׁוֹן עֲרוּמִים, Job. 15. v. 5. Lxx. οὐδὲ διέκρινας ῥήματα δυναστῶν *neque dijudicaſti verba potentum*, ex uſu Arabico. Vulg. *& imitaris linguam*

blaſphemantium. Alii, *& eligis* (uſurpare geſtis) *linguam*, (Alii,) *verſutorum*, (Alii,) *ſapientum*, (Quidam ex uſu Arabico,) *petulantium*.... Cum præf. וַעֲרוּמִים *& callidi*. R. עָרַם *calliditate, aſtu uſus fuit*.

עֲרוֹעֵר m. unde cum præfix. כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר, Jerem. 48. v. 6. Lxx. ὥσπερ ὄνος ἄγριος *uti aſinus agreſtis, onager*. Vulg. in plur. *quaſi myricæ*.... Alii, *ut myrice* (vel *juniperus*, vel *arbor nudatiſſima*, vel *Aroër*, ut ſit nomen propr. de quo mox infra) *in deſerto*, h. e. eritis urbes deſertæ, ſolitariæ.... à עֲרוֹעֵר, quod vide mox infra, vel à עַרְעָר *myrice*, unde עֲרוֹעֵר *myrices locus*, Gal. *bruyere*.

עֲרוֹעֵר ſive עֲרֹעֵר, Maſſ. & Vulg. *Aroër*, nomen proprium urbis ædificatæ à Tribu Gad, Num. 32. v. 34. *ſita fuit Aroër quædam (& nil vetat hanc credere) ad ripam torrentis Arnon* על שפת נחל ארנון, Deut. 2. v. 36. cap. 3. v. 12. cap. 4. v. 48. *& eadem collocatur in terminis auſtralibus terræ trans Jordanem*, Joſ. 12. v. 2. Deut. 4. v. 48. *quod convenit cum* 2. Sam. 24. v. 5. *ubi illi, qui univerſam terram perluſtraturi eſſent, Jordanem tranſeunt, veniunt in Aroër ad dexteram urbis quæ eſt* בנחל גד *ad flumen Gad*.... *Una itaque Aroër mihi eſt adſita fluvio Arnon, Gaditarum illa, eaque in termino auſtrali regionis trans Jordanico. Una etiam Aroër, in qua Iſraëlitæ habitarunt, tantum memoratur* Jud. 11. v. 26..... *Quæritur, ſitne hæc eadem ac Aroër ante conſpectum Rabbæ? Videtur mihi alia Aroër Ammonitica ſtatuenda, de qua* Joſ. 13. v. 25...... Had. Reland. Palæſt. lib. III. de Urbibus.... pp. 582. & 583. *Aroër* ad Arnone ſita in confinio Moabi & Ammonis, modò ab uno, modò ab altero occupata eſt; hoc autem tempore (quo ſcilicet ipſius fiebat mentio, nempe Iſai. 17. v. 1. vel 2.) à Syris, & poſtea ab Aſſyriis; unde nonnulli, ſed perperam, triplicem *Aroër* fingunt, &c. Angl. Annot.... Non loquitur (Propheta) de urbe *Aroër*, (ut patet ex hiſce verbis עָרֵי עֲרֹעֵר, quæ Lxx. ſic reddunt: εἰς τὸν αἰῶνα *in ſeculum*; legebant עֲדֵי עוֹלָם); ſed urbibus, ſive de

regione Syriæ, quæ *Aroër* dicta est, quod esset arida instar deserti, in quo crescunt myricæ.... unde etym. *myrice*, sive *myrices locus* (Gal. *bruyere*) à voce præced. עֲרוֹעֵר idem.

עָרִיץ m. unde constr. cum præf. בַּעֲרוּץ נְחָלִים לִשְׁכֹּן, Job. 30. v. 6. Lxx. *Ὧν οἱ οἶκοι αὐτῶν ἦσαν τρῶγλαι* (Alex. τῶν) *πετρῶν quorum domus erant caverna petrarum.* Vulg. *in desertis habitabant torrentium.* Alii, *in fissura*, vel *rimis*, *scorbibus*, *concavitate*, *horridis locis*, (vel *in rimam torrentium*, sive *vallium*...) *ad habitandum*, seu *commorandum.* R. עָרַץ *confregit*, *fidit*, &c.

עָרוֹת f. plur. unde τό Isai. 19. v. 7. עָרוֹת עַל־יְאוֹר, Lxx. *καὶ τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν.... & achi* (vox Ægyptiaca, ut putant, ex Hebraica, nempe אָחוּ *carectum*, *gramen*, *ulva*.... Confer Gen. 41. v. 18.) *viride*, vel *viridis*.... Vulg. Verbaliter, vel paraphrasticωs, *nudabitur alveus rivi.* Alii, *gramineta*, Alii, *virentia*, (à עָרָה in Hithpael, *viruis*....) Alii, *papyri.* (1°. ex notatione & forma vocis; nam עוֹר est *cutis*; (verùm plurale τῦ עוֹר ex terminatione femin. est עֹרֹת, non עָרוֹת.) 2°. ex antitheto in altera parte versûs, unde constat hîc agi de rebus insativis, quas producit Nilus, cujusmodi erat *papyrus.* 3°. Quia non est credibile Prophetam, qui algam, & juncum nominaverat, oblitum fuisse papyri, quæ una fuit ex præcipuis opibus Ægypti...) *quæ sunt juxta rivum*, vel *in rivo.* Quidam, *arbor perennis*, *semper virens*, vel *res cara*, *& præstantior*, *quam quis possidet*, vel *quidquid circunjacet* (à ערות Arab. idem. Gig. Cam.) *rivo*, ex flumine scilicet Nilo deducto.

עֵרִי Mass. *Erí*, Vulg. *Heri*, nom. proprium filii Gad, filii Jacob, Gen. 46. v. 16. Etym. *magister meus*, à עֵר *vigilans*, *vigil*, *excitator*, *magister*.... ex עוּר *excitavit*.... & (י,) affix. 1. p. s. c.

עֶרְיָה f. Lxx. Adjectivè, seu participialiter, *ἀσχημονοῦσα quæ indecorè se gerit.* Vulg. paraphrasticωs, *confusa* (*præ nuditase*,) *plena ignominiâ*, *confusione*.... Alii, *nuditas*, *turpitudo*, *ignominia*..... Lxx. item, *πόλις urbs*; legebant per metathesin, עִירָה pro עֶרְיָה.... עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ, Habac. 3. v. 9. Lxx. *ἐντείνων* (Compl. *ἐκτείνας* (*ἐνέτεινας*), Alex. *ἐντενεῖς*, Ald. Complut. *ἐκτενεῖς*) *τόξον* (Alex. τό) *σου.... tendens setendisti*, vel *tendes*, (h. e. *certissimè tendes*....) *arcum tuum*.... Vulg. *suscitans suscitabis arcum tuum*.... Alii, *denudatione denudabitur*, (h. e. *certissimè parabitur*) *arcus tuus*.... Cum præf. וְאַתְּ עֵרֹם וְעֶרְיָה, Ezech. 16. v. 7. *tu verò nuditas & nuditas*, h. e. *omninò nuda.* R. עָרָה *nudus*, *nudatus*....*fuit*....

עֲרִיסוֹת plur. f. Lxx. in singulari, *σῖτος*, *φύραμα*, Vulg. & alii, *triticum*, *farina* aquâ scilicet conspersa, *cibi*, *pulmenta*.... Hinc Gr. *ὄρυζα*, Lat. *oryza*, per aphæresin, Ger. *Reisz*, Gal. *Ris*.... Cum affix. & hhólem deficienti, וְרֵאשִׁית עֲרִסֹתֵיכֶם, Ezech. 44. v. 30. Lxx. *καὶ πρωτογεννήματα.... & primitiva vestra*.... Vulg. & alii, *& primitiva ciborum* (*pastarum*, vel *massarum*, vel *conspersionum*, *frugum*) *vestrarum*, h. e. panum vestrorum, confectorum ex primitiis frugum vestrarum, qui in Pentecoste Sacerdotibus offerebantur.... Cum hhiriq & hhólem deficientibus, עֲרִסֹתֵיכֶם *massarum vestrarum*, עֲרִיסוֹתֵינוּ *massarum nostrarum*, c. R. עֲרַס Peal Chald. unde Paél עָרֵס *contudit*, *commiscuit*, *conspersit*....

עֲרִפִים plur. m. unde cum præfix. & affix. וְהִנֵּה־חֹשֶׁךְ צַר וָאוֹר חָשַׁךְ בַּעֲרִיפֶיהָ, Isai. 5. v. 30. Lxx. *καὶ ἰδοὺ σκότος σκληρὸν ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν & ecce tenebræ duræ in indigentia eorum.* Vulg. *& ecce tenebræ indignationis*, *& lux obtenebrata est in caligine ejus.* Alii, *& ecce tenebræ*, *angustia*, *& lux obtenebrata est in stillationibus*, sive *stillatoriis suis.* Quidam verò sic: *Et ecce* tibi *tenebræ circundabunt*.... (Est enim τό צַר præteritum τῦ צָרַר) terram; *& lux obtenebrescet in stillatoribus* (in astris....) *suis*, f. h. e. è cælis jam non profluet lux ulla. R. עָרַף *stillavit*, *profluxit.*

עָרִיץ m. Lxx. *ἀνδρεῖος*, *κραταιός*, Sym. Theod. *ἰσχυρός*, Lxx. participial. *ἰσχύων*, Aq. *κατισχυρευόμενος*, Lxx. *δυνάστης*, *ὑπερήφανος*, Sym. Theod. *ἀκαμπής*, Sym. *ἀνυπόστατος*, Theod. particip. *σκληρύνων*, Lxx. *λοιμός*.... Vulg. & alii,

& alii, *vir*, seu *virilis*, *fortis*, *validus*, *robustus*, *potentiâ præditus*, *fortitudine prævalens*, (*viribus agens*, *utens*, *violentus*,) *prævalidus*, *potens*, *dynastes*, (*tyrannus*,) *superbus*, (quasi *præ se ceteros ex alto vultu despiciens*,) *inflexibilis*, *intolerabilis*, *dissecans*, *pestis*, sive *pestilens* homo.... Lxx. item Verbal. καταδυναστεύω *tyrannidem exerceo*, *vi opprimo*. (Et contrario sensu, ἀδικούμενος *cui fit injuria*,) ὑπερυψόομαι *superexaltor*.... כְּגִבּוֹר עָרִיץ, Jerem. 20. v. 11. *ut heros*, *terrificus*, *tremendus*.... רָאִיתִי רָשָׁע עָרִיץ, Psal. 36. Heb. 37. v. 35. *vidi impium præpotentem*.... Cum præfixo ל, notato τῷ (ְ) loco τῇ (ֲ) ob τὸ ע guttur. τῷ (ְ) affectam, eoque ex τῷ ה artic. extruso, לְעָרִיץ *forti*. Plur. remanente τῷ (ָ) sub ע ad compensandum daghésch ex ר ejectum, est enim τὸ עָרִיץ formæ τῷ צַדִּיק, vide Gram. Heb. t. 1. p. 390. c. 1. עָרִיצִים *potentes*, *fortes*, *violenti*, *latrones*.... Cum præf. וְעָרִיצִים *& fortes*... Const. עָרִיצֵי גוֹיִם, Ezech. 28. v. 7. *fortissimas*, *violentissimas gentium*. R. עָרַץ *fortem*, aut *violentum sese exhibuit*....

עֲרִירִי m. Lxx. ἄτεκνος, ἐκκήρυκτος.... Vulg. & alii, *absque liberis*, *sterilis*, *voce præconis publice expulsus*, *& exactus*, *solitarius*.... Plur. עֲרִירִים *solitarii*. Rad. עָרָה *denudatus*, *destitutus*... *fuit*; unde τῷ ה in (י) mutato, ac geminatis duabus ultimis radicalibus עֲרִירִי, (formæ פְּרִי *fructus*, vide Gram. Heb. t. 1. p. 390. c. 1.) *sterilis*, *solitarius*....

עָרַךְ: QAL. Lxx. Aq. παρατάττω, παρατάττομαι, (Alii, συνάπτω), Lxx. Sym. Theod. στοιβάζω, (Lxx. καίω) ἐπιστοιβάζω, Lxx. Sym. προστίθημι, Lxx. προστίθεμαι, ἐπιτίθημι, προτίθημι, προτίθεμαι, (εἶπον), παρίστημι, παρίσταμαι, ἐγγύς εἰμι, βοηθέω, ὑπομένω, ἀναλαμβάνω, αἴρω, ἐπιτρέπω, κοσμέω, ἑτοιμάζω, παρασκευάζω, ὁμοιόω, ὁμοιόομαι, ἰσόω, Sym. ἀντιπαρατίθημι, Lxx. κατέω... Vulg. & alii, *castrametor*, *aciem instruo*, *in acie colloco*, vel *collocor*; (Alii, *ordino*, *dispono*, *apto*, *colligo*, *contexo*, vel intransitivè, *hæreo*.... *struo*, (ligna in pyram, *cremo*, *uro*, *incendo*,) *construo*, *exstruo*, *instruo*, *compono*, *digero*, (*pono*,) *appono*, vel passivè, *apponor*, *impono*, *propono*, vel passivè, *proponor*, (*dico*,) *sisto*, *in medium produco*, *repræsento*, *exhibeo*, *adsto*, *adsum*, vel *prope sum*, *auxilior*, *sustineo*, *suscipio*, *porto*, *habeo*, *fero*.... *permitto*, *orno*, *paro*, *præparo*, *comparo*, (& intransitivè, *ipse me orno*, *paro*, *comparo*, *præparo*,) *assimilo*, *æquo*; vel intransitivè, *similis*, *par*, *aptus* .... *sum*, *ex adverso pono*, (vel passivè, *ponor*,) *prepono*, ut comparem, *cum alio*, *confero*, *æstimo*, *taxo*, *æquiparo*, vel passivè, *par æstimatus sum*.... Hinc Lat. per aphæresin, *rego*, ac metathesin, *gero*.

PRAET. 3. p. s. m. וְלֹא־עָרַךְ אֵלַי מִלִּין, Job. 32. v. 14. *non direxit*, sive *instruxit in me sermones*, aciem disputationis. Cum præf. וְעָרַךְ *& collocabit*, *ordinabit*.... 3. p. s. f. עָרְכָה שֻׁלְחָנָהּ, Prov. 9. v. 2. *proposuit*, (vel *instruxit*, sive *apparavit*) *mensam suam*, f. 2. p. s. m. cum præfix. unde accentus à penultima ad ultimam descendit, Exod. 40. v. 4. *intrò feres mensam*, וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ *& dispones* juxta *dispositionem suam*, f. vel *propones* (*appones*,) *propositionem ejus*, f. h. e. *panem*. Vide ibid. cap. 25. v. 30. 1. p. s. m. עָרַכְתִּי מִשְׁפָּט, Job. 13. v. 18. *cum enim causam meam informavero*, *instruxero*..... τὸ מִשְׁפָּט *judicium*, tres partes judicii denotat: *primam*, sive initium, nempe rationes litigantium; *secundam*, sive medium, h. e. judicum sententiam; *tertiam*, h. e. exsecutionem sententiæ. Hîc pro initio sumitur. Merc. 3. p. plur. c. עָרְכוּ *aciem instruxere*, vel *instructi in acie steterant*.... Cum præf. וְעָרְכוּ *& struent*, *ponent*, *disponent*, *instruent*, *instructi stabunt*.

BEN. plur. m. cum præfix. הָעֹרְכִים לַגַּד שֻׁלְחָן, Isai. 65. v. 11. καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ (Match. Compl. δαίμονι) τράπεζαν *& paratis dæmonio* (dæmoni) *mensam*. Alii, *& instruitis turmæ illi*, (vel *exercitui cæli*, nempe soli, lunæ, stellis.... vide supra גַּד, col. 309. Alii, *stellæ Jovis*, Alii, *Martis*, Alii, *idolis*. Vulg. *fortunæ*... (est Chaldæis, Syr. גדא, Arab. גד, *fortuna*, *sidus faustum* ....à גדד Arab. *magnus fuit dignitate*, *divitiis*, αὐτοχρεία, Gol. & passivè, *felix*, *fortunatusque*...) In imitationem Judæorum,

qui coram Deo comedebant, Deut. 16. vv. 14. 15. Psal. 67. Heb. 68. v. 4. Constr. עֹרְכֵי מִלְחָמָה בְּכָל־כְּלֵי מִלְחָמָה, 1. Paral. 12. v. 33. *parantes*, vel *gerentes bellum*, aut *praeliantes omni genere armorum*. Cocc. עֹרְכֵי צִנָּה, v. 8. *utentes scuto*.

Paoul. f. m. עָרוּךְ כְּאִישׁ לַמִּלְחָמָה, Jerem. 6. v. 23. & 50. v. 42. *paratus tanquam vir ad praelium* ... Constr. unde (ׇ) in (ְ) sub ע mutatur, עֲרוּךְ מִלְחָמָה, Joel. 2. v. 5. *instructus belli*, pro *instructus ad bellum*, idiotismus ratione significationis, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 481. Fem. f. עֲרוּכָה, 2. Reg. 23. v. 5. *dispositum*, *expositum*, *firmum* .... foedus, pactum, testamentum, juramentum .... Plur. f. cum praef. ה (ו) ad euphoniam in (ׇ) mutato, הָעֲרֻכוֹת, Jos. 2. v. 6. *appositos* (praesentes) lini, lignei, sive integri manipulos ....

Infin. אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ, Psal. 39. Heb. 40. v. 6. *nullius est recensere* ea (nedum rependere) *tibi*. Ex forma absoluta, עָרֹךְ *ponendo*, *apparando*. Cum praefix. לַעֲרֹךְ *instruere* pugnam, vel aciem.

Imper. 2. p. f. m. cum ה parag. unde mutato hhólem in (ׄ) absque metathesi, prius (ׄ) in (ׇ) sub ע mutatur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 166. c. 1. עֶרְכָה לְפָנַי הִתְיַצָּבָה, Job. 33. v. 5. *instructus sta contra me*; *consta*, confer sermones .... 2. p. pl. m. עִרְכוּ *praeparate* scutum .... *instructi state contra* ....

Fut. 3. p. f. m. Psal. 88. Heb. 89. v. 7. *nam quis in caelis* יַעֲרֹךְ לַיהוָה יִדְמֶה לַיהוָה *aequiparabit Dominum* (*Jehovam*) *assimilabitur Domino* (*Jehovae*) ...? Cum praefix. הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ, Job. 36. v. 19. *an aequipolleant nobilitas*, *dignitas*, *opes* .... *tua*? וַיַּעֲרֹךְ *& disposuit*, vel *instructus stetit* ..... Cum affix. יַעַרְכֵנוּ *disponet illum*, יַעַרְכֶנָּה *aequiparabit eam*, aequat. Cum praef. & affix. Isai. 44. v. 7. *quod si quis mihi par est*, *clamet*, *& annuntiet illud*, וְיַעַרְכֶהָ לִי *idemque ordine enuntiet* (retegat (*mihi*) nempe τὸ Futurum) .... indicium futuri, numinis argumentum. 3. p. f. f. cum praef. וַתַּעֲרֹךְ *& instructa stetit* .... acies contra aciem. 2. p. f. m. תַּעֲרֹךְ *apparabis*. 1. p. f. c. אֶ hhólem ob maqqáph in (ׇ hhatoúph) correpto, אֶעֱרָךְ־לְךָ, Psal. 5. v. 4. *paratus* (mediatus) *adstabo tibi*. Cum ה parag. אֶעֶרְכָה (caussam apud eum) *instruerem*. Cum praef. & ה parag. וְאֶעֶרְכָה *ordine* (ea) *proponam* ob oculos .... 3. p. pl. m. cum praef. וַיַּעַרְכוּ *disposuere*, *instruxere*. Cum aff. בִּעוּתֵי אֱלוֹהַּ יַעַרְכוּנִי, Job. 6. v. 4. *terrores Dei in acie stant contra me*. Quidam, *terrores Dei ordine invadunt me*. Ellipsis gemina; integra oratio esset יַעַרְכוּ מִלְחָמָה עָלַי. 2. p. plur. m. תַּעַרְכוּ *comparabitis*. 1. p. plur. c. לֹא נַעֲרֹךְ, Job. 37. v. 19. *neque in ordinem* quicquam *digeremus* prae tenebris, aut caligine.

HIPHIL הֶעֱרִיךְ, Lxx. τιμάομαι, Samaritanus, ἐξετιμάομαι, Lxx. τιμογραφέω, Vulg. & alii, *aestimo*, (*honoro*,) *pretium statuo*, *taxo*, *milites*, *pecuniam*, *tributum impero*, *indico* ....

Praet. 3. p. f. m. הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ לָתֵת אֶת־הַכֶּסֶף, 4. Reg. 23. v. 35. *taxavit* (vox Gallica) *terram*, (h. e. populum omnem) *ad dandum argentum*. Cocc. Cum praefix. וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ הַכֹּהֵן, Levit. 27. v. 8. *qui aestimabit eum* (nempe, quanti sit, quantumve habeat, aut reddere queat) *sacerdos*. Cum praef. & affix. וְהֶעֱרִיכוֹ, Levit. 27. v. 14. *& aestimabit eam*, m. (domum) quanti scilicet venundetur.

Fut. 3. p. f. m. יַעֲרִיךְ *aestimabit*. Cum aff. יַעֲרִיכֶנּוּ, Levit. 27. v. 8. (pro te ipsius) *aestimabit eum*, redditurum pronuntiabit ....

עֵרֶךְ vel עֶרֶךְ, m. Aq. τάξις, Lxx. τιμή, τίμησις, τίμημα, Vulg. & alii, *ordo*, *ordinatio*, *dispositio*, *pretium*, *aestimatio* .... Lxx. item Verbal. τιμάω *honoro* .... עֵרֶךְ לֶחֶם, Exod. 40. v. 23. Lxx. ἄρτους τῆς προθέσεως *panes propositionis*, (ante-vel appositionis), Vulg. v. 21. *ordinatis coram propositionis panibus*. Alii, *struem panum*, vel *apparatum panis*. Cum praef. וְעֵרֶךְ בְּגָדִים, Jud. 17. v. 10. Lxx. ζεῦγος ἱματίων *par vestimentorum*. Al. στολὴν ἱματίων *stolam vestimentorum*, vestis genus ad talos usque demissae. Vulg. *ac duplicem vestem*. Alii, *& apparatum vestium*. Cum affix. Job. 41. v. 4. *non silebo* .... וְחִין עֶרְכּוֹ, Lxx. ἐλεήσει ἴσον αὐτῷ, Alex. αὐτῷ, *miserebitur* (à חן Arab. *misereor*,

Gig.) *æqualis sibi*, vel *ipsius*, m. Vulg. in plurali, pronomine neglecto, *verbis .... ad deprecandum compositis*. Alii, *& gratiam*, (h. e. *pulchritudinem*, *elegantiam*, *concinnitatem*, Gr. συμμετρίαν, Vitruv.) *dispositionis*, *commensus ejus* crocodili. אִישׁ כְּעֶרְכּוֹ, 4. Reg. 23. v. 35. Ab unoquoque *secundùm æstimationem suam*, m. (vires suas) exigebat. Job. 28. v. 13. *non novit homo* עֶרְכָּהּ, Lxx. ὁδὸν αὐτῆς *viam ejus*, f. Aq. τάξιν *ordinem*, vel *ordinationem*, vel *gradum* .... Theod. σύνοδον *coitionem*. Sym. τίμημα, Vulg. & alii, *æstimationem*, *pretium .... ejus* sapientiæ, עֶרְכָּהּ, & in pausa, unde τὸ (ֶ) ante affixum in (ָ) mutatur, עֶרְכְּךָ *æstimatio tua*, m. Cum præf. & affix. וְנָתַן אֶת־הָעֶרְכְּךָ, Levit. 27. v. 23. *& dabit æstimationem tuam*, m. h. e. æstimationis tuæ (vel summæ imperatæ, aut promissæ) *numerum supputatum*, בְּעֶרְכְּךָ *cum*, *ex æstimatione tua*, m. בְּעֶרְכְּךָ *secundùm æstimationem tuam*, m. in pausa, unde (ָ) loco τῦ (ְ) ante affixum ךָ, מֵעֶרְכֶּךָ *ex terminatione tua*, m. וְאַתָּה אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי, Psal. 54. Heb. 55. v. 14. Lxx. σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε, (ἴσος ἐμῇ ψυχῇ, in Homero, ἴσος ἐμῇ κεφαλῇ), Vulg. *tu verò homo unanimis .... Alii, sed tu homo secundùm dispositionem meam*, sive *cordis mei* .... Aben-Esra. כְּמוֹנִי הַנֶּחְשָׁב בְּעֵינַי *qui tanti eras oculis meis quanti ego mihi*. Loquitur Psaltes vel de Absalom, vel de Achitophel .... Apostrophe emphatica. R. עָרַךְ *ordinavit*, *disposuit*, *struxit* ...

עָרֵל QAL, unde 2. p. plur. m. PRAET. cum præf. (ו) convertenti, non copulanti, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 611. c. 2. Levit. 19. v. 23. *& plantaveritis omne lignum cibi*, sive *pomiferum*, וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ אֶת־פִּרְיוֹ, Lxx. καὶ περικαθαριεῖτε τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτοῦ *& circummundabitis immunditiam ejus*, οἱ λοιποί, καὶ ἀκροβυστεῖτε (Nobilius legendum conjicit, ἀκροβυστιεῖτε) ἀκροβυστίαν αὐτῶν *& præputiate præputium eorum*. Vulg. *& auferetis præputia eorum*. Alii, *præputiabitis præputio suo fructum suum*, h. e. à fructu ejus, quasi præputiato prorsus adhorrebitis, tribus annis, quibus scilicet fructus habetur nimius, ac noxius.

NIPHAL נֶעֱרַל, unde 2. p. f. m. IMPER. cum præfix. וְהֵעָרֵל, Habac. 2. v. 16. Lxx. paraphrasticωs, καρδία σαλεύθητι, καὶ σείσθητι *cor commovere*, *& concutere*. Aq. καρώθητι, Vulg. *& consopire*. Alii, *& denudare*, *præputiatus appare*, h. e. abominabilis, quale præputium erat.

עָרֵל m. Lxx. Aq. Samarit. Theod. ἀκρόβυστος, Lxx. Theod. incert. ἀπερίτμητος, Lxx. ἀπερικάθαρτος, Sym. ὁ καθαρὸς .... Vulg. & alii, *præputiatus*, *præputium habens*, *incircumcisus*, *non circummundatus*, *non purus*, sive *impurus* .... Lxx. item, τραυματίας *vulneratus*; ex usu Arabico. Cum præf. הֶעָרֵל *& præputiatus*. Cum ה articulo τῷ (ֶ) notato, loco τῦ (ַ) ob guttural. ע, τῷ (ָ) affectam, הֶעָרֵל *præputiatus*. Construct. עֲרַל שְׂפָתַיִם, Exod. 6. v. 12. Lxx. ἄλογός εἰμι *elinguis* (balbus) *sum*. Vulg. *cùm incircumcisus sim labiis*. Alii, *præputiatus labiis*, h. e. *tardi sermonis*, utpotè crassioribus labiis *impediti* .... v. 30. Lxx. ἰσχνόφωνός εἰμι *gracili voce sum*, *balbus*, cui vox inter loquendum supprimitur. Plur. יִהְיֶה לָכֶם עֲרֵלִים, Levit. 19. v. 23. *tres annos erunt vobis* singulæ arbores *præputiatæ*, h. e. fructus earum habebitur nimius & noxius, Cocc. Cum præf. הָעֲרֵלִים *præputiati*, *incircumcisi*, מֵעֲרֵלִים *ex præputiatis*. Constr. עַרְלֵי־לֵב, Jerem. 9. v. 26. *incircumcisi sunt corde*, h. e. cor habent peccato gravatum, coopertum .... Cum præf. וַעֲרֵלִי *& præputiati*. R. עָרַל *præputiavit*, sive pro *præputavit*, (quòd pellis, quæ summam colis partem tegit, à Judæis præscinderetur), sive pro *obthuravit*, *obthuratum habuit*, vel *censuit* .... secundùm Hebræos, qui per אָטַם reddunt.

עֲרַל m. Lxx. ἀπερίτμητος, Vulg. & alii, *præputiatus*, *incircumcisus*, עֶרֶל לֵב וְעֶרֶל בָּשָׂר, Ezech. 44. v. 9. *præputiatus corde*, *& præputiatus carne*, h. e. (Chald.) *impius corde*, *& incircumcisus carne*. R. ead. ac vocis præced.

עֲרֵלָה f. Lxx. ἀπερίτμητα, Vulg. & alii, *incircumcisæ*, (aures eorum), Jerem. 6. v. 10. Rad. eadem ac vocis præced.

עָרְלָה f. Lxx. Aq. ἀκροβυστία, Lxx. ἀκαθαρσία, Vulg. & alii, *præputium*, (per metonymiam adjuncti) *immunditia*, supervacuum

notat. Cum præfix. מוּל בְּעָרְלָה, Jerem. 9. v. 24. Syr. *circumcisum cum præputio* ..... cordis scilicet. Construct. עָרְלַת לְבַבְכֶם, Deut. 10. v. 16. Lxx. *σκληροκαρδίαν ὑμῶν*, al. *ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν duritiem* (obductionem *cordis*, quam vocant alii *præputium*) *cordis vestri*, m. Cum affix. עָרְלָתוֹ *præputio suo*, m. עָרְלָתָם *præputium illorum*, עָרְלַתְכֶם *præputium vestrum*, m. Plur. mutatis punctis, nempe τοῦ (ּ hhatoúph,) ex hhólem deducto (in (ֳ), & τοῦ (ּ) penultimæ ex (ּ) derivato) in (ּ) cum præf. הָעֲרָלוֹת *præputia*. Const. quare forma τῆς singularis revocatur, עָרְלוֹת *præputia*. Cum affix. עָרְלוֹתֵיהֶם *præputia illorum*. Radix ead. ac vocis præced.

עָרַם QAL, unde INFIN. ex forma absoluta, עָרֹם, 1. Reg. 23. v. 22. apud edit. τῶν Lxx. Vatic. vacat, Ald. participialiter, *πανουργευσάμενος*, Complut. *πανουργευσάμενος οὗτος* (*ille*) *dolis instructus & arte* .... sive *usus* .... Vulg. adverbialiter, *callidè*. Alii, *astu utendo*, *callidè agendo* ....

NIPHAL נֶעֱרַם, unde 3. p. plur. c. נֶעֶרְמוּ־מַיִם, Exod. 15. v. 8. Lxx. *διέστη τὸ ὕδωρ*, *divisæ sunt aquæ*, sive *divisæ steterunt*. Aq. Sym. Theod. *ἐσωρεύθη τὸ ὕδωρ*, Vulg. & alii, (ex Syrorum usu,) *congregatæ*, *coacervatæ*, *accumulatæ sunt aquæ*.

HIPHIL הֶעֱרִים, Lxx. *καταπανουργεύομαι*, Sym. *πανοῦργως ὁμιλέω*, Lxx. *πανουργότερός εἰμι* .... Vulg. & alii, *astutè ago*, *versor*, *calliditate utor*, *malignè decerno*. (Vulg. *maligno consilium*,) *vafrè colloquor*, *prudentior*, *sapientior*, *callidior* .... *sum*, vel *fio* ....

FUT. 3. p. s. m. cum τοῦ (ּ) absque (י) comite, וְשֹׁמֵר תּוֹכַחַת יַעְרִם, Prov. 15. v. 5. *at qui observat correptionem prudenter agit*, vel *aget*. Cap. 19. v. 25. *si derisorem* (h. e. qui Deum & homines, religionem omnem & honestatem despicit,) ellipsis τῆς אִם, ut cap. 1. v. 5. *percusseris*, וּפֶתִי יַעְרִם *vel incautus cautior evasit*. 3. p. plur. m. עַל־יַעֲרִימוּ סוֹד, Psal. 82. Heb. 83. v. 4. *callidum*, sive *malignum excogitavêre consilium*. S. Hieron. *nequiter tractaverunt*.

עֲרֻמִּים m. vide עָרוֹם, supra col. 1741.

עֲרֵמָה f. Lxx. Sym. *σωρός*, Lxx. *θημωνία*,

στοιβή, *δράγμα*, *κυψέλη* .... Vulg. & alii, *cumulus*, *acervus*, *herbarum congeries*, *manipulus*, *mensura frumenti*. Lxx. item, *σπήλαιον spelunca*. Cum præfix. הָעֲרֵמָה *acervus*. Const. עֲרֵמַת חִטִּים *acervus tritici*, Cant. 7. v. 3. ubi τὸ (ֲ) sub ר, remanet ob τὸ (ֲ) præced. vide Gram. Heb. t. 1. p. 92. c. 1. Plur. absol. & constr. וַיִּתְּנוּ עֲרֵמוֹת עֲרֵמוֹת, 2. Paral. 31. v. 7. (ubi τὸ (ֲ) remanet, ut mox supra) *exposuêre acervos acervorum*, h. e. *maximos*, vel per appositionem, *acervos acervos*, h. e. *plures*, vel *singulos*, vel *diversos acervos*. Cum præf. הָעֲרֵמוֹת *acervi*, מֵעֲרֵמוֹת הֶעָפָר, Nehem. 3. v. 34. *ex acervis pulveris*. Lxx. *χῶμα agger*. Ex terminatione masc. plur. עֲרֵמִים *acervi*. R. ערם Syr. in Aphil, *coacervavit*.

עָרְמָה f. Lxx. Sym. *πανουργία*, *φρόνησις*, *βουλή*, *δόλος*, Vulg. & alii, *astutia*, *calliditas*, *prudentia*, *consilium*, *industria*, *ars*, *dolus* .... לָתֵת לִפְתָאיִם עָרְמָה, Proverb. 1. v. 4. *ad conciliandam incautis cautionem*. Syr. *ad imbuendum pueros sagacitate*. אֲנִי חָכְמָה שָׁכַנְתִּי עָרְמָה, Proverb. 8. v. 12. Vulg. *ego sapientia habito in consilio* .... Cum præfix. בְּעָרְמָה *in dolo*, vel *astutia* .... Cum præf. & aff. Job. 5. v. 13. *capiens sapientes* בְּעָרְמָם *in astutia sua*, m. τὸ porrò עָרְמָם est (per contractionem, vel potiùs per syncopen τῆς ת, in quod mutatum fuerat ה,) pro עָרְמָתָם, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 127. num. III. Rad. עָרַם *calliditate*, *astu usus fuit* ....

עַרְמוֹן m. Lxx. *πλάτανος*, Syr. Arab. Vulg. & alii, *platanus*, Alii. *populus* arbor. Lxx. alibi, *ἐλάτη*, Alii, *abies*, vel *palma*. Alii, *castanea*, Ferr. *castanno*. Hinc fortè Gal. *orme*, *ormeau*, & alternando, ut fit, ר, sive (r) & (l), Latin. *ulmus*, aut Hispan. *alamo*. Cum præfix. וְעַרְמוֹן *& platanus* .... Plur. cum præfix. & hhólem deficienti, וְעַרְמֹנִים *& platani* ... R. ערם Syr. in Aphél, *coacervavit* .... unde עַרְמוֹן *platanus*, sive *ulmus*, aut *alamo* .... *arbor*, sic dicta ob ramorum congeriem, seu multitudinem.

עֲרֵמִים plur. m. vide עֲרֵמָה, supra col. præced. in fine.

עֵרָן Masc. *Erán*, Vulg. *Herán*, nom. propr. filii Suthala, filii Ephraim, Num. 26. v.

36. Etym. *durus*, *fortis*, à עדנא, vel ערן Syr. idem.

עֵרָנִי Maſſ. *E'rani*, Vulg. *Heranitæ*, nomen patronymicum, ſive commune virorum ab Heran oriundorum, Num. 26. v. 36. Etymon idem, ac vocis præced.

עַרְעָר m. Lxx. ταπεινός, Vulg. & alii, *humilis*, *pauper*, *nudatiſſimus*, à ערה *nudatus*.... *eſt*. Alii, *deſtructus*, *dirutus*, *deſolatus*.... Geminatis ſcil. duabus primis radicalibus tertiâ amiſsâ. Vel à ערר Hebræis ſecundùm nonnullos, *deſtruxit*; Arabibus, *ſcabioſus*, *ulceroſus*.... *fuit*. Alii, *debilis*, *ſollicitus*, *excitans ſe*.... à עור *excitavit*. Alii, *clamans*, *vociferans*... Ex Iſai. 15. v. 5. יְעֹעֵרוּ, *clamabunt*.... Alii denique, *myrice*, cujus duo ſunt genera, primum, *Tamarix*, ſecundum, *Erica*; Arabes, *juniperus*, *cupreſſus montanus*; Perſæ, *cupreſſus*, ſive *cypariſſus*.... Cum præfix. הָעַרְעָר *myrice*, humilis planta, ac infelix dicta, primum tamen genus haud medicis contemnendum, וְהָיָה כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה, Jerem. 17. v. 6. Lxx. καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη *& erit myrice veluti agreſtis*. Vulg. *erit enim quaſi myricæ in deſerto*. Alii, *& erit tanquam myrice* (*juniperus*, *cupreſſus*....) *in ſolitudine*....

עַרְעָר
עַרְעֵרִי } m. vide עֲרוֹעֵר, ſupra col. 1742.

עָרַף QAL. Aq. τενοντοκοπῶ, τενοντόω, al. τενοντόω, al. τενοντοκοπέω, (pro τενοντοκοπέω,) Sym. τραχηλοκοπέω, Theod. νωτοκοπέω, Lxx. νευροκοπέω ἐν τῇ φάρυγγι, Lxx. Sym. ἀποκτείνω, Lxx. κατασκάπτω, Vulg. & alii, *excerebro*, ſive *decervico*, ſeu *decollo*, *cervicibus caput abſcindo*, *cervicem*, vel *collum*, (*torqueo*, *frango*,) *cædo*, *nervos incido*.... *in faucibus*, *macto*, (*mulcto* morte,) *interficio*, *occido*, *ſuffodiendo everto*, *diruo*, *deſtruo*.... Lxx. item, contrario ſenſu, λυτρόω *redimo*, τιμὴν δίδωμι *pretium do*, ὑπερέχω *ſupereminco*, προσδοκάω *exſpecto*. Paraphraſticos ſcilicet pro σαλάζω, ἐνσαλάζω, *ſtillo*, *inſtillo*....

PRAET. 2. p. ſ. m. cum præf. & affix. וַעֲרַפְתּוֹ, Exod. 13. v. 13. *cervicem*, vel *collum torqueas*, vel *frangas*.... 3. p. plur. c. cum præf. וְעָרְפוּ־שָׁם, Deut. 21. v. 4. *cervicem auferant*, vel *frangant*, occidant à cervice, non à jugulo. Quo innuebatur, occiſum hominem per inſidias, non apertâ vi, commiſſiſque frontibus....

BEN. ſ. m. Iſai. 66. v. 3. *qui mactat agnum*, (Vulg.) *quaſi qui* עֹרֵף כֶּלֶב *excerebret canem*. Pythagoras, Θυηπόλια ἀφαιρεῖν, πυρὸς ζῳῶν.

PAOUL ſ. ſ. cum præf. Deut. 21. v. 6. *& lavabunt manus ſuas ſuper vitulam* הָעֲרוּפָה *mactatam*, *percuſſam*.

FUT. 3. p. ſ. m. יַעֲרֹף מִזְבְּחוֹתָם, Hoſ. 10. v. 2. *evertet*, (vel *decutiet*, propriè, *decollabit*) *aras eorum*. In altera ſignificatione, יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי, Deut. 32. v. 2. *ſtillabit*, *ſtillet* (eſt promiſſio, vel votum,) *ut pluvia*, *doctrina mea*, Sub. *in corda Iſraëlitarum*. 3. p. plur. m. אַף־שָׁמָיו יַעַרְפוּ־טָל, Deut. 33. v. 28. Lxx. καὶ ὁ οὐρανός σοι συννεφὴς δρόσῳ *& cælum tibi caligans rore*. Alex. ὁ οὐρανὸς συννεφὴς αὐτῷ δρόσῳ *cælum caligans ipſi rore*. Ald. Compl. ὁ οὐρανὸς αὐτῷ συννεφὴς δρόσῳ *cælum ipſi caligans rore*. Vulg. *cælique caligabunt*, (ex uſu Syriaco) *rore*. Alii, *cæli quoque ejus* (ſynecdoche totius pro parte, cælorum ſcil. ſub quâ ſtabit), *ſtillabunt rore*.

עֹרֶף m. Lxx. Incert. αὐχήν, Aq. τένων, Hebræus interpres, μετάφρενα, Lxx. κόμη, σπόνδυλος, ſive σφόνδυλος, νῶτος, Lxx. Incert. τράχηλος.... Vulg. & alii, *cervix*, *tendo*, *pars dorſi*, *quæ ad ſeptum tranſverſum ſita eſt*, (quaſi τὸ μετὰ τὰς φρένας, poſt præcordia, Antiquis, mentis ſedem) per metonymiam adjuncti, *coma*, *vertebræ*, ſive *verticulæ*, *dorſum*, *tergum*..... Hinc per metatheſin, Gr. φάρυγξ *Pharynx*, guttur, fauces. Exod. 23. v. 27. *& dabo* (ſeu *ponam*) *omnes* אֹיְבֶיךָ אֵלֶיךָ עֹרֶף, Lxx. τοὺς ὑπεναντίους σου φυγάδας *adverſarios tuos fugitivos*. Alii, *inimicos tuos cervice obverſâ*, h. e. fugientes, terga, non facies videbis, עַם־קְשֵׁה־עֹרֶף, Exod. 34. v. 9. Lxx. ὁ λαὸς σκληροτράχηλος, Vulg. & alii, *populus duræ cervicis*, durus, מַקְשֶׁה־עֹרֶף, Prov. 29. v. 1. Lxx. ἀνδρὸς σκληροτραχήλου *hominis duræ cervicis*. Vulg.... *durâ cervice contemnit*. Alii, (*vir increpationum*, h. e. paſſivè, *increpatus*, activè, *increpans*,) *obdurans cervicem*

....כִּי־פָנוּ אֵלַי עֹרֶף וְלֹא פָנִים, Jerem. 2. v. 27. *verſi ſunt ad me cervice, non facie.* In Hebræo elegans antanaclaſis. Cum præf. בְּעֹרֶף *in cervice*, כְּעֹרֶף, 4. Reg. 17. v. 14. *ſecundùm cervicem* (duritiem cervicis) patrum ipſorum. Cum affix. mutato τῷ hhól. in (ָ hhatoúph), עָרְפּוֹ *cervicis ejus*, *cervicem ſuam*, m. עָרְפְּךָ *cervicem tuam*, m. in pauſa, unde (ֶ) pro (ְ) ante affixum, עָרְפֶּךָ *cervix tua*, m. Cum præf. & affix. בְּעָרְפִּי *cervicem meam*, c. עָרְפָּם *cervicem ipſorum, ſuam*, m. וְעָרְפָּם *& cervicem ſuam, ipſorum*, m. עָרְפְּכֶם *cervicem veſtram*, m. וְעָרְפְּכֶם *& cervicem veſtram*, m. R. עָרַף *decollavit.*

עָרְפָּה Maſſ. *Orpháh*, Vulg. *Orpha*, nomen propr. uxoris Chelionis, filii Elimelech, Bethlehemitæ, Ruth. 1. v. 4. Etym. *cervicoſa*, à עֹרֶף *cervix.*

עֲרָפֶל m. Lxx. Incert. γνόφος, Lxx. Sym. ὁμίχλη, Lxx. σκότος, θύελλα, Aq. Theod. Hebraicâ voce retentâ, ac Maſſotethicè lectâ, Ἀράφελ *Arápheł.* Vulg. & alii, *caligo, nebula, tenebræ, procella, turbo*..... הֲבְעַד עֲרָפֶל יִשְׁפּוֹט, Job. 22. v. 13. *an per caliginem denſam judicaret?* Cum præf. חֹשֶׁךְ עָנָן וַעֲרָפֶל, Deut. 4. v. 11. *tenebræ nubis ac caliginis*, h. e. *tenebræ opaciſſimæ*, הָעֲרָפֶל *ſpiſſiſſimam nubem, caliginem*, וְהָעֲרָפֶל *& caligo*, יְהוָה אָמַר לִשְׁכֹּן בָּעֲרָפֶל, 3. Reg. 8. v. 12. *Dominus dixit* (ſtatuit, decrevit,) *habitaturum ſe in nube ſpiſſiſſima*, q. d. immiſsâ nube domum ſuam ſe occupaturum, vel præſentiam declaraturum.... לַעֲרָפֶל *in caliginem.* R. ערפל Syr. in Ettaphal, *nubilatus eſt, caligavit.* Ex עָרַף Hebræo, *ſtillavit*, addito ad auxeſin in fine τῷ ל, uti ex עָרַק Chald. *fugit*, factum eſt עַרְקֵל *præceps fuit*....

עָרַץ QAL. Lxx. Incert. ἰσχύω, Lxx. μεγαλαυχέω, Sym. καταδυναστεύω, Lxx. θραύω, δειλιάω, ἀλαβίομαι, διατρέπομαι, πλήσσομαι, πλήσσω, πτοέομαι, ἐκκλίνω..... Vulg. *poſſum, polleo, potens, fortis*, (*fortior*) *ſum*, (*roboro*,) *ipſe me magnifico*, ſive *magnificè me jacto, atque oſtento, potentiâ*, ſeu *vi opprimo, violentiâ utor, violenter exagito, tyrannidem exerceo, frango*, (*confringo, contero, concutio*,) *timido ſum animo*,

pericula detrecto, expaveſco, timeo, vereor, cautè, religioſè fugio, perturbor, perterreor, (& activè, *perterreo*) *nullius ſum conſilii, ad ſtuporem uſque perculſus ſum, metu contrahor, animo conſternor, vulneror, frangor*....*declino*..... Hinc Gr. ἀράσσω, & per aphæreſin, ῥάσσω, ῥήσσω, ῥηΐζω, Gal. *je roſſe*.... τὸ enim ע valet, aut ſonat (maximè apud Orientales), ſſ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 3.

INFIN. cum præf. בְּקוּמוֹ לַעֲרֹץ הָאָרֶץ, Iſai. 2. v. 19. *cum ſurrexerit* (qui dormite viſus eſt....) *ad commovendam* (*terendam*, ſive *terrendam*) *terram.* Longè pulchrior in Hebræo paronomaſia.

FUT. 2. p. ſ. m. תַּעֲרֹץ *expaveſcas, conteres*, & cum hhólem deficienti, אַל־תַּעֲרֹץ וְאַל־תֵּחָת, Joſ. 1. v. 9. *ne conſterneris, frangaris animo.* 2. p. ſ. f. in pauſa, unde revocatur τὸ (ו) primariæ vocis loco τοῦ (ְ), Iſai. 47. v. 12. vel 14. *ſta cum incantoribus*.....אוּלַי תַּעֲרוֹצִי *fortaſſè roborabis te*, fortem, formidabilem.... præbebis te, ironica permiſſio. 1. p. ſ. c. אֶעֱרֹץ *timebam, verebar*.... 2. p. plur. m. Deut. 20. v. 3. *ne molleſcant pectora veſtra, ne timeatis; neque præcipites abripiamini* metu periculi *perculſi; neque* תַּעַרְצוּ מִפְּנֵיהֶם *animo frangamini*, (*metuve contrahamini*) *coram illis*; gradatio. Cum ן parag. תַּעֲרִצוּן *formidabitis.*

NIPHAL נַעֲרָץ, unde BEN. ſ. m. τοῦ (ַ) ſub ע in (ֲ) dilatato ob (ַ) præced. quo נ characteriſtica loco τοῦ (ִ) notatur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 170. c. 1. אֵל נַעֲרָץ בְּסוֹד־קְדֹשִׁים רַבָּה, Pſal. 88. Heb. 89. v. 8. Lxx. ὁ Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας.... Vulg. *Deus, qui glorificatur in conſilio ſanctorum: magnus*.... Aq. ἰσχυρὸς κατισχυόμενος ἐν ἀποῤῥήτῳ ἁγίων, πολύς.... *fortis roboratus in ſecreto ſanctorum, multitudo*..... Sym. Θεὲ ἀήττητε ἐν ὁμιλίᾳ ἁγίων πολλῇ.... ὦ *Deus, invicte in colloquio ſanctorum multo*... Alii, *Deus terribilis in conſilio ſanctorum multitudinis*, h. e. *multorum.* Alii aliter. Quidam, *Deus ſummè reverendus in cœtu ſanctorum, vel formidandus*.... (Cum accentu in ultima anomalus poſito, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 307.)

HIPHIL הֶעֱרִיץ, Lxx. φοβέομαι, πτοέομαι, Vulg. & alii, *metuo*, *timeo*, *formido*, *in fugam convertor*, *commoveor*, *perturbor*, *perterreor*, *metu consternor*..... & activè, *perterreo*, *in fugam verto*....

Ben. f. m. וְהוּא מַעֲרִיצְכֶם, Isai. 8. v. 13. *& ipse perterret vos*, vel contra, *firmat vos*, m. Alii substant. (ob praecedens τὸ מוֹרַאֲכֶם,) *& ipse pavor vester*, Chald. commodiùs, וְהוּא תּוּקְפְּכוֹן *& ipse fortitudo vestra*, *munimen vestrum*....

Fut. 3. p. plur. m. יַעֲרִיצוּ *formidabunt*. 2. p. plur. m. וְלֹא תַעֲרִיצוּ, Isai. 8. v. 12. *neque pavete*, q. d. ne vos expavefacite.

ערק QAL, *fugio*.... unde Ben. plur. m. cum praef. הָעֹרְקִים צִיָּה, Job. 30. v. 3. Lxx. οἱ φεύγοντες ἄνυδρον *qui fugiebant insquosam heri* pressuram. Vulg. *qui rodebant* (ex lingua Arabica) *in solitudine*. Alii, *qui fugiebant* (*ad*) *siccitatem*, h. e. ad locum arentem, desertum.... ut obtegerent inopiam suam. Quidam, *rodentes siccitatem*, sive *locum aridum*, h. e. comedentes terrae aridae aridos, ingratosve fructus. Metonymia subjecti.

עַרְקִי Mass. *Arqí*, Vulg. *Aracæus*, nom. propr. filii Chanaan, Gen. 10. v. 16. qui Ἀρκας Phœnices (urbem sitam inter Tripolim, & Antaradon, uti liquet ex itinerario Antonini) condidit. Etym. *arcula mea*, à עַרְקָא (Chald.) Lat. *arca*, *arcula*.... & (י) affix. 1. p. f. c.

עֹרְקִים plur. m. unde cum praefix. & affix. וְעֹרְקַי לֹא יִשְׁכָּבוּן, Job. 30. v. 17. Lxx. τὰ δὲ νεῦρά μου διαλέλυται *& nervi mei dissoluti sunt*. Vulg. *&*, *qui me comedunt*, *non dormiunt*, ex usu Syriaco. Alii, *& venæ*, vel *arteriæ*, vel *nervi* (significationes hae omnes ex Arabica lingua) *non quiescunt*; propriè, *non recumbunt*, unde, Quidam, *rodentes me non decumbunt*, ne nocte quidem desistunt, vermes scilicet: sic τὸ עֹרְקִים foret Benoni plur. m. τῶ Qal Verbi עָרַק Arabibus, *rosit os*, *edendo denudavit carne*....

ערר QAL, unde secundùm nonnullos, geminatis duabus primis radicalibus Infinitivus τῶ PIEL, עַרְעֵר *diruendo*, *denudando*... & 3. p. f. f. Fut. τῶ HITHPAEL, תִּתְעַרְעַר, Jerem. 51. v. 58. *diruetur*, *denudabitur*.... vide עָרָה, supra col. 1736.

עֶרֶשׂ, & in pausa עָרֶשׂ, f. Lxx. κλίνη, στρωμνή.... Vulg. & alii, *lectus*, (per *sponda*) *stratum*, *grabatus*.... Lxx. Verbaliter, κλίνω *inclino*, *recumbere facio*.... Ex usu Arabico. Cum affix. עַרְשׂוֹ עֶרֶשׂ בַּרְזֶל, Deut. 3. v. 11. *lectus ejus*, m. *lectus ferri*, h. e. *ferreus*, Job. 7. v. 13. *si dixero*: תְּנַחֲמֵנִי עַרְשִׂי *consolabitur me lectulus meus*.... *tunc terruisti per somnia*.... עַרְשֵׂנוּ *lectus noster*, c. Plur. ex terminatione fem. cum affix. עַרְשׂוֹתָם, Amos 6. v. 4. *in stratis suis*, m. Vulg. *vestris*. Personarum enallage, nullius hic momenti; nisi fortè fiat ex parte prophetae, ex consilio liberiùs increpantis. Rad. ערש Arab. *struxit*, *disposuit*, *ordine collocavit*....

עָשׁ m. unde עֹשֶׂה עָשׁ, Job. 9. v. 9. Lxx. ποιῶν πλειάδα *qui facit pleiada*, vel *pleiadas*. Vulg. & alii, *qui facit arcturum*. Alii, *Booten*.... Est τὸ עָשׁ *congregatio stellarum*, vel *constellatio*; propriè ἄρκτος vel ἀρκτοῦρος, *ursa*, vel *ursæ cauda*, vel *plaustrum*, cujus formam hae septem stellae (*septem triones*, sive *boves* dictae) repraesentant, à עוּשׁ *congregatus*.... *fuit*. Vel per aphaeresin τῶ נ, (quod saepiùs excidit) ex Arab. נעש Sydus *Ursæ*....

עָשׁ m. Lxx. σής, Aq. βρῶσις, ἀράχνη, Sym. σής.... Vulg. & alii, *tinea*, *vermiculus vestibus noxius*, *lignum corrodens*, *vermis*, (*rosio*) *caries*, *situs*, *putredo*, *mucor*, *rubigo*, *aranea*.... Lxx. item, metaphoricè, χρόνος *tempus*, multò magis, quàm vermes, aut insecta, rerum edax, ταραχή *turbatio*, *tumultus*, *discordia*, *sollicitudo*, *infestatio*.... à עשׁ Arab. *obivit noctu*, *quaesivit*, *captavit* lupus *devorandum quid*..... unde Gall. *je housse*. Job. 13. v. 28. *ut vestis*, אֲכָלוֹ עָשׁ *quam comedit tinea*. Lxx. σητόβρωτον. Cum praef. בָּנָה כָעָשׁ בֵּיתוֹ, Job. 27. v. 18. *ædificavit ut tinea* (in veste scilicet, unde facilè excutitur.... Alii, *ut eruca*, sub finem videlicet vitae....) *domum suam*. R. עָשַׁשׁ *corrosus*.... *fuit*, *contabuit*.... Quidam, *domum*, *sicut nidum* avis, *struit*; R. עָשַׁשׁ Arabibus, *nidificavit*, *nidum struxit*

avis.... unde עָשׁ *asch*, *nidus*.... aut *sicut tugurium*, *quod facit sibi* ὀπωροφύλαξ. Neutrum perenne. Nidus vere, autumno tugurium struitur.

עֲשַׂב m. Chald. Lxx. χόρτος, Vulg. & alii, *herba*, *gramen*, *fœnum*, *pabulum*. Cum præfix. בְּעֲשַׂב *in herba*. Cum א in fine emphatico, sive artic. עִשְׂבָּא *herba illa*, & cum præf. וְעִשְׂבָּא & *herbam*. R. עשב Arab. in II. *herbam*, *pabulum produxit*, *herbosa fuit* terra.

Fut. 3. p. plur. m. וְלֹא־יִפְרְסוּ לָהֶם עַל־אֵבֶל לְנַחֲמוֹ עַל־מֵת, Jerem. 16. v. 7. *nec frangent eis* (Vulg.) *panem ad luctum sublevandum de mortuo*, in funere...

HIPHIL הִפְרִים, Lxx. ὁπλὰς ἐκφέρω, Vulg. & alii, *ungulas habeo, emitto, ungulam findo, divido, bisulcam habeo*...

Praet. 3. p. f. f. הִפְרִיסָה *findit*.... 3. p. plur. m. הִפְרִיסוּ *findunt*...

Ben. f. m. מִשּׁוֹר פַּר מַקְרִן מַפְרִיס, Psal. 68. Hebr. 69. v. 32. *præ boveo juvenco cornua & ungulas emittente*, habente, qui cornu petit & pedibus, qui spargit arenam. Cum præf. וּמַפְרִים *& findens*... Fem. sing. cum ת in fine, præcedente duplici (ֶ ֶ), מַפְרֶסֶת *findens*... Plur. constr. cum præfix. ־ם (י) in penultima deficiente, וּמִמַּפְרִסֵי *& de findentibus*...

Fut. 3. p. f. m. יַפְרִים *findit*...

פָּרַס Mass. *Parás*, Vulg. & alii, *Persa, Persis*, nomen propr. gentis & regionis, ad Orientem Judææ sitæ, altæ, montibus cinctæ, quæ à Septentrione Mediam, ab occasu Susianum, ab Oriente duas Carmanias, ab Austro partem Persici sinus habet, authore Volaterrano, libro 12. Ezech. 27. v. 10. & cap. 38. v. 5. Etym. *eques, artis equestris peritus*... à פרס Arab. *gnarus fuit rei equestris*.... *Cum* enim *ante* Cyrum *in* Perside *rari essent equi, quia montosa est regio, is* Persas *equis sic assuefecit, ut post illius ætatem paulò honestioris sortis sine equo nemo sit visus. Quin legem sanxit, ut turpe esset, si quis illorum, quos equis instruxerat, usquam iret pedes. Hæc habentur* in Xenophonte lib. 1°. Cyropediæ. *Unde est, quod qui ante* Cyrum Cuthæi, *&* Elymæi *dicebantur, post* Cyrum פרשים, Persæ, seu equites *dici cœperunt. Proinde, cum neque* Moses, *nec libri* Regum, *nec* Isaias, *nec* Jeremias, *nec quisquam eorum, qui Cyri ætatem præcesserunt*, Persarum *usquam meminerint: in* Daniele, Ezechiele, Cyro *coævis, & libris* Paralipomenon, Esdræ, Nehemiæ, Esther, *qui post* Cyrum *scripti sunt, frequens illorum est mentio. Sed &* Persem, *vel* Perseum, equitem *interpretor, quo nomine dici potuit, postquam equitandi artem didicisset à* Phœnicibus, *quos secum adduxerat* Cadmus. *Eodem talaria pertinent, quorum ope per aërem volâsse fertur. Talaria enim sunt calcaria, quibus equum impellens, & ad cursum concitans, avium* volatum æmulabatur. *Et* Pegasus, *cujus originem ad* Perseum *referunt, equus fuit fræno assuetus.* Hebræis *enim &* Syris פג pag, *vel* פגא pega, frænum *est, &* סוס sus, equus; *inde compositum* פגא־סוס, Pegasus *fuit* ἵππος χαλιναγωγούμενος... Bochart. de Animal. col. 99.

פְּרַס PEAL, Chald. Lxx. διαιρέω... Vulg. & alii, *divido*...

Praet. 3. p. f. m. ex forma (-), פְּרַס, Dan. 5 v. 28. Mass. *PRES*, Vulg *PHARES, DIVISUM EST*, Gal. *ON A DIVISE', ON A PARTAGE'*...

Ben. plur. m. cum præf. וּפַרְסִין *& dividunt*....

Peil f. f. constr. פְּרִיסַת מַלְכוּתָךְ, Dan. 5. vv. 25 28. *divisum est regnum tuum*, m.

פֶּרֶס m. unde cum præf. אֶת־הַנֶּשֶׁר וְאֶת־הַפֶּרֶס, Levit. 11. v. 13. Ο. τὸν ἀετὸν. καὶ τὸν γρύπα, Lxx. Vulg. & alii, *Aquilam, & gryphem*, sive *gryphum*, unde *Perusia* civitas Italiæ, cujus animalis effigiem à primis sui jactis fundamentis pro insignibus habet. Castel. Alii, *ossifragam*, Aquilæ genus... Sic Bochart. de nom. Animal. l. 1. c. 9. pag. 63. וְהַפֶּרֶס *& avis rapax, frangens, & lacerans prædam, accipiter*... R. פָּרַס *fregit*...

פַּרְסָה f. Lxx. Aq. ὁπλὴ, Lxx. Incert. χηλή, Lxx. πούς, ἀστράγαλος, ἴχνος, ὅπλα... Vulg. & alii, *ungula*, (propriè, *fissa*) per synecdochen totius pro parte, *pes*, per synecdoch. partis pro toto, *talus*, per metonymiam effectûs, *vestigium, arma*.... Exod. 10. v. 26. *etiam pecus nostrum ibit nobiscum*, לֹא תִשָּׁאֵר פַּרְסָה *nec remanebit* (Vulg. *ex eis*) *ungula*... Cum præf. וּפַרְסָה *& ungulam*.... הַפַּרְסָה *ungulam*.... Plur. פְּרָסוֹת, & constr. פַּרְסוֹת *ungulæ*. Cum præf. וּפְרָסוֹת *& ungulas*... בְּפַרְסוֹת *ungulis*... Cum præf. & affix. וּפַרְסֹתַיִךְ *& ungulas tuas*, f. Masc. plur. cum præf. & affix. וּפַרְסֵיהֶן *& ungulas*

ungulas eorum, vel *earum* ovium, &c... R. פָּרַס *ungulam habuit bisulcam*...

פָּרַע QAL (Latin. *parco*, *privo*, *ipse me*, vel *alium*, per metathesin, *orbo*.... unde Lxx. ἀποκιδαρόω, Incert. ἀπαμφιάζω, ἀποπτύω, Lxx. ἀποκαλύπτω, Sym. γυμνόω, Lxx. ἀφαιρέομαι, ἀποθέω, διασκεδάζω, Lxx. Theod. διασκεδάζω, Lxx. ἄκυρον ποιέω, διαστέλλω, Sym. διαλύω, Lxx. ἀποστρέπτω, στρατοπεδεύω, ἄρχω... Vulg. & alii (*cidari*, *mitrâ nudo*,) *discooperio*, *detego*, *nudo*, *spolio*, *aufero*, *abjicio*, *disjicio*, *dissipo*, *dispergo*, *irritum facio*, *divido*, *dissolvo*, *intersepio*, *castra figo*, *metor*, seu *colloco*, *priores partes occupo*, *impero*... Item, *desero*, *abstraho*, *averto ipse me*, *discedo*, *recedo*, *retrocedo*, *ulciscor*, ex usu Chaldaïco, *liberum reddo*, *libero*... Hinc Germ. *freiben*, Angl. *to free*.

PRAET. 3. p. f. m. cum præf. וּפָרַע אֶת־רֹאשׁ הָאִשָּׁה, Num. 5. v. 18. *& deteget caput mulieris*... Cum affix. פְּרָעֹה *nudaverat eum*... Exod. 32. v. 25. ubi τὸ ה ex Arabismo, loco τῶ (ו).

BEN. f. m. פּוֹרֵעַ מוּסָר, Proverb. 13. v. 18. (*paupertatem*, *& ignominiam*) *aufert disciplina*, *qui enim custodit*...

PAOUL f. m. פָּרוּעַ *caput detectum*, ἀκατακάλυπτος, τῶ (ו) in (ֻ) correpto, Exod. 32. v. 25. *& vidit Moses populum* כִּי פָרֻעַ הוּא כִּי־פְרָעֹה אַהֲרֹן לְשִׁמְצָה בְּקָמֵיהֶם *nudatum scilicet armis*, (*vestimentis*, *ornamentisve*) *spoliaverat enim eum Aaron in stimulationem* (ex usu Arabico) *insurrecturis contra ipsos*...

INFIN. cum præf. בִּפְרֹעַ *in ulciscendo*...

IMPER. 2. p. f. m. ex forma (ַ) quod in (ָ) ob affixum mutatur, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 356. c. 1. פְּרָעֵהוּ *desere illud*, m. iter improborum...

FUT. 3. p. f. m. ex forma (ַ) quod ob accentum in (ָ) mutatur, Levit. 21. v. 10. *sed Sacerdos magnus*, pontifex... רֹאשׁוֹ לֹא יִפְרָע... *caput suum non nudabit*, *& vestes suas non scindet*... 1. p. f. c. אֶפְרַע *rejiciam*.... 2. p. plur. m. in pausa, quare (ָ) sub ר, אַל־תִּפְרָעוּ, Levit. 10. v. 6. *ne nudetis capita vestra*... Proverb. 8. v. 33. *ne rejiciatis*....

sapientiam. Cum præfix. וְתִפְרָעוּ *& rejiciatis*...

NIPHAL נִפְרַע, unde 3. p. f. m. FUT. ex forma (ַ), בְּאֵין חָזוֹן יִפָּרַע עָם, Prov. 29. v. 18. O. ὁ μὴ ὑπάρξῃ ἐξηγητὴς ἔθνει παρανόμῳ. A. ἐν ὄντος ὁραματισμοῦ ἀποκεδασθήσεται λαός. Lxx. *non erit præceptor genti iniquæ*. Aq. & alii, *non existente visione* (prophetia) *dissipabitur populus*. Vulg. *cum prophetia defecerit*, *dissipabitur populus*. Vide Machab. l. 1. c. 1. v. 12....

HIPHIL הִפְרִיעַ, Lxx. διασπάω, Sym. διασπάω, Theod. διασκεδάζω, Aq. ἀποπετάζω... Vulg. & alii, *sollicito*, sive *solicito*, i. *solo cito*, *loco moveo*, *distraho*, *averto*, *dissipo*, *laxo*, *remitto*, seu *cessare facio*...

PRAET. 3. p. f. m. הִפְרִיעַ בְּיִחִזְקִיָּה, 2. Paral. 28. v. 19. *quia cessare fecerat in Juda* à cultu Dei... vel *absistere*, *deficere*...

FUT. 2. p. plur. m.... תַּפְרִיעוּ, Exod. 5. v. 4. *facitis ut cesset populus in* (aut *desistat ab*) *operibus suis*...

פֶּרַע m. Lxx. κόμη, Vulg. & alii, *coma*, *compta cæsaries*, *& curiosius culta*, Alii, *nuditas*... גַּדֵּל פֶּרַע שְׂעַר רֹאשׁוֹ, Num. 6. v. 5. *promittendo cæsariem suam*, q. d. *nuditatem capilli capitis sui*, Cocc. Cum præf. Ezech. 44. v. 20. *caput non radent* וּפֶרַע לֹא יְשַׁלֵּחוּ *nec comam promittent*... Videtur Sacerdotibus edici, ne vel raso, vel nimiùm capillato, capite incedant, sanctius. Rad. פָּרַע *nudavit*... unde פֶּרַע *cæsaries*.... propriè, Qimhhi, הַשֵּׂעָר הַמְגֻלֶּה תַּחַת הַמִּצְנֶפֶת *pilus*, *qui nudatur infra pileum*, vel *tiaram*... aut *capillus pileo assutus*, (unde) Gal. *Perruque*...

פַּרְעָה f. Alii, *nudatio*, Alii, ex usu Chald. *ultio*. Plur. בִּפְרֹעַ פְּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל, Jud. 5. v. 2. O. Θ. ἐν τῷ ἄρξασθαι ἀρχηγοὺς ἐν Ἰσραὴλ ... O. ἄλλος, ἀπεκαλύφθη ἀποκάλυμμα... Σ. ἐν τῷ ἀποκαλύψασθαι κεφαλάς... Lxx. Theod. *dum imperarent duces in Israël*... Lxx. aliter, *revelata est revelatio*.... Sym. *in detegendo capita*... Vulg. vacat. Alii, *in ulciscendo ultiones*, sive *pœnas de Israële* (ab hostibus) *sumptas*, aut *injurias Israëli illatas*... Constr. Deut. 32. v. 42. *ob sanguinem confossi*, *& multitudinis captivorum*, מֵרֹאשׁ

... , פרעות איב, O. ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐχθρῶν à capite principum inimicorum. Vulg. nudati inimicorum capitis. Alii aliter, Quidam, propter caput (sive principium) denudationum, i. propter primum denudatorum ab inimicis, nempe Christum, conf. v. 39.

פַּרְעֹה Mass. Paróh, Copt. Πιριο Pirio, Vulg. Pharao, nomen commune, regum Ægyptiorum, quo illi, ad tempora usque Ezechielis prophetæ (32. v. 31.) vocabantur, Gen. 12. v. 15. Exod. 5. & seqq. passim... Huicce nomini communi proprium, aut appellativum nonnunquam additur, uti נְכֹה, Mass. Nechób, Vulg. Nechao, 4. Reg. 23. v. 29.... (i. claudus, vel potiùs, victor, superior... à נכה percussit... Græcis, νικάω vinco, superior.... sum)... חָפְרַע Mass. Hhophrá, Vulg. Ephreé, Jerem. 44. v. 30. (i. ὁ animo fractus.... à חרח Arabibus, animo fractus... fuit, & ס, Coptis articulus, hîc ...). Etym. ὁ pastor, metaphoricè, ὁ rex, (reges olim pastores dicebantur, nec mirum, quippe cum utraque nom. ab eadem radice Hebraica, deducantur...) à רָעָה raghâh, pasco, Latinè, rego... oves, seu populos, unde Ben. f. m. רעה reghéh, & per punctorum metathesin, רֹעֶה roghéh, pascens, sive pastor, metaphoricè, rex... & פ, Copticus, vel Ægyptiacus, articulus...

פַּרְעֹשׁ m. Lxx. ψύλλος, Vulg. & alii, pulex... Lxx. item paraphrasticus, ψυχή .... fallor, inquit, Bochartus lib. 1. de nom. Animal. cap. 1. p. 71. an פרעוש paros contractum ex Verbis פרע־רעוש pataraos; quorum illud retrorsum, hoc motum sonat; quia saliens (sive saliendo) retrorsum movetur? Commodiùs τὸ פרעש à פרע retrocessit... unde Turcicum פיר pire, idem ac, cum ש Æthiopicè paragogico, Hebraicum פרעש... Mihi tamen videtur vox composita ex τῷ פר vitulus, & τῷ עשא Arabibus, scarabæus pillulas portans... (Gol.) ex illo, à saltu; ex hoc, à figura... Chaldæi pro פַּרְעֹשׁ, Hebræo scribunt פַּרְעוֹשׁ.... Hinc fortè per metathesin & ipsum nomen Gr. σκάραβος, σκαράβαιος, Lat. scarabeius...

פַּרְעֹשׁ Mass. Paróh, Vulg. Pharos, nomen propr. viri, Esdr. 2. v. 3. & cap. 8. v. 3. Etym. pulex, à פרעש idem.

פִּרְעָתוֹן Mass. Pirathón, Vulg. Pharathon, nomen proprium urbis in Ephraim (in monte Amalec, Leusd.) Jud. 12. v. 15. Φαραθὼν in libris apocryphis, Φαραθὼ Josepho & Φάραθος. Reland. Etym. præfectus... à פרעה Pharathon Arab. idem. R. פרע Arab. in summo fuit, summumque cepit, vel tenuit, supervixit...

פִּרְעָתוֹנִי Mass. Pirâthoní, Vulg. Pharathonites, Græcis ὁ Φαραθωνίτης, quod in Lexico Origenis malè ἐν στοιχείῳ O legitur junctum ὁ Φαραθωνίτης, Reland. nom. comm. virorum ex Pharathone oriundorum, Jud. 12. v. 13. Etymon idem, quod mox suprà.

פַּרְפַּר Mass. Parpár, Vulg. Pharphar, nomen proprium fluvii Damasci, 4. Reg. 5. v. 12. Etym. gargarizatio oris, ejus emundatio gargarizatione... à פרפר Pharphor, Syr. idem, ob puritatem aquæ fortè sic dictus.

פָּרַץ QAL (propriè Gal. je presse, i. urgeo, ussto... Gr. πιέζω, vi quadam transeo... πιέζω stringo, constringo... seco, disseco,) Lxx. διασπάω, Lxx. Aq. Sym. διακόπτω, Lxx. αὐξάνομαι, ἐκβιάζω, χέομαι, Alius, (fortè Sym.) διαχέω, Lxx. ἐκπορνεύω, πλατύνομαι, πληθύνομαι, πλουτέω, διασώζομαι, ἰσχύω σφόδρα σφόδρα, πολὺ ποιέω, φραγμὸν ..., βιάζομαι, καταβιάζομαι, διαβιάζομαι, ἀπόλλυμι, καταβάλλω, κατασπάω, καθαιρέω... Vulg. & alii, divido, discindo, diffindo, effringo, rumpo, erumpo, disrumpo, irrumpo, perrumpo, & specialiter, aciem perrumpo, impressionem, rupturam, impetum facio... cresco, abundo, redundo, effluo, effundo, expando... Passivè, expandor, explicor, extendor.... dilator, i. libero animo sum, vel latior fio, augeor numero, multiplicor, dives, seu opulentus sum, felici rerum successu utor, potentiâ maximâ præditus sum, polleo... multum comparo, confero, profusum... impero... conor, nitor, urgeo, cogo, vi compello, detorqueo, opprimo... perdo, amitto, perniciem infero, perimo, occido... dejicio, deturbo, prosterno, everto, detraho, extraho, deduco, diruo, subverto,

pessundo, abrogo, rescindo... Construitur ferè cum præpositionibus... אֶל־, בְּ, מִן.

Praet. 3. p. f. m. פָּרַץ יְהוָה אֶת־אֹיְבַי לְפָנַי כְּפֶרֶץ מָיִם, 2. Reg. 5. v. 20. *dissipavit Dominus hostes meos coram me, tanquam effusæ dissipantur aquæ.... unde vocavit* quisque nomen loci בַּעַל־פְּרָצִים *Báal Pheratsim*, i. *Deum* (Palæsthinorum scil.) *dissipationum*, sive *fracturarum*, i. *maximè dissipatum*, aut *fractum*... וּמִקְנֵהוּ פָּרַץ בָּאָרֶץ, Job. 1. v. 10. *ut pecus ejus eruperit (sese effuderit) in terra*... פָּרַץ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ בָּנוּ, 1. Paral. 15. v. 13. *erupit Dominus Deus noster in nos*... Vulg. *percussit nos*... Cum præf. וּפָרַץ *& perrumpit*... 2. p. f. m. פָּרַצְתָּ *perrupisti, diffregisti*... Cum præf. וּפָרַצְתָּ *& perrumpes*... Gen. 28. v. 14. ubi accentus ob τό (ו) convertens à penultima ad ultimam descendit, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 310. c. 1. Cum affix. פְּרַצְתָּנוּ *disruperas nos*, c.... 3. p. plur. c. פָּרְצוּ, & in pausa, quare τό (ְ) primariæ vocis revocatum in (ָ) sub ר mutatur, פָּרָצוּ *erupêre, perrumpunt*...

Ben. f. m. cum præf. וּפֹרֵץ גָּדֵר יִשְּׁכֶנּוּ נָחָשׁ, Eccles. 10. v. 8. *& qui perfringit maceriem*, (ut scilicet ingressus hortum alterius aliquid inde furetur, Piscator,) *mordebit eum serpens*. עָלָה הַפֹּרֵץ לִפְנֵיהֶם, Mich. 2. v. 13. O. substantivè, διὰ τῆς διακοπῆς πρὸ προσώπου αὐτῶν. *per divisionem ante faciem eorum*. Vulg. *ascendet enim pandens iter ante eos*. Alii, *ascendet, qui dissipaturus est* tenebras, aut velum *discissurus ante oculos eorum*; nempe, vel Joannes Baptista, vel Elias, vel ipse Christus...

Paoul f. f. קִיר פְּרוּצָה אֵין חוֹמָה, Prov. 25. v. 28. *urbs dissipata*, Syr. *aperta, absque muro*... Cum præfix. הַפְּרוּצָה *perrupta*.... Plur. m. פְּרוּצִים *perrupti*.... Cum præf. τό (ה) in (ַ) ad euphoniam correpto, הַפְּרֻצִים *interrupta*.... O. substantivè, αἱ διαῤῥαγαί.

Infin. ex forma absoluta, פְּרֹץ *disrumpendo*... Cum præf. וְכִפְרֹץ הַדָּבָר, 2. Paral. 31. v. 5. *quumque erupisset verbum*... Vulg. *quod cùm percrebuisset in auribus multitudinis*... עֵת לִפְרוֹץ וְעֵת לִבְנוֹת, Eccles. 3. v. 3. *tempus demoliendi, & tempus ædificandi*...

Fut. 3. p. f. m. יִפְרֹץ, & τό (ו) ob maqqáph in (ְ hhatoúph) correpto, יִפְרָץ־ *erumpet, irrumpat*... פֶּן־יִפְרָץ־בָּם, Exod. 19. v. 24. O. μήποτε ἀπολέσῃ ἀπ᾽ αὐτῶν κύριος. A. μήποτε διακόψῃ ἐν αὐτοῖς κύριος. Σ. μήποτε διαθραύσῃ.... Lxx. *ne fortè avellatur ab illis Dominus*. Aq. & alii... *irrumpat in illos Dominus*. Sym. *ne fortè corrumpat*... Vulg. *ne percutiat eos*. Cum præfix. וַיִּפְרֹץ & correpto τό (ו) ob maqq. in (ְ hhatoúph) וַיִּפְרָץ־ *& erupit, irrupit*.... Cum affix. יִפְרְצֵנִי פֶרֶץ עַל־פְּנֵי־פָרֶץ, Job. 16. v. 14. *perfringit, dirumpit me rupturâ suprà rupturam*. 3. p. f. f. cum præf. mutato ob maqqáph τό (ו) in (ְ hhatoúph), וַתִּפְרָץ־ *& irrupit*.... 2. p. f. f. in pausa, unde τό (ו) primariæ vocis reductum loco τοῦ (ְ) ad penultimam, תִּפְרֹצִי *erumpes, prorumpes*.... 3. p. plur. m. in pausa, quare τό (ו) loco τοῦ (ְ) in penultima, ut mox suprà, יִפְרֹצוּ *erumpent*... Cum præf. וַיִּפְרְצוּ־ בוֹ עֲבָדָיו, 1. Reg. 28. v. 23. *& institerunt apud eum servi sui*, Vulg. *coëgerunt*.... Alii, *invaluerunt in eum*.... Alii, *rogârunt*... Alii, *ruperunt in eo*... Metonymia effecti. Sic Germani dicunt *alicui tunicam lacerare*... Conf. supra 15. v. 27. Piscator. 1. p. plur. c. cum ה parag. נִפְרְצָה נִשְׁלְחָה, 1. Paral. 13. v. 2. *erumpamus, dimittamus*, i. e. cursores huc illuc celerrimè amandemus: Metaphora ab exundantibus aquis. Junius, Piscator... τό נפרצה, Lxx. & Vulg. interpres legebant in præterito, aut Benoni τοῦ Niphal, unde vertunt illi, εὐοδώθη *prosperabitur*; hic, *egreditur*.... utrique τό נפרצה נשלחה separantes, ac τό נפרצה ad præcedentia referentes.

NIPHAL נִפְרַץ, unde Ben. f. m. אֵין חָזוֹן נִפְרָץ, 1. Reg. 3. v. 1. O. οὐκ ἦν ὅρασις διαστέλλουσα *non erat visio* (prophetia) *manifestans*, Vulg. *manifesta*, Alii, *vulgaris, multiplicata*, Cocc. *frequens*...

PUAL פֹּרַץ, unde Paoul f. f. ex terminatione ה præcedenti duplici (ְ), in pausa, quare (ְ) penultimæ in (ָ) mutatur, Nehem. 1. v. 3. *& murus Jerusalem*, מְפֹרָצֶת, (O. καθῃρημένα *dejecta* mœnia,) Vulg. *dissipatus*, Alii, *ruptus, diruptus*...

HITHPAEL הִתְפָּרֵץ, unde Ben. plur. m. cum præf. 1. Reg. 25. v. 10. *increſcunt hodie ſervi*, הַמִּתְפָּרְצִים אִישׁ מִפְּנֵי אֲדֹנָיו, O. ἀναχωροῦντες ἕκαστος ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Θ. ἀποδιδράσκοντες... Lxx. *recedentes unuſquiſque à facie Domini ſui*. Theod. *auſugientes*... Vulg. *qui fugiunt dominos ſuos*. Alii, *qui præfractè erumpentes deficiunt*, Alii, *qui ſeparant, ſubducunt, abrumpunt*... *ſeſe ſinguli à faciebus dominorum ſuorum*.

פֶּרֶץ, in pauſa פָּרֶץ, m. Lxx. Aq. Sym. διακοπή, Lxx. θραῦσις, Sym. διαίρεσις, Lxx. πτῶμα, κατάπτωμα φραγμοῦ, Incert. ἀπόσπασμα, Vulg. & alii, (*percuſſio*,) *vulnus*, *diſſectio*, *ruptura*, *eruptio*, *irruptio*, *fractio*, *diviſio*, (*diſtributio*,) *caſus*, *ruina maceriæ*, *expanſio*.... Aq. item, σχολή (Lex. Hebr. ad Hexapl.) *otium*. Lxx. item, φραγμός *ſepes*, πνοή *halitus*. Adjectivè, ἀσεβής *impius*. Verbaliter, πίπτω *cado*, διακόπτω *diſcindo*... Jud. 21. v. 15. *fecerat Dominus* פֶּרֶץ *rupturam*, lacunam, *in tribubus Iſraël*. סָגַר אֶת־פֶּרֶץ עִיר דָּוִד, 3. Reg. 11. v. 27. *clauſit rupturam*, (i. aperturam, quam fecerat David in muro Sion; poſticum obturavit, quo poterat elabi, inſurgente populo,) *urbis David*. Cum præf. בַּפֶּרֶץ *in ruptura*... Lxx. adverbialiter, vi ſcil. particulæ, ὁλοσχερῶς *planè*, *ad extremum*.... כְּפֶרֶץ *ſicut irruptio*... Plur. cum præf. וּפְרָצִים *& per rupturas*... Cum affix. פִּרְצֵיהֶן *rupturas earum*.... Ex termin. fem. cum præf. לֹא עֲלִיתֶם בַּפְּרָצוֹת, Ezech. 13. v. 5. O. per enallagen perſonæ, οὐκ ἔστησαν ἐν στερεώματι· *non ſteterunt in firmamentum*: Vulg. *non aſcendiſtis ex adverſo*... Alii, *non aſcendiſtis ad irruptiones* coercendas... Alii, *ad interruptiones* maceriarum... (Metaphora à re militari,) *neque ſepem prætendiſtis domui Iſraël*, metaphora à munitione vinearum ... R. פָּרַץ *rupit*, *erupit*, *irrupit*...

פֶּרֶץ Maſſ. *Pérets*, Vulg. *Phares*, nomen proprium filii Judæ ex Thamar nuru ſua, Gen. 38. v. 29. 1. Paral. 4. v. 1. Etym. מַה־פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ וַיִּקְרָא שְׁמוֹ פָּרֶץ, Gen. 38. v. 29. *Quamâ ex te eruptione erupiſti! unde vocavit* quiſque, ſive *vocatum eſt nomen ejus*, פֶּרֶץ *Párets*, ſeu *Phares*, i. *eruptio*.

פַּרְצִי Maſſ. *Partsí*, Vulg. *Phareſites*, nom. patronymicum virorum à Phares oriundorum, Num. 26. v. 20. unde etymon idem ac τοῦ *Phares*, mox ſupra. τὸ enim פַּרְצִי, à פֶּרֶץ, mutatis punctis ob τὸ (י) paragog. quo nomina gentilitia terminari ſolent.

פְּרָצִים Maſſ. *Peratsím*, Vulg. *Pharaſim*, nomen proprium loci, vide בַּעַל־פְּרָצִים, col. 253. & in præterito τοῦ Qal Verbi פָּרַץ, col. 1924.

פָּרַק QAL (Latinè, *frico*, *frango*, unde à ſono, qui inter frangendum, ſive dilacerandum editur, Gall. *fric*, *frac*, *fracas*, *je fracaſſe*, *je froiſſe*, *je briſe*, *j'ébréche*, *bréche*, Germ. *brechen*, Belgic. *breken*, Angl. *to break*, Hiſpan. per metatheſin, *quebrar*, Gal. *je créve*....) Lxx. Sym. ἐκλύω, Lxx. λυτρόω. Vulg. & alii, *ſolvo*, (i. *enervo*, *rumpo*, *abrumpo*, *diſrumpo*, *dilacero*, *dirimo*...) *exolvo*, *expedio*, *eripio*, *libero*, *redimo*...

Praet. 2. p. ſ. m. cum præfix. unde à penultima ad ultimam deſcendit accentus, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 310. c. 1. וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ מֵעַל צַוָּארֶךָ, Gen. 27. v. 40. (*contingetque ut aliquando domineris*,) *ac frangas* (*avellas*, *auferas*, *abrumpas*....) *jugum ejus de collo tuo*, m. Herodes Aſcalonita ex Idumæis oriundus (cum ſuis) annis plus centum Judæis imperavit, Tirinus.

Ben. ſ. m. פֹּרֵק וְאֵין מַצִּיל, Pſal. 7. v. 3. *dilacerans*, *nemine eripiente*. Alibi, *eripiens*...

Fut. 3. p. ſ. m. cum præf. & affix. וַיִּפְרְקֵנוּ *& eripuit* (*eruit*, *liberavit*...) *nos*, c.

PIEL פֵּרֵק, Lxx. διαλύω, ἐκστρέφω, Alex. Barb. Ald. ἐκτρίβω, περιαιρέομαι, Vulg. & alii, *diſſolvo*, *dirimo*, *interrumpo*, *perrumpo* ... *inverto*, *perverto*, *ſubverto*... *extero*, *terendo excutio*, *terendo & fricando extergeo* .... *demo*, *detraho*, *aufero*, *tollo*... Germ. per metath. *wegreiſſen*...

Ben. ſ. m. מְפָרֵק הָרִים, 3. Reg. 19. v. 11. *diſrumpens montes*... quaſi viam Deo præparans & aperiens, Oſiander.

Imper. 2. p. plur. m. פָּרְקוּ נִזְמֵי הַזָּהָב, Exod. 32. v. 2. *ſolvite inaures aureas*...

Fut. 3. p. ſ. m. יְפָרֵק *abrumpet*...

HITHPAEL הִתְפָּרֵק, Lxx. περιαιρέομαι.... Vulg. & alii, *tollo*, *aufero*, *abstraho*, *detraho* ... *ipse mihi*, vel *à me*.

PRAET. 3. p. plur. c. הִתְפָּרְקוּ וְיָבְשׁוּ, O. ἐξεδικήθησαν, (Alex. Ald. ἐξεδικήθη) καὶ ἐξηράνθη ἡ ῥάβδος... *vindicarunt*, vel *vindicavit se*, *& arefacta est virga fortitudinis*.... Vulg. alternando labiales m & פ, *marcuerunt*, *& arefactæ sunt virgæ*... Alii, *confractæ*, *convulsæ*, *defractæ*, *discerptæ*... *sunt*, *& arefactæ*.... Ex forma (-) quod ob pausam reductum in (·) mutatur, הִתְפָּרְקוּ *abstraxerunt ipsi sibi*, sive *à se*.

FUT. 3. p. plur. m. cum præf. וַיִּתְפָּרְקוּ *& abstraxerunt se*...

PEAL, Chald. unde 2. p. s. m. IMPER. וַחֲטָיָךְ בְּצִדְקָה פְרֻק, Dan. 4. v. 24. vel 27. O. καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, Vulg. *& peccata tua (in) eleemosynis redime*, Alii, *& peccata tua per justitiam* (i. justitiæ opera) *abrumpe*, *absterge*, Cocc. *avelle*...

פָּרָק m. unde in regimine cum præfix. וּפְרַק פִּגֻּלִים כְּלֵיהֶם, Isai. 65. v. 4. O. καὶ ζωμὸν θυσιῶν, μεμολυμμένα πάντα τὰ σκεύη αὐτῶν *& jus hostiarum; inquinata omnia vasa eorum*... Vulg. *& jus profanum in vasis eorum*... Alii, *& frustum carnium pollutarum*, seu *immundarum in vasis suis*.... Pro τοῦ פְרַק τό. מְרַק *jus* Vulgato interpreti, Chald. Mass. legitur; sed prius retineri potest. R. פָּרַק *fregit*... unde פֶּרֶק, vel constr. פְּרַק *fragmentum*....

פֶּרֶק m. Lxx. ἐκβολή, al διεκβολή, Aq. ἐξαυχενισμός, Sym. prima editio, ἀποτομία, secunda editio, μελισμός, Lxx. ἄδικα... Vulg. & alii, *eruptio*, *exitus*, *excervicatio*, *incisio*, sive *crudelitas*, *diruptio*, *dilaceratio*, *membrorum amputatio*, *membrorum in frusta concisio*... Cum præf. וְאַל־תַּעֲמֹד עַל־הַפֶּרֶק, Abd. v. 14. *ne stes in vastatione* urbis, *ut interficias elapsos ex ea*... R. פָּרַק *dirupit*, *vastavit*...

פָּרַשׁ QAL (Gr. φράζω *expono*, *explano*, *declaro*, *explico*... Lat. per metath. *separo*...) Incert. διαστέλλω, Lxx. διακρίνω. Alii, *aperio*, *patefacio*, *definio*, *divido*, *discerno*, *dijudico*.... Trommius, ἐμπίπτω,

Proverb. 17. v. 12. ubi legebat פֹּרֵשׁ pro פֹּגֵשׁ; χύω, Joël 2. v. 2. ubi פָּרֻשׁ pro פָּרֻשׂ; συγκρίνω, Num. 15. v. 34. ubi פָּרַשׁ in τοῦ QAL, i. in prima Conjug. activa, pro פֹּרַשׁ in τοῦ PUAL, sive POAL, i. quarta Conjug. passiva; διδάσκω, Nehem. 8. v. 8. ubi τό מְפֹרָשׁ PAOUL, seu participium, præteritum, passivum τοῦ PUAL passivi, ad QAL activum referebat... Sic & alii, qui Massorethica contempsêre puncta.

INFIN. cum præf. לִפְרֹשׁ לָהֶם עַל־פִּי יְהוָה; Levit. 24. v. 12. *donec declararetur eis de*, *ex ore Domini*, nempe, sententia. Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 492. c. 1.

NIPHAL נִפְרַשׁ, unde BEN. plur. fem. Ezech. 34. v. 12. בְּיוֹם הֱיוֹתוֹ בְתוֹךְ־צֹאנוֹ נִפְרָשׁוֹת, O. ἐν ἡμέρᾳ ὅτ' ἂν ᾖ γνόφος καὶ νεφέλη ἐν μέσῳ προβάτων διακεχωρισμένων... *in die quando fuerit caligo & nubes in medio ovium separatarum*... Vulg. & alii, in die quando *fuerit in medio ovium suarum dissipatarum*. *dispersarum*...

PUAL, sive POAL, mutato τοῦ (ֻ) ad compensationem τοῦ daghésch ex ר excidentis in (ֹ), פֹּרַשׁ, Lxx. διδάσκω *doceo*, *explico*.... legebant in Piël פֵּרַשׁ, συγκρίνω *decerno*... Alii, *exponor*...

PRAET. 3. p. s. m. לֹא פֹרַשׁ, Num. 15. v 34. *non erat declaratum*, *decretum*... unde Vulg. *nescientes*...

PAOUL s. m. Nehem. 8. v. 8. *& legebant in libro*, *in lege Dei* מְפֹרָשׁ *expansum* librum, vulgò, *ad aperturam libri*, vel *expositum* sermonem, vel *explanatum*, *explicatum*... Vulg. & alii, adverbialiter, *distinctè*, *apertè*, *clarè*...

HIPHIL הִפְרִישׁ, unde 3. p. s. m. FUT. absque τοῦ (ִי) τῷ (·) comite וּכְצִפְעֹנִי יַפְרִשׁ, Proverb. 23. v. 32. O. καὶ ὥσπερ ὑπὸ κεράστου διαχεῖται αὐτῷ ὁ ἰὸς *& tanquam à ceraste diffunditur* (legebant in Hophal, יֻפְרַשׁ, cum puncto sinistro in ש, sic & Vulg. sed in Hiphil...) *ei venenum*. Vulg. *& sicut regulus venena diffundet*. Alii, *regulus*, sive *basiliscus veluti pungit*. Ex usu Chaldaico. Chaldæis enim פְּרַשׁ *prásch* est *stimulus*, פְּרִישׁ *prísch calcar*... unde etiam Hebræis פָּרָשׁ *parásch eques*, quòd equum calcari-

bus pungat.

פְּרַשׁ PEAL, Chald. unde PAEL פָּרַשׁ, ex quo PEIL f. m. Esdr. 4. v. 18. *diploma*, sive *apographa*, seu *apographum*, *quod misistis ad nos* מְפָרַשׁ קֱרִי קֳדָמָי, (apud Lxx. vacat.) Vulg. & alii, adverbialiter, *manifestè*, *explicatè*... *lecta est* (Vulg. *accusatio*, Alii, *epistola*....) *coram me*... Alii, *apertum*, *explicatumve*, *lectum est coram me*...

פָּרָשׁ m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἱππεύς, Lxx. ἀναβάτης, ἵππος, Sym. Theod. ὁπλή. Vulg. & alii, *eques*, *ascensor*, per metonymiam subjecti, *equus*, per synecdochen partis, *ungula*.... Constr. remanente תּוֹ (ּ) in penultima ad compensandum תּוֹ dagh. ex תּוֹ ר ejectum, (est enim תּוֹ פָּרָשׁ pro תּוֹ פָּרַשׁ seq. daghesch, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 58. c. 1.) פָּרָשׁ *eques*... Plur. remanente quoque תּוֹ (ּ) in penultima, וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים רֶכֶב חֲמוֹר רֶכֶב גָּמָל, Isai. 21. v. 7. *& vidit currum paris*, sive *duorum equorum* (bigam virilem, uti ex v. 9. ...liquet) *currum asini*, vel *asinorum*, *currum cameli*, vel *camelorum*... Cum præf. וְהִנֵּה הָרֶכֶב וּבַעֲלֵי הַפָּרָשִׁים הִדְבִּקֻהוּ, 2. Reg. 1. v. 6. O. καὶ ἰδοὺ τὰ ἅρματα καὶ οἱ ἱππάρχαι συνῆψαν *& ecce currus*, *& præfecti equitum attingebant eum*. Alii, *& domini equorum* (i. Vulg. *equites*) *persequebantur eum*, וּפָרָשִׁים, *& equites*... וְהַפָּרָשִׁים *& cum equitibus*... וּלְפָרָשִׁים *& sicut equites*... וְהַפָּרָשִׁים *& propter equites*... Cum aff. פָּרָשָׁיו *equites ejus*, m. Cum præf. & aff. וּפָרָשָׁיו לֹא יְדֻקֶּנּוּ, Isai. 28. v. 28. *neque equis suis* (Vulg. *ungulis suis*... Alii, *dentibus ejus*, sub. *traha*, vel *tribulæ*... Alii aliter.) *comminuit illud*, semen scil. dans *panem*... וּבְפָרָשָׁיו *& in equitibus ejus*, m.... R. פְּרַשׁ Chaldæis, imò & Hebræis, *pupugit*, sive *pepugit*, seu *punxit*... unde פָּרָשׁ *eques*, *equus*. Quòd videlicet ille calcaribus hinc inde pungat, hic pungatur.

פֶּרֶשׁ m. Lxx. Aq. κόπρος, Lxx. ἔνυστρον.... Vulg. & alii, *fimus*, *stercus*.... Lxx. per metonymiam subjecti, *ventriculus*, sive *unus ex ventribus animalium cornigerorum & ruminantium*, eo dictus (ut putatur) quoniam in eo διανύεται καὶ πέπτεται ἡ τροφὴ conficitur & concoquitur cibus, Lex. Scap. וְזֵרִיתִי פֶרֶשׁ עַל־פְּנֵיכֶם פֶּרֶשׁ חַגֵּיכֶם, Malach. 2. v. 3. *& spargam stercus in facies vestras*, *stercus*, inquam, *victimarum vestrarum*... תּוֹ enim חַגִּים sunt Hebræis non solùm *festi dies*, *solemnitas*, sed per metonymiam subjecti, *& ipsa sacrificia*, *& victimæ ipsæ*... Cum affix. פִּרְשׁוֹ *& fimum ejus*, m. פִּרְשָׁהּ *fimum ejus*, f. פִּרְשָׁם *fimum eorum*. Cum præf. & affix. וּפִרְשׁוֹ *& fimum ejus*, m. R. פָּרַשׁ *separavit*, *secrevit*... unde פֶּרֶשׁ *stercus*... sic dictum, quòd *secernatur*, *excernaturve*.

פֶּרֶשׁ Mass. *Péresch*, Vulg. *Phares*, nomen propr. viri, 1. Paral. 7. v. 16. Etym. *excrementum*, à פֶּרֶשׁ (mox supra) idem.

פָּרַשׂ QAL Lxx. Aq. Sym. ἐκπετάζω, Aq. ἐκπετάω, sive ἐκπετάννυμι, Theod. πετάω, Sym. ἁπλόω, Lxx. ἀναπτύσσω, ἀναπτύσσω, ὑποπάζω, ἀνειλίσσω, χαλάω, δίκμι, ἀνοίγω, διανοίγω, διατείνω, ἐκτείνω, βάλλω, ἐπιβάλλω, περιβάλλω, ἐπιτίθημι, συνθλάω... Hùc plura Trommius, neglectis conjugationum characteribus, refert. Vulg. & alii, *pando*, *expando*, *explico*, *palmas expando*, *manus* supinas; *patefacio*, *explano*, *declaro*, *revelo*, *evolvo*, *involutum explico*, *laxo*, *dimitto*, *aperio*, *resero*, *extendo*, *distendo*, *protendo*, *porrigo*, *extraho*, *educo*, *produco*, *jacio*, *injicio*, expandendo scil. sive extendendo, *circumjicio*, *cingo*, *amicio*, *superimpono*, *obdo*, *operio*, *objicio*, *impono*... *contundo*, *confringo*, *concido*, *discindo*... Lxx. item, ταπεινόω *humilio*, seu *deprimo*, αἴρω *elevo*...

PRAET. 3. p. f. m. פָּרַשׂ עָלָיו אוֹרוֹ, Job. 36. v. 30. *spargit circa se lucem suam*, פָּרַשׂ עָנָן לְמָסָךְ, Psal. 104. Hebr. 105. v. 39. *expandit nubem* (quâ aliàs Ægyptus caret, Gejerus) *in velum*, Cocc. פָּרַשׂ רֶשֶׁת לְרַגְלַי, Thren. 1. v. 13. *tetendit rete pedibus meis*. Cum præfix. וּפָרַשׂ *& expandet*. 3. p. f. f. כַּפָּהּ פָּרְשָׂה לֶעָנִי, Proverb. 31. v. 20. *manum suam aperit inopi*... Huic contrarium est, *manum claudere*, Deut. 15. v. 7. Gejerus. 2. p. f. m. cum præfixo (ו) convertenti, unde accentus à penultima ad penulti-

mam descendit, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 310. וּפָרַשְׂתָּ אֵלָיו כַּפֶּיךָ, Job. 11. v. 13. (*si tu præparaveris cor tuum,*) *extendes ad eum manus tuas*... 1. p. s. c. cum præfixo & retractione accentûs, ut mox supra, וּפָרַשְׂתִּי *& expandam.* 3. p. plur. c. פָּרְשׂוּ *expanderunt.* Cum præfix. וּפָרְשׂוּ *expandunt*... vel *discidunt*...

Ben. s. m. פּוֹרֵשׂ *tendens*... *frangens, discidens*... Plur. m. פֹּרְשִׂים כְּנָפַיִם, 3. Reg. 8. v. 7. *expandentes alas*... Cum præf. לְפֹרְשִׂים *pandentibus*... Constr. פֹּרְשֵׂי *pandentes*.... Cum præf. וּפֹרְשֵׂי *& pandentes*...

Paoul s. m. mutato ad euphoniam τὸ (ו) in (ֻ), כְּשַׁחַר פָּרֻשׂ עַל־הֶהָרִים, Joel 2. v. 2. *aurora veluti extensa super montibus*... Fem. s. פְּרוּשָׂה *expansum rete*... Plur. f. τὸ (ו) in (ֻ) ad euphoniam correpto, פְּרֻשׂוֹת *extensæ*...

Fut. 3. p. s. m. יִפְרֹשׂ *expandet*.... Cum præf. וְיִפְרֹשׂ *& expandet*... וַיִּפְרֹשׂ *& expandit*... Cum præf. & affix. וַיִּפְרְשֵׂהוּ, 4. Reg. 19. v. 14. *& expandit eam, sive eas,* m. singulas scil. literas... 3. p. s. f. cum præfix. וַתִּפְרֹשׂ *& expandit*... 1. p. s. c. אֶפְרֹשׂ *expandam*... Cum præf. וְאֶפְרֹשׂ, & cum ה parag. וָאֶפְרְשָׂה *& expando*... 3. p. plur. m. יִפְרְשׂוּ *expandent*.... Alternando ס & ש, יִפְרְסוּ *frangent, discident,* cibum scil. Cum præf. וְיִפְרְשׂוּ *& expandent*.... 1. p. plur. c. cum præf. וַנִּפְרֹשׂ *& expandimus*...

Niphal נִפְרַשׂ, (Gr. per metathesin, σπείρομαι...) unde 3. p. plur. m. Fut. in pausa, quare revocatur τὸ (ֶ) primariæ vocis sub ר loco τοῦ (ְ), לְכָל־רוּחַ יִפָּרֵשׂוּ, Ezech. 17. v. 21. O. εἰς πάντα ἄνεμον διασπερῶ, Lxx. *in omnem ventum dispergam;* legebant in 1. p. s. c. τὸ Qal cum affixo sing. pro plur. אֶפְרְשֵׂוּ, Vulg. & alii, *dispergentur*...

Piel פֵּרַשׂ, Sym. ἐξαπλόω, κατακοσμίζω, Lxx. διαστέλλω, ἀνίημι, κατείνω... Vulg. & alii, *pando, expando,* (*divido*) *partior, distribuo, distendo, diduco, dimitto, emitto, laxo, remitto, remissum facio,* sive *reddo, vires frango;* item, *discindo*... Lxx. συνάγω *congrego,* διοικέω *administro*...

Praet. 3. p. s. m. cum præf. ex forma

וּפֵרַשׂ יָדָיו בְּקִרְבּוֹ כַּאֲשֶׁר יְפָרֵשׂ הַשֹּׂחֶה, (ֶ) לִשְׂחוֹת וְהִשְׁפִּיל גַּאֲוָתוֹ עִם אָרְבּוֹת יָדָיו, Isai. 25. v. 11. *& extendet* (Christus *Deus noster,* qui *adest* v. 9.) *manus suas* in crucem *in medio ejus* (*montis,* in quo *requiescit* ipsius *manus,* v. 10.) *quemadmodum extendit* manus suas *natans* ad natandum; *deprimetque gloriam suam per constrictiones,* sive affixiones, ex usu Arabico, *manuum suarum*... *Unde*... Vide infra צֶרֶף, nomen arboris. 3. p. s. f. פֵּרְשָׂה צִיּוֹן בְּיָדֶיהָ, Thren. 1. v. 17. *pandit Sion manus suas*... vel *discindit* vestem *manibus suis*.... 1. p. s. c. כְּאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמַיִם פֵּרַשְׂתִּי אֶתְכֶם, Zach. 2. v. 6. *instar quatuor plagarum cœli expandi vos,* m. Cocc.

Infin. cum præf. בְּפָרֵשׂ שַׁדַּי מְלָכִים בָּהּ, Psal. 67. Hebr. 68. v. 15. *dum prosternit omnipotens reges per eam,* nempe Jahelem... Ad intelligentiam hujusce versûs totiusque Psalmi confer Jud. capp. 4. & 5. Cum præf. & affix. וּבְפָרֶשְׂכֶם *quum panditis vos,* m.

Fut. 3. p. s. m. יְפָרֵשׂ *expandit*... 3. p. s. f. תְּפָרֵשׂ *expandet*...

פַּרְשֶׁגֶן m. Chald. vel potiùs Syr. unde דְּנָה פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא, Esdr. 4. v. 11. O. αὕτη ἡ διαταγὴ τῆς ἐπιστολῆς, Lxx. & alii, *hæc est dispositio* (vel *is tenor*) *epistolæ,* Vulg. & alii, *hoc est exemplar, exemplum descriptum,* vel *exscriptum,* ἀπόγραφον. O Esdr. 7. v. 11. διασάφησις *explicatio.* Quidam, *expositio iterata,* sive *descripta,* à פרש Syr. *exposuit*.... & שנן Syr. *iteravit*.... uti פַּתְשֶׁגֶן idem, deducitur à פתח Syr. *explicavit*... & ab eodem שנן Syr. *iteravit*.... unde utrumque, nempe פרשגן & פתשגן, pro Hebr. מִשְׁנֶה in Targum scribitur. Nimirùm, פַּרְשֶׁגֶן אוֹרַיְתָא *exemplar legis,* Deut. 17. v. 18. juxta quosdam libros, Buxt. Lex.... פַּתְשֶׁגֶן אוֹרַיְתָא *exemplar legis*... Jos. 8. v. 32.

פַּרְשְׁדֹנָה, unde cum præfix. וַיֵּצֵא הַפַּרְשְׁדֹנָה, Jud. 3. v. 22. O. καὶ ἐξῆλθεν Ἀὼδ (εἰς) τὴν προστάδα *& prærepsit Aod* (*in*) *porticum,* Vulg. *statimque per secreta naturæ alvi stercora proruperunt,* Ar. Mont. *& exivit stercoris effusio,* Targ. Jon. *& exiit cibus ejus ejectus,* Munst. Tigur. Pagn. Castal. Bel-

gica... Versio, Petr. Martyr. *& egressum est stercus ejus*... quod eis evenire solet, qui morte violentâ pereunt... Quidam, *& (foribus intrinsecus clausis, seráque*, vel *pessulo obseratis,) exivit per τὸ natibus in sedendo prorepere*, sive *prorependo* per parietis scilicet, laterisve... declivitatem; *& exivit*, inquam, Aod è cœnaculo, i. è loco in porticum ementissimo, quem Sueton. in Neron. c. 16. *solarium* vocat; Quidam, *refrigerium*, ex Hebr. מְקֵרָה... natibus prorependo *in porticum*, sive *ad columnas usque ordinatas*, quæ porticum efficiunt, Bonfrer. O. (σύλας) τὰς διατεταγμένας... R. פרשדן pro פרשודן, (G.) Pers. *periculo se exponere, natibus in sedendo prorepere*... Quem Infinitivum (seu nomen actionem, vel passionem.... significans) in accusat. esse denotat, & ה postpositum, sive locale, & ה præpositum, seu articulus....

פָּרָשָׁה f. unde constr. וְאֵת פָּרָשַׁת הַכֶּסֶף, Esth. 4. v. 7. O. καὶ τὴν ἐπαγγελίαν.... *& promissionem*... Vulg. non Verbum, sed sensum exprimit. Alii, *& expositionem*, vel *explicationem*, vel *declarationem*, vel *oblationem, resolutionem.... argenti*, sive *pecuniæ*. Cum præf. וּפָרָשַׁת, Esth. 10. v. 2. *explicatio, demonstratio magnitudinis*. Syr. תשבחת *gloria, pompa*.... O. πλοῦτον τε *& divitias*... R. פרש *exposuit, explicuit*...

פַּרְשֵׁז PIEL, unde 3. p. f. m. PRAETER. פַּרְשֵׁז עָלָיו עֲנָנוֹ, Job. 26. v. 9. O. ἐκπετάζων ἐπ' αὐτὸν νέφ⊙ αὐτοῦ *extendens super ipsum nubem suam*, Vulg. *& expandit super illud nebulam suam*, Alii, *expandit super illud* (i. folium, Drus. vel *super eum*, Pagn. Drus. i. thronum, nempe aërem, Mercerus) nubem suam, i. nubes suas ...à פרש cum ז parag.

פַּרְשַׁנְדָּתָא Mass. *Parschandáthau*, Vulg. *Pharsandata*, nomen propr. unius ex decem filiis Aman, in Susan suspensorum, Esth. 9. v. 7. Etym. *veterator*, à פרשדן pro פרשודן (G.) Pers. *vetustate atteri*, vel *lacerari*.... Unde participium præteriti פרשד, vel פרשדה *inveteratus*, G. Participium verò præsens secundum, פרשנדה *veterator*... Vide synopf. instit. Pers. Alting. pp. 139. 146. & 147. Hinc τοῦ ה final. in אָ, ex Chaldaïsmo mutato, פַּרְשַׁנְדָּתָא.

פְּרָת Mass. *Práth*, Vulg. *Euphrates*, nom. propr. magni fluvii Syriæ, *Mesopotamiæ è paradiso promanans Mosi*, Gen. 2. v. 14. *Ptolomæo verò in Armenia majore oritur in monte Periardæ ad Orientem, in Septentrionem flexus, terræ Chananææ terminus*, Deut. 1. v. 7. Jos. 1. v. 4. Josephus lib. 1. cap. 2. Jud. Antiq.... Leusd. *Fabulam* Ovidius Fastorum, lib. 11. vers. 460. *narrat, ubi in Euphratem insiliisse dicitur Venus & mutata in piscem... & inde morem quoque Syrorum repeti, qui piscibus abstinent*... Had. Reland. Palæst. p. 591.

Venit ad Euphratem, comitata cupidine parvo,
Inque Palæstinæ margine sedit aquæ...
Nec mora, prosiluit: pisces subière gemelli.
Pro quo nunc, cernis, sidera numen habent.
Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis.
Ne violent timidi piscibus ora Syri.

Cum præf. בִּפְרָת, Jerem. 13. v. 5. *propè Euphratem*... Cum ה locali, פְּרָתָה *ad Euphratem*. Etymon τοῦ פְּרָת *aqua admodum dulcis*, à פראת Arab. idem, unde Gr. Εὐφράτης, Lat. *Euphrates*, i. *optima aqua*.... Ni vox Græca, Εὐφράτης *Euphrates*, ex duabus Hebraicis, הוא פרת, Gen. 2. v. 14. *hoû phráth*, sit composita.

פַּרְתְּמִים, plur. m. Lxx. prima editio, Aq. ἐπίλεκτοι, Lxx. ἔνδοξοι, Incert. ἄγριοι, secunda editio. Aq. τυραννοι, Sym. πάρτοι, Theod. φορθομμιν... Vulg. & alii, *electi, selecti, inclyti, clari, gloriosi, nobiles, tyranni, præfecti*, Gr. alternando ר & ם, προτάτους *proceres, principes*... Sym. *Parthi*, Theod. non significationem vocis, sed literarum sonum utcunque reddens, *phorthomîn*... Cum præf. הַפַּרְתְּמִים *proceres, principes*... R. פרתמידן Pers. *intumescere, inflari, sese efferre, altumve esse*... (Arabibus, תם,) unde participium præsens primum, פרתמא laudis amore *tumens, sese efferens*... ut solet *princeps*...

פֶּשׁ m. unde cum præf. וְלֹא־יָדַע בַּפַּשׁ מְאֹד, Job. 35. v. 15. O. καὶ οὐκ ἔγνω, (O. Σ.) παράπτωμα

πλημμάτι σφόδρα *neque cognovit (agnovit, existimavit, judicavit...) delictum aliquod vehementer.* Vulg. *nec ulciscitur scelus valdè.* Alii, *neque nimis pro multitudine* scelerum *punit*.... Alii aliter. R. פּוּשׁ *abundavit*... unde פּוּשׁ m. *copia*.... & per metonymiam effectûs, *lascivia, superbia*....

פָּשָׂה QAL. Aq. Sym. διαδύομαι, Samar. πλατύνομαι, Lxx. Theod. διαχέομαι, διαχύομαι, Incert. ἐκχύομαι, seu ἐκχύνομαι, Sym. ὑπερβαίνω, Lxx. μεταβάλλω, μεταπίπτω ... Vulg. & alii, *cresco, accresco, augeor, dilator, diffundor, perfundor, transfundor, erumpo in modum effusæ plenis vasis aquæ, progredior, (serpo,) transgredior, mutor,* sive *transeo de una specie in aliam, dilabor, mutor*, vel *in pejus*, vel *melius, degenero*...

PRAET. 3. p. s. m. פָּשָׂה *diffudit se, creverit*... 3. p. s. f. פָּשְׂתָה *diffudit se*... in pausa, quare τὸ (-) primariæ vocis revocatum in (·) mutatur, Levit. 13. v. 23. *sin autem sub*, vel *in se steterit macula*, לֹא פָּשָׂתָה *non proserpserit*...

INFIN. ex forma absoluta, פָּשׂוֹה *serpendo*... O. διάχυσις *diffusio.*

FUT. 3. p. s. m. יִפְשֶׂה *diffundet se*... 3. p. s. f. וְאִם־פָּשׂה תִפְשֶׂה הַמִּסְפַּחַת בָּעוֹר, Levit. 13. v. 7. O. ἐὰν δὲ μεταβαλοῦσα μεταπέσῃ ἡ σημασία ἐν τῷ δέρματι *si mutans se mutata fuerit indicatio*... σύμπτωμα ... Alii, *si serpendo serpit*, νομὴν ἔχει, Cocc.

פָּשַׁח QAL. Græcè, ψίχω, ψώχω, per apoc. ψάω (significans λεπτύνω) *in tenues partes, in frusta comminuo, attenuo, extenuo, altero, scindo*.... Lat. *piso, is, piso, as*...

PIEL פִּשַּׁח, unde 3. p. s. m. FUT. cum præf. & aff. וַיְפַשְּׁחֵנִי, Thren. 3. v. 11. O. καὶ κατέπαυσέ με *& cessare me fecit*, Vulg. *& confregit me*, Alii, *& concîdit me.* Chald. וְשַׁסְּעַנִי *& me discerpsit*, Syr. פשחני *divulsit me*, Cocc. *abrupit me*, c.

פַּשְׁחוּר Mass. *Paschhhoúr*, Vulg. *Phassur*, nomen proprium 1°. Sacerdotis filii Emmer, Jerem. 20. v. 1. 2°. filii Melchiæ, Jerem. 21. v. 1. 1. Paral. 9. v. 12. patris Gedeliæ, Jerem. 38. v. 1. 3°. viri, Esdr. 2. v. 38. ubi Vulg. *Phesshur.* Etym. *scissus, abs-*

cissus... à verbo quatuor literis constanti, (vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 318. 319. & 447.) פַּשְׁחַר Syris, *scidi*... unde Paoúl s. m. פַּשְׁחוּר *scissus*... unde etiam Ethpaál Syr. אתפשחר *scissus est*...

פָּשַׁט QAL. (Gr. per syncop. πετάω, per metath. πετάννυμι... *pando, expando, percutio, pulso, ferio*... unde) Lxx. ἐκτείνω, Alius, ἐκτείνομαι, Lxx. Theod. ἐκχέομαι, Lxx. ὁρμάω, συμπίπτω, ἐπιτίθεμαι, Lxx. Sym. ἐκδιδύσκω, ἐκδύω, Lxx. σκυλεύω... Vulg. & alii, *extendo*, vel *extendor*, aut *ipse me extendo, effundor*, seu *effundo ipse me*, vel *erumpo in modum effusæ plenis vasis aquæ... palor, grassor, impetu feror, impetum facio, prorumpo, incurro, incido, irruo, invado, adorior, per vim occupo, exuo, (depono,) nudo, detraho, spolio, exspolio*.... Construitur cum accusat. & præpositionibus עַל־, אֶל־, בְּ.

PRAET. 3. p. s. m. פָּשַׁט *irruit*... Cum præf. וּפָשַׁט אֶת־בְּגָדָיו, Levit. 6. v. 11. al. 4. *& exuet vestes suas*... 2. p. s. m. cum præf. וּפָשַׁטְתָּ *& irrues, vastabis*... Jud. 9. v. 33. ubi accentus à penultima ad ultimam ob τὸ (ו) convert. descendit, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 310. 1. p. s. c. פָּשַׁטְתִּי *exui*... 3. p. plur. c. פָּשְׁטוּ *irruerunt*... 2. p. plur. m פְּשַׁטְתֶּם *irruistis*... 1. p. plur. c. פָּשַׁטְנוּ *irruimus*...

BEN. plur. m. אֵין־אֲנַחְנוּ פֹּשְׁטִים בְּגָדֵינוּ, Nehem. 4. v. 23. al. 17. *non exuebamus vestes nostras*...

IMPER. 2. p. plur. f. resecto τοῦ נ incrementi ex Chaldaïsmo, (sive Targumismo,) vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 167. c. 2. Gram. Lud. *de Dieu*, p. 202. פְּשֹׁטָה וְעֹרָה וַחֲגוֹרָה עַל־חֲלָצַיִם, Isai. 32. v. 11. *expoliamini, & nudamini, & accingite lumbos.* Est porrò τὸ פְּשֹׁטָה pro פְּשֹׁטְנָה, uti עֹרָה pro עֹרְנָה, חֲגוֹרָה pro חֲגֹרְנָה, & in Targ. Jerem. 9. v. 20.... שְׁמַעָא pro שְׁמַעְנָא.

FUT. 3. p. s. m. ex forma (-) cum præf. וַיִּפְשֹׁט *& exuit*.... 3. p. plur. m. יִפְשֹׁטוּ, & in pausa, unde τὸ (ו) primariæ vocis ad penultimam loco τοῦ (ּ) revocatur, יִפְשֹׁטוּ *exuent*... Cum præf. וַיִּפְשְׁטוּ *& irruerunt*...

PIEL פִּשֵּׁט, Lxx. ἐκδύω, ἐκδιδύσκω, σκυ-

λεύω ... Vulg. & alii, *exuo*, *depono* vestimenta, vel potiùs aliis *detrabo* ... *spolio*, *exspolio* ...

Infin. cum præf. לְפַשֵּׁט *ad grassandum*, *detrahendum*, *spoliandum* ...

HIPHIL הִפְשִׁיט, Lxx. Incert. ἐκδύω, Alius, ἐκδιδύσκω, Lxx. ἀφαιρέω, δέρω, ἐκδέρω ... Vulg. & alii, *exuo*, *depono* vestem, vel potiùs *aufero*, *tollo* pallium, *spolio*, *exspolio*, *detrabo* pellem, *excorio* ...

Praet. 3. p. ſ. m. כְּבוֹדִי מֵעָלַי הִפְשִׁיט, Job. 19. v. 9. *gloriam meam à me detraxit*, opes ſcil. liberos ... Cum præfix. וְהִפְשִׁיט אֶת־הָעֹלָה, Levit. 1. v. 6. *& excoriabit holocaustum*, Vulg. *detractâque pelle hostiæ*. 3. p. plur. c. הִפְשִׁיטוּ *detrahunt*, *nudant* .... Cum præf. וְהִפְשִׁיטוּ *& exuent* ... Cum præf. & affix. וְהִפְשִׁיטוּךְ אֶת־בְּגָדַיִךְ, Ezech. 23. v. 26. *& deponere te*, c. *facient vestes tuas* ...

Ben. plur. m. מַפְשִׁיטִים *nudantes*, *detrahentes* ...

* Infin. cum præf. לְהַפְשִׁיט *detrahere pellem* ...

Imper. 2. p. ſ. m. ex forma (-), cum præf. וְהַפְשֵׁט *& exue* ...

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma (··) cum præf. וַיַּפְשֵׁט *& exuit* .... 2. p. ſ. m. וּבִגְדֵי עֲרוּמִּים תַּפְשִׁיט, Job. 22. v. 6. *& vestes nudorum* (pignori ſcil. relictas) *auferebas* ... 1. p. ſ. c. cum affix. אַפְשִׁיטֶנָּה *expoliem eam* ... 2. p. plur. m. cum τῷ (·) in penultima, absque (׳) indice, & ן paragog. תַּפְשִׁטוּן *aufertis*, *tollitis* ... 3. p. plur. m. cum præfix. וַיַּפְשִׁיטוּ *& exuerunt* ... Cum præf. & affix. τῷ (ו) incrementi in (-) ad euphoniam correpto, וַיַּפְשִׁטֻהוּ *& exuerunt eum* ...

HITHPAEL הִתְפַּשֵּׁט, unde 3. p. ſ. m. Fut. cum præf. וַיִּתְפַּשֵּׁט יְהוֹנָתָן אֶת־הַמְּעִיל, 1. Reg. 18. v. 4. O. καὶ ἐξεδύσατο Ἰωνάθαν τὸν ἐπενδύτην, τὸν ἐπάνω ... *tum exuit se Jonathas exteriore veste*, Gal. *Surtout* ... Vulg. *nam expoliavit se Jonathas tunicâ* .... Alii, *pallio* ... unde David exuit pastorem, & induit principem, ſanctius.

פשע QAL (Gal. *je peche*, Lat. *pecco* ...) Lxx. ἁμαρτάνω, πλανάομαι, παραβαίνω ... Lxx. Sym. ἀθετέω, Lxx. ἀνομέω, ἀδικέω, ἀσεβέω, ἀφίστημι, ἀποδίδωμι ....

Vulg. & alii, *pecco*, *erro*, *aberro*, *fallor*, *hallucinor*, *decipior*, (*delinquo*,) *à recto itinere abducor*, *transgredior*, *violo leges*, *iniquè*, *injustè*, *perperam*, *contra jus fasque*, *ac impiè ago*, *irreligiosus & impius sum*, *ad defectionem solicito*, vel *ipse deficio*, *desero*, *prodo*, *trado*, *vendo* ... Sæpiùs construitur cum בְּ, aliquando cum ... עַל־, מִן.

Praet. 3. p. ſ. m. מֶלֶךְ מוֹאָב פָּשַׁע בִּי, 4. Reg. 3. v. 7. *rex Moabitarum rebellavit in me*, c. 4. Reg. 8. v. 20. *in diebus ejus* פָּשַׁע אֱדוֹם מִתַּחַת יַד־יְהוּדָה *defecit* (*subduxit se*) *Edom de sub manu Judæ*, i. ne jam esset in ipsius *potestate*, juxta vaticinium Gen. 27. v. 40. 2. p. ſ. f. cum (-) furtivo pro (:) ſub ע, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 163. c. 1. פָּשַׁעַתְּ *paschâat*, *prævaricata es* .... In pausa, unde τὸ (-) loco τοῦ (-) ſub שׁ, פָּשָׁעַתְּ, Jerem. 3. v. 13. *rebellâsti* ... 3. p. pl. c. פָּשְׁעוּ *rebellârunt* ... In pausa, quare τὸ (-) primariæ vocis ſub שׁ loco τοῦ (:) reductum in (·) mutatur, וְעַל־תּוֹרָתִי פָּשָׁעוּ, Hoſ. 8. v. 1. Vulg. *& (contra) legem meam prævaricati sunt*. Cocc. *& à lege mea defecerunt*. 2. p. pl. m. פְּשַׁעְתֶּם *rebellâstis*, *prævaricati estis* ... 1. p. plur. c. נַחְנוּ פָשַׁעְנוּ וּמָרִינוּ, Thren. 3. v. 42. *defecimus nos*, *rebellesque fuimus* ...

Ben. ſ. m. cum præf. וּפֹשֵׁעַ מִבֶּטֶן קֹרָא לָךְ, Iſai. 48. v. 8. *quòdque prævaricator ab utero vocandus sis*, peccatum originis hîc respicit, Calovius. Al. ab exitu ex Ægypto, qui erat velut nativitas illius populi, vide Jerem. 22. v. 21 ... Est porrò τὸ קֹרָא Benoni ſ. m. τοῦ Pual, Verbi קָרָא (quod vide ſuo loco) non autem Præteritum, unde hallucinantur haud pauci. Plur. m. פֹּשְׁעִים, פֹשְׁעִים *prævaricatores* ... Cum præf. וּפֹשְׁעִים *& prævaricatores* ... הַפֹּשְׁעִים *prævaricatores* ... וְהַפֹּשְׁעִים *& prævaricantes* ... Excluſo τῷ ה articulo, וְלַפֹּשְׁעִים *& pro prævaricatoribus* ...

Infin. ex forma absoluta, פָּשֹׁעַ *prævaricando* .... Cum præfix. לִפְשֹׁעַ *prævaricando* ...

Imper. 2. p. plur. m. cum præf. וּפִשְׁעוּ, Amos 4. v. 4. *& prævaricamini* ... Sarcaſ-

mus est aut ironia, Drusius...

Fut. 3. p. s. m. ex forma (-) ob ע tertiam radic. וְעַל־פַּת־לֶחֶם יִפְשַׁע־גָּבֶר, Prov. 28. v. 21. *& pro buccella panis* (Alii) *prævaricabitur vir*, (Alii,) *vendet*, *prodet virum*... Cum præfix. וַיִּפְשַׁע *& prævaricatus est*, *defecit*.... 3. p. s. f. præposito adverbio temporis אָז *tunc*, *tum*, futurum in præteritum mutante, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 611. c. 2. תִּפְשַׁע *defecit*... 3. p. plur. m. cum præf. וַיִּפְשְׁעוּ *& prævaricati sunt*...

NIPHAL נִפְשָׁע, unde Ben. s. m. אָח נִפְשָׁע מִקִּרְיַת־עֹז וּמִדְיָנִים כִּבְרִיחַ אַרְמוֹן, Prov. 18. v. 19. O. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ ὑψηλὴ, ὡς τεθεμελιωμένον βασίλειον. Ἄλλος, ὡς μεμοχλευμένον βασίλειον. A. ἀδελφὸς ἀθετούμενος ἀπὸ πόλεως κράτους, καὶ δικασία ὡς μοχλὸς βάρεως. Lxx. *frater à fratre adjutus*, *tanquam urbs munita & excelsa*, *quasi fundata regia domus*. Alius, *quasi vectibus munita regia domus*. Aq. *frater rejectus ab urbe valida*, *& litigium ut vectis domûs* (*turritæ*, sive *turribus instructæ*). Vulg. *frater*, *qui adjuvatur à fratre*, *quasi civitas firma & judicia quasi vectes urbium*. Alii, *frater rebellat* (sub. *in fratrem*,) *magis quàm urbs munita*; (Quadrat cum proverbio Græco, χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελφῶν *acerba bella fratrum*...) *& lites*, vel *contentiones velut vectis*, aut *repagulum*... Alii aliter. Quidam, *fortior* (ex usu Arabico,) *est sanguinis conjunctio civitate munita*; *ipsiusque contentiones*, sive *sententiæ quasi arcis repagula*...

פָּשַׂע QAL, scribitur cum שְׂמָאלִי, i. *sinistro* puncto, Gr. βάσκω, Gal. *je passe*, Hispan. *passar*, Germ. *passiren*.... Hinc Lat. *passus*, Ital. *passò*, Gal. *un pas*...

Fut. 1. p. s. c. cum ה parag. אֶפְשְׂעָה בָהּ, Isai. 27. v. 4. O. ἠθέτησα αὐτήν *repuli eam*. Vulg. & alii, *gradiar*, (*progrediar*...) *super eam*, Alii, (*ad bellum*) *graderer per eam spicam*...

פֶּשַׁע m. Lxx. Aq. ἁμαρτία, Lxx. ἁμάρτημα, Lxx. Sym. παράπτωμα, Lxx. ἄγνοια, πλάνη, ἀθέτημα, Aq. Sym. ἀθεσία, Sym. ἀσυνθεσία, Lxx. ἀδικία, Lxx. Sym. ἀδίκημα, Lxx. Sym. ἀνομία, Lxx. ἀνόμημα, ἀσέβεια, ἀσέβημα, ἀπώλεια... Vulg. & alii, (Gal. *peché*, Lat.) *peccatum*, *delictum*, *lapsus*, *erratum*, *error*, *ipsum factum*, *quo aliquid irritum fit*, *violatur & rejicitur*, *prævaricatio*, *transgressio*, *violatio pactorum*, seu *fœderis*, *injustitia*, *iniquitas*, *improbitas*, *scelus*, *crimen contra patriæ leges factum*, *flagitium*, *impietas*, *irreligiosum*, *impium*, *nefarium facinus*, *perditio*... Lxx. item, concretum pro abstracto, παράνομος *transgressor legis*. Verbaliter, ἁμαρτάνω *pecco*; in hisce phrasibus, אֹהֵב פֶּשַׁע φιλαμαρτάνω *peccare amo*, (φιλονεικέω *contentiones amo*,) כִּסָּה פֶּשַׁע ἁμαρτάνω ἀκουσίως *invitè pecco*, נָשָׂא לְפֶשַׁע ὑποστέλλω *corripio*, *dimitto*.... πλανάω *seduco*, ἀνομέω *iniquè ago*.... הֲלוֹא־אַתֶּם יִלְדֵי־פֶשַׁע, Isai. 57. v. 4. *Annon vos filii defectionis?* Gr. υἱοὶ ἀπωλείας; Lat. *homines perditi?* נְאֻם־פֶּשַׁע לָרָשָׁע בְּקֶרֶב לִבִּי, Psal. 35. Hebr. 36. v. 2. Lxx. Æthiop. Vulg. *Dixit injustus ut delinquat in semetipso*, ὑστερολογία, pro *Dixit injustus in semetipso ut delinquat*... Alii, *Dicit impietas*, *de improbo*, *in corde meo*; *cum* nullam ob oculos habere propositam religionem... in pausa, unde τὸ (ֶ) in (ָ) mutatur, פָּשַׁע *peccatum*... Cum præf. וָפֶשַׁע, & in pausa, וָפָשַׁע *& prævaricatio*... הַפֶּשַׁע *prævaricationem*... וְהַפֶּשַׁע *& prævaricationem*, בְּפֶשַׁע *in prævaricatione*... in pausa, בְּפָשַׁע *ob prævaricationem*.... לְפֶשַׁע *prævaricationi*, *prævaricationem*... מִפֶּשַׁע *à prævaricatione*... Cum aff. פִּשְׁעוֹ *defectionem ipsius*, m. פִּשְׁעָהּ *prævaricatio ejus*, f. הַאֶתֵּן בְּכוֹרִי פִּשְׁעִי, Mich. 6. v. 7. *nunquid dabo primogenitum meum* (ut fecit rex Moab, 4. Reg. 3. v. 27. Grotius) *scelus meum?* Ar. Mont. Drus. Grot. i. λύτρον sceleris mei, Grot. hostiam pro scelere, Drus.... Metonymia subjecti, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 50. c. 2. פִּשְׁעָם *prævaricatio ipsorum*, *sua*, m. Cum præf. & aff. לְפִשְׁעֲכֶם *prævaricationem*... *vestram*, m. Plur. פְּשָׁעִים *prævaricationes*... Cum præf. וּפְשָׁעִים *& prævaricationes*.... Constr. פִּשְׁעֵי *prævaricationes*.... Cum affix. פְּשָׁעָיו *defectiones ejus*, m. פְּשָׁעֶיהָ *defectionum ejus*, f. פְּשָׁעֶיךָ *prævaricationes tuæ*, m. פְּשָׁעַי, & in

BEN. plur. m. cum præfix. מִן־הָאֲנָשִׁים הַצֹּבְאִים, Num. 31. v. 42. O. ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῶν πολεμιστῶν *à viris bellatoribus*. Vulg. *his, qui in prælio fuerant*. Alii, *ab hominibus illis, qui militaverant*.... Cum affix. הַ א in (י) mutato, vel deperdito, Isai. 29. v. 7. *& erit sicut somnium visionis nocturnæ turba omnium gentium militantium contra Ariel*: וְכָל־צֹבֶיהָ *omnium, inquam, militantium*, vel *militaturorum contra eam*, nempè, civitatem Jerusalem, *Arielem* dictam, i. *leonem-Dei*, ob altare in eâ sic dictum Ezech. 43. v. 15. Vel potiùs utrunque sic dictum, quòd in ea urbe, in altari scil. crucis victurus esset *leo-Dei de Tribu Juda*; mortemque moriendo destructurus... Plur. f. cum præfix. הַצֹּבְאֹת *ministrantes, excubantes*, vel *excubias agentes*, aut *turmatim convenientes*...

INFIN. cum præf. צָבָא לִצְבֹא, Num. 4. v. 23. *ad ministrandum per turmas*, ad obeundam stationem, vel vicem... Cum הַ dagh. in ב, לִצְבֹּא *ad militandum contra*, vel *propter*... Isai. 31. v. 4.

FUT. 3. p. plur. m. cum præf. וַיִּצְבְּאוּ *& infesto agmine exiverunt contra Madianitas*...

HIPHIL הִצְבִּיא, unde BEN. s. m. cum præf. & (·) absque (י) indice, שַׂר הַצָּבָא הַמַּצְבִּא אֶת־עַם הָאָרֶץ, 4. Reg. 25. v. 19. O. καὶ τὸν γραμματέα τοῦ ἄρχοντος τῆς δυνάμεως τὸν ἐκτάσσοντα τὸν λαὸν τῆς γῆς *& scribam principis (ducem) exercitûs, qui in acie disponebat populum terræ*, Vulg. *principem exercitûs, qui probabat tyrones de populo terræ*, Alii, *ducem exercitûs, qui militatum ducebat populum terræ*, vel ex eo *exercitum conscribebat*.... unde O. Jerem. 52. v. 25. τὸν γραμματεύοντα τῷ λαῷ.... *qui scribam agebat*, sive *qui exercebat populum, militare faciebat*, seu *colligebat, potestatem habebat conscribendi milites*...

צָבָא m. Lxx. Aq. Sym. στατιά, Sym. στάτιωνες, στράτευμα, Lxx. Aq. Sym. Theod. δύναμις, Lxx. στρατεία, Lxx. Incert. στρατιά, Lxx. παράταξις, κόσμος, ἀριθμὸς, στόλος, πλῆθος, μάχη, Lxx. Theod. λειτουργία, Sym. παράστασις.... Vulg. & alii, *exercitus, copiæ militares, agmen, potentia, ars militaris, militia, (tempus militiæ,) expeditio, exercitûs præfectura, instructio aciei, acies instructa, acies, ordo, numerus* militum, *statio, (locus, in quo statur,) excubiæ, factio... bellum, pugna, ministerium, munus publicum, ecclesiasticum, functio muneris ecclesiastici*, (tempus fungendi) *præsentia, impetus animi*... Lxx. item, ἄστρον *astrum*, (militia cœlorum, sive stellarum exercitus, seu multitudo,) βίος *vita*, ἔθνος *gens*, ταπείνωσις *humilitas*, ἀνάστημα *erectio*... Verbal. ἐκτάσσω *aciem instruo*, παρατάσσω *in acie colloco*, ἐκπολεμέω *debello, bello vinco, expugno*... λειτουργέω *publicum munus obeo, fungor aliquo munere ecclesiastico*... כָּל־יֹצֵא צָבָא, Num. 1. v. 3. *omnem exeuntem militatum*, aptum ad egrediendum, quem nec ætas, nec valetudinis gravitas impedivit... שַׂר צָבָא, Lxx. ἀρχιστράτηγος τῆς δυνάμεως, ἀρχιστράτηγος *summus imperator, qui inter alios duces, & imperatores principem obtinet locum, dux militiæ*, vel *exercitus*... עַם צָבָא, אַנְשֵׁי צָבָא, O. ἀνὴρ πολεμιστὴς *vir bellator*... חֲלוּצֵי צָבָא, Num. 31. v. 5. *expediti ad militiam*, Vulg. *ad pugnam*.... Cum præf. וְצָבָא גָדוֹל, Dan. 10. v. 1. *& militia magna*, multis magnisque ærumnis referta... חֲלִיפוֹת וְצָבָא עִמִּי, Job. 10. v. 17. *vicissitudines & statio sunt apud me*, (contra me). Unum malum alteri decedenti succedit, & per suum tempus q. fungitur, Cocc. הַצָּבָא *exercitus*... בַּצָּבָא *cum exercitu*... לַצָּבָא *ad militiam*... מִצָּבָא *propter exercitum*... Constr. בְּכָל כְּלֵי צְבָא מִלְחָמָה, 1. Paral. 12. v. 37. *cum omnibus armis bellicis*... וַתִּגְדַּל עַד־צְבָא הַשָּׁמָיִם וַתַּפֵּל אַרְצָה מִן־הַצָּבָא, Dan. 8. v. 10. *extulit sese contra militiam cælestem* (i. populum Dei, Antiochus scil.) *& cadere fecit in terram* aliquos *de exercitu*, וּמִן הַכּוֹכָבִים *vel de stellis*, i. vel de iis, qui eruditionis nomine erant celebres.... Cum præfix. וּצְבָא *& exercitus*.... לִצְבָא *ad exercitum*.... יָשׁוּב מִצְּבָא הָעֲבֹדָה, Num. 8. v. 25. *revertetur de militia ministerii*, (Lxx. ἀπὸ τῆς λειτουργίας...)

γίας...) Ministerium Templi vocat *militiam*, propter ordinem ministrantium, qui ordinati erant veluti acies in bello .... Sic *forensis militia* in jure, & *militia urbana* Ciceroni pro Muræna dicitur, Malvenda. Cum affix. צְבָאוֹ *exercitus ejus*, m. Cum præf. & affix. וּצְבָאוֹ *& exercitus ejus*, m. צְבָאָהּ *tempus ejus*, f. צְבָאֲךָ *exercitus tuus*, m. לִצְבָאֲךָ *exercitui tuo*, m. צְבָאִי *militiæ meæ*, vel *definiti temporis mei*... c. צְבָאָם *exercitus ipsorum*... Plur. cum affix. צְבָאָיו *exercitus ejus*, m. Plur. ex terminatione fem. יְהוָה צְבָאוֹת, Psal. 23. Hebr. 24. v. 10. O. Σ. Θ. κύριος τῶν δυνάμεων... Vulg. *Dominus virtutum*.... Aq. στρατιῶν, Alii, *Dominus exercituum*... Est epitheton Domini Dei, hîc enim supplendum אֱלֹהֵי *Dei* ex Psal. 88. Hebr. 89. v. 9. Jerem. 15. v. 16. Hos. 12. v. 6. nam יְהוָה *Jehovah*, nomen proprium in regimine non ponitur. Σ. Psal. 67. Hebr. 68. v. 13. στρατιωτῶν *militum*... O. alibi, retentâ voce Hebraicâ, ac nonnihil, ut fit, corruptâ, σαβαώθ *Sabaóth*, σαββαώθ *Sabbaóth*... Item, ἅγιος *Sanctus*, παντοκράτωρ *omnipotens*... Cum præf. הַצְּבָאוֹת *exercituum*... Constr. צִבְאוֹת *exercitus*... Cum affix. צִבְאֹתַי *exercitus meos*... c. Cum affix. ם fine (י) indice pluralis numeri, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 83. צִבְאֹתָם *exercitus ipsorum*.... לְצִבְאֹתָם *per exercitus ipsorum*... צִבְאוֹתֵיכֶם *exercitus vestros*, m. בְּצִבְאוֹתָיו, & absque (י) in penultima, בְּצִבְאֹתֵינוּ *cum exercitibus nostris*, c. Rad. צָבָא *militavit, ministravit*...

צְבָא PEAL, Chald. Lxx. βούλομαι, ζητέω, δοκέω, Vulg. & alii, *volo, malo, cupio, censeo, existimo, quæro, studeo, conor*...

Praet. ex forma פְּעִיל Peil (i. ipsum Participium Præteritum τοῦ PEAL, nempè Peil, flexum ad formam Præteriti, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 587. & Ludov. *de Dieu*, p. 212.) 1. p. f. c. צְבִית *volui*...

Ben. f. m. צָבֵא *volens, volebat*...

Infin. cum præf. & affix. τοῦ א in (י) mutato, וּכְמִצְבְּיֵהּ, Dan. 4. v. 32. vel 35. O. καὶ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, Vulg. *juxta voluntatem enim suam*.... Alii, *& secun-*

dùm velle suum, m.

Fut. 3. p. f. m. יִצְבֵּא *voluerit*...

צֹבֵבָה Mass. *Tsovévah*, Vulg. *Soboba*, nom. propr. filii τοῦ Cos, 1. Paral. 4. v. 8. Etym. *parum opum*.... à צבבה, sive צבה *Tsóbbathon*, Arab. *parum opum*, Ca. *caterva hominum*, Gi. Ca....

צָבָה QAL (Belg. *swellen*, Angl. *to swell*, Gr. per metathes. φυσάω *sufflo*, *flatu distendo*... ipse me,) Lxx. πίμπρημι... Vulg. & alii, *flo, inflo* ipse me... *tumeo, tumesco, intumesco*... hinc, *uro, disrumpo*... ipse me.

Praet. 3. p. f. f. cum præf. וְצָבְתָה בִטְנָהּ, Num. 5. v. 27. *ut intumescat* adeò *venter ejus*, ut tandem disrumpatur, si prævaricata fuerit...

HIPHIL הִצְבָּה, unde Infin. cum præf. notato τῷ (-) τοῦ ה characteristicæ extritæ, לַצְבּוֹת (pro לְהַצְבּוֹת,) Num. 5. v. 22. O. πρῆσαι γαστέρα *ad tumefaciendum*, sive *disrumpendum ventrem*...

צָבֶה f. unde וְאֶת־בִּטְנֵךְ צָבָה, Num. 5. v. 21. O. καὶ τὴν κοιλίαν σου πεπρησμένην *& ventrem tuum diruptum*. Vulg. *& tumens uterus tuus dirumpatur*. Alii, *& uterum tuum tumidum, diruptum*... R. צָבָה *intumuit*...

צְבוּ f. Chald. per apocopen τοῦ ת, ἀπὸ τοῦ צְבוּת, unde דִּי לָא־תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל, Dan. 6. v. 17. vel 18. O. ὅπως μὴ ἀλλοιωθῇ πρᾶγμα ἐν τῷ Δανιήλ. *ne quid secùs fieret in Daniëlem*. Vulg. *ne quid fieret contra Danielem*. Alii, *ut non immutaretur voluntas* (vel *placitum*, Calv. *quod decretum erat*, Grot.) *in*, vel *de Daniële*, vel *contra*, vel *propter Daniëlem*... Rad. צְבָא Chald. *voluit, censuit, decrevit*...

צָבַט QAL, unde 3. p. f. m. Fut. τοῦ (י) ob maqqaph in (-) hhatoúph) mutato, וַיִּצְבָּט־לָהּ קָלִי, Ruth. 2. v. 14. O. καὶ ἐβούνισεν αὐτῇ Βοὸζ ἄλφιτον... *& accumulavit*, sive *accumulatè porrexit ei Booz polentam*... Vulg. *& congessit polentam sibi*... Alii, *porrexit ei tostum triticum*, vel *far tostum*, vel *aristas tostas*, Syr. *fragmenta spicarum perfricatarum*, Arab. *ptisanam*.... Quidam, *& cepit* Booz *cibum frixum illi porrigendum*, à צבט Arab. *cepit*...

& קלי *qallíon*, Arab. *cibus frixus, res in sartagine cocta*... Av.

צְבִי m. Lxx. ἔνδοξος, Aq. Theod. ὀνομαστός, Lxx. ἐκλεκτός, ἐλπίς, Aq. στερέωμα, Lxx. Aq. Sym. δορκάς, Lxx. δόρκων, δορκάδιον... Vulg. & alii, (*gloria, decus, ornamentum*...) per metonymiam subjecti, *gloriosus, decorus, nominatus, præclarus, inclytus, electus, præcipuus*... *spes*, (gloriæ scil. profanis humanæ, religiosis divinæ, utrisque æternæ...) *firmamentum*... *capra*, sive *caprea, capra sylvestris, dama, damula, parva caprea*, seu *dorcas*.... Lxx. item, Θεὸς *Deus*, κήριον *favus, cerea cellula*. Verbaliter, στηλόω *erigo & stabilio ut cippum, statuo, pono*... לְחַלֵּל גְּאוֹן כָּל־צְבִי, Isai. 23. v. 9. *ut descendat*, vel *deprimatur*, ex usu Arabico, *fastus cujusque gloriæ*, sive *arrogantiæ*... Isai. 28. v. 5. *in die illa erit Dominus exercituum* לַעֲטֶרֶת צְבִי *corona gloriæ, decoris, venustatis*... צְבִי לַצַּדִּיק, Isai. 24. v. 16. (*à finibus terræ audivimus laudes*) *gloriam Justi*, Christi, scil. Cum præf. וּצְבִי *& capreæ, decus*... הַצְּבִי *caprea, decus*.. In pausa, unde τὸ (ִ) penultimæ in (ֶ) mutatur, הַצֶּבִי *decus ipsum*, i. *Judæa*, terra illustris singulari excellentiâ... כִּצְבִי, כַּצְּבִי, *sicut capreæ*... לִצְבִי *capreæ, gloriæ*... Plur. cum præf. הַצְּבָיִם, & cum duplici (י), הַצְּבָיִים *capreæ*... *Sabaim*, al. *Samaritani*... τῷ (י) in א mutato, וְכִצְּבָאִים *& sicut capreæ*. R. צָבָה *intumuit*; unde צְבִי *gloria*... sic dicta, quòd animum tumidum reddat... vel à צבא Syr. aut à צבה Chald. *complacuit, in gloria* enim homo, *gloriosus*, sibi complacet, unde etiam צְבִי *caprea*, animal sibi complacens, alacre, i. sensibus universis vigens, maximè *visu*, quare δορκὰς *dorcas*, ἀπὸ τοῦ δέρκειν, i. *à videndo* dicitur.

צִבְיָא Mass. *Tsiviân*, Vulg. *Sebia*, nomen proprium filii Saharaim, 1. Paral. 8. v. 9. Etym. *ornatus*... à צִבְיָא Chald. idem.

צְבִיָּה f. Lxx. δορκάς, δύναμις.... Vulg. & alii, *dorcas, caprea, vis, virtus, facultas, ornamentum, pulchritudo*... agri. Plur. cum א loco τοῦ (י) & præf. בִּצְבָאוֹת *cum capreis*... Constr. צִבְאוֹת *ornamenta*... à singulari masc. צְבִי, ut mox supra.

צִבְיָה Mass. *Tsiviâh*, Vulg. *Sebia*, nomen proprium matris τοῦ Josias, filii Ochosiæ, filii Joram, filii Achab, 4. Reg. 12. v. 1. Etym. *ornatus*... à צִבְיָא (alternato, ut fit, א & ה) Chald. idem.

צְבֹיִם Mass. *Tsevoim*, Vulg. *Seboim*, nomen propr. urbis, de quâ Relandus lib. III. de urb. p. 1058. *Fuit & urbs una è quatuor, quas Deus subvertit, in planitie sita, australior Adama, si ex ordine, quo recensetur* Gen. 10. v. 19. (14. v. 2. utrobique scribitur צבים, sed legitur צבוים) *aliquid licet colligere*. Etym. *juvenili amore dementati*, à צְבוּיִם pro צבויים, Paoúl plur. m. Verbi צָבָה, unde Arab. צבו, Præter. צבא *voluit, amavit, maximo rei amore arsit, ita ut dementatus fuerit, propensior* in eam *amore*, pec. *juvenili, fuit*...

צָבַע QAL, Vulg. & alii, ex usu Chald. *mergo, immergo, tingo, coloro, pingo*...

PAOUL f. m. הַעַיִט צָבוּעַ נַחֲלָתִי לִי, Jerem. 12. v. 9. O. μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ... *nonne spelunca hyenæ hæreditas mea mihi*...? Sic Bochart. ex Arab. צבע *dsabon hyæna*, sed *hyæna est* ipsi Bocharto, p. 831. l. 30. *lupo simillima*, quare ergo, non cum bestiis agri in ℣. præced. sed hìc cum avibus conjungitur? Vulg. *nunquid avis discolor hæreditas mea mihi?* Alii, *Annon avis rapax tincta* (sive sanguine *maculata*) hæreditas mea mihi? *Annon avis*, inquam, *tincta tota contra se? nunquid ales unguibus prædita hæreditas mea mihi?* Cocc. ex Arab. צבע *intendit digitum* in aliquem *vituperii ergo, intento digito indicium fecit*...

צֶבַע m. Lxx. βάμμα, Vulg. & alii, *tinctura*, (*color, versicolor*,) *coloratum*... Plur. שְׁלַל צְבָעִים רִקְמָה צֶבַע רִקְמָתַיִם, Jud. 5. v. 30. *præda versicolorium, phrygionicum opus, præda*, inquam, *discolor* vestium scil. *ex utraque parte acupictarum*... R. צָבַע *pinxit, tinxit, coloravit*...

צְבַע PEAL, Chald. unde PAEL צַבַּע, Lxx. passivè, βάπτομαι, Vulg. *tingor, intingor, infundor, inficior*... Alii, activè, *tingo, intingo*... Constr. cum præpos. ל.

Ben. (vel Peil secundùm τὸς Lxx. & Vulg.) plur. m. Dan. 4. v. 22. vel 25. *& de rore cæli* לָךְ מְצַבְּעִין *te sunt tincturi*, i. *tingendus es*...

ITHPAAL non ITHPAEL, (vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 589. & Ludovici *de Dieu*, p. 226.) cum metathesi characteristicæ ת, & primæ radicalis צ, ac mutatione ejusd. characterist. ת in ט, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 588. c. 1. אִצְטַבַּע, Lxx. κοιτάζομαι, αὐλίζομαι... *cubo*, *pernocto*... Vulg. & alii, *intingor*, *inficior*, *conspergor*...

Fut. 3. p. f. m. יִצְטַבַּע *tingetur*, *tingebatur*...

צִבְעוֹן Mass. *Tsiveón*, Vulg. *Sebeon*, nomen propr. viri, Gen. 36. v. 2. ubi אָהֳלִיבָמָה בַּת־עֲנָה בַּת־צִבְעוֹן הַחִוִּי, Vulg. *Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Hevæi*. Samarit. ...בת צבעון .... Syr. ...בר צבעון... O. τῶ υἱῶ Σεβεγὼν... *filii Sebeōn*.... Vide supra צִבְעוֹן, col. 1682. Etym. *versicolor*... à צֶבַע Chald. idem.

צְבֹעִים Mass. *Tsevoyím*, Vulg. *Seboim*, nom. propr. vallis in tribu Benjamin, Nehem. 11. v. 34. Etym. גֵּי הַצְּבֹעִים, 1. Reg. 13. v. 18. *vallis serpentum*, à sing. צָבוּעַ, Græcis (si Bocharto credimus) κεγχρίας ὄφις *serpens granis veluti milii variatus*, quasi à צָבוּעַ *pictus*... inde vallis sic dicta, quòd ibi frequens sit hoc serpentis genus, sic Judæi.

צָבַר QAL. Lxx. βάλλω, συνάγω, Aq. συσ-χωννύω, aut συσχώννυμι, Lxx. θησαυρίζω ... Vulg. & alii, *jacio*, *immitto*, *acervo*, *coacervo*, *congero*, *comporto*, *colligo*, *congrego*, *aggere communio*, *terrâ aggestâ obruo*, *contumulo*, σωρεύω... item, *thesaurizo*...

Fut. 3. p. f. m. אִם־יִצְבֹּר כֶּעָפָר כָּסֶף, Job. 27. v. 16. *si coacervet*, *ut pulverem*, *argentum*...יִצְבֹּר, Psal. 38. Hebr. 39. v. 7. *coacervat & nescit*, *quis ea domum ablaturus sit*, Cocc. Cum præf. וַיִּצְבֹּר *& congregavit*. 3. p. f. f. cum præf. וְ (ו) in (־ hhatoúph) ob maqqaph murato, וַתִּצְבָּר־ *& congregavit*... 3. p. plur. m. cum præf. וְיִצְבְּרוּ *& congregent*, וַיִּצְבְּרוּ *& colligebant*...

צִבֻּרִים plur. m. unde שְׁנֵי צִבֻּרִים, 4. Reg. 10. v. 8. Lxx. βουνὸς δύο... Vulg. & alii, *acervos duos*... R. צָבַר *coacervavit*...

צֶבֶת m. unde plur. cum præf. וְגַם שֹׁל־תָּשֹׁלּוּ לָהּ מִן־הַצְּבָתִים, Ruth. 2. v. 16. O. καὶ γε βαστάζοντες παραβαλεῖτε αὐτῇ ἐκ τῶν βεβουνισμένων *imò projicientes projicite ipsi ex congestis*, Vulg. *& de vestris quoque manipulis projicite de industria*... Alii, *dimittendo etiam dimittite*... *ex manipulis*, *vel è mergitibus*... R. צבת Arab. *prehendit manu*... unde צֶבֶת *manipulus*, *merges*... sic dictus, quòd sit manualis fasciculus, quem manu quis apprehendit metendo.

צַד m. Lxx. Aq. Sym. πλάγιον, Lxx. Incert. πλευρά, Lxx. πλευρόν, Lxx. Aq. μέρος, Lxx. ὦμος, κλίτος, πτέρυξ... Vulg. & alii, *latus*, *costa*, *pleura*, *pars*, *humerus*, *declivitas*, *devexitas montis*, *extremitas*, *calx* ... Hinc Ang. à *Side*, Germ. *Seite*, Belg. *Siide*... וּבְנֹתַיִךְ עַל־צַד תֵּאָמַנָה, Isai. 60. v. 4. *& filiæ tuæ ad latus (eorum) portabuntur*, in ulnis gestabuntur... vel *fideliter* (tanquam ad latera nutricum) *educabuntur*... עַל־צַד תִּנָּשֵׂאוּ, Isai. 66. v. 12. *ad latus*, (Vulg. Chald.... *ubera*, Alii, *in ulnis*) *gestabimini*... Cum præf. בְּצַד וּבְכָתֵף תֶּהְדֹּפוּ, Ezech. 34. v. 21. *latere & humero trudistis*... Cocc. מִצַּד, Lxx. πλησίον *propè*, *juxta*, *à latere*, *ratione*, *propter*... Cum affix. ה absque puncto, צִדָּה *ad latus ejus* lapidis... Cum præf. & affix. בְּצִדָּהּ *in latere ejus*, f. מִצִּדּוֹ, מִצִּדָּהּ *à latere ejus*, m. vel f. מִצִּדֶּךָ *à latere tuo*, m. Plur. cum præf. וְהָיוּ לָכֶם לְצִדִּים, Jud. 2. v. 3. O. καὶ ἔσονται ὑμῖν εἰς συνοχάς.... *& erunt vobis in conflictus hostiles*... Vulg. *ut habeatis hostes*... Alii, *erunt vobis ad latera* scilicet pungenda, instar spinarum... Quidam, *erunt vobis ad latera*; nempe, *in aculeos*, sive *stimulos*... Ellipsis vocis לְצִנִנִים *in aculeos*... ex parallelo, Num. 33. v. 55. eruendæ... Constr. צִדֵּי *latera*... Cum aff. צִדָּיו *latera ejus*, m. Cum præf. & affix. מִצִּדֶּיהָ *è lateribus ejus*, f. בְּצִדֵּיכֶם *in lateribus vestris*, m. R. צְדַד Chaldæis in Paël, צַדֵּד *secessit*, *vel respexit ad latus*... Cum præp. est & adverbium, לְצַד *ad latus*, *adversus*, *contra*... מִצַּד *à latere*, *ratione*, *propter*...

צַד m. Chald. idem, quod Hebr. præced.

צְדָא f. Chald. unde cum præf. Dan. 3. v. 14. *& dixit eis* הַצְדָא *εἰ ἀληθῶς*...; Vulg. & alii, *verène? verumne est? num de industria? an certo consilio?* R. צָדָה *insidiatus est, quæsivit studiosè*... certum consilium & propositum innuit, unde mutato, ut fit, τοῦ ה in א, צְדָא Chald. *insidiæ, industria, propositum.*

צְדָד Mass. *Tsdhâdh*, Vulg. *Sedada*, nomen propr. termini tribûs Juda, Num. 34. v. 8. Ezech. 47. v. 16. Leusden. Etym. *latus, modus, pars, terminus*... (septentrionalis scil. *Est* enim צדד Zedad *in finibus Palæstinæ septentrionalibus*, Had. Reland. p. 123.) à צְדָד Chald. idem; unde cum ה locali, צְדָדָה...

צָדָה QAL. Aq. *μεθοδεύω*, Sym. *θηρεύω*, Lxx. *δοκιμάζω*.... Vulg. & alii, *insidior, machinor, architector*, (*studiose quæro*, certum consilium & propositum includit, Gr. *ζητέω*, Lat. *studeo*...) *persequor, venor, sector*, ex צוּד ... *ligo, in vincula conjicio*...

PRAET. 3. p. f. m. וַאֲשֶׁר לֹא צָדָה, Exod. 21. v. 13. *& qui non quæsivit*... non dedit operam. Lxx. ὁ δὲ οὐχ ἑκών... Cocc.

BEN. f. m. וְאַתָּה צֹדֶה אֶת־נַפְשִׁי לְקַחְתָּהּ, 1. Reg. 24. v. 12. *tu verò venaris*, (i. more venantium insidiaris, Vatabl.) *ad capiendam animam meam*, Syr.

NIPHAL נִצְדָּה, unde 3. p. plur. c. PRAET. נִצְדּוּ עָרֵיהֶם, Soph. 3. v. 6. O. *ἐξέλιπον αἱ πόλεις αὐτῶν, defecerunt civitates eorum*... Vulg. & alii, *vastatæ, desolatæ*... *sunt*, ex usu Chald.

צֵדָה sive צֵידָה, f. Gr. *σῖτος*, Sym. *σίτησις*, Lxx. *ἐπισιτισμός*, Incert. *σιταρχία*... Vulg. & alii, *cibus, esca, victus, cibaria, cibi apparatus*, seu *cibariorum comparatio* ad annum, ad viam... *annona, commeatus, viaticum*... וְלָתֵת לָהֶם צֵדָה לַדָּרֶךְ, Gen. 42. v. 25. *dareturque eis viaticum pro itinere*.... Cum præf. וְצֵדָה *& viaticum*... Rad. צוּד *venatus est*, unde צֵדָה, sive צֵידָה *cibus, esca* sic dicta, quòd Antiqui venatione victitarent...

צָדוֹק Mass. *Tsadhôq*, Vulg. *Sadoc*, nomen propr. 1°. filii Achitob... *Erat Sacerdos*, summus scil. vel cum Achimelech, filio Abiathar, 2. Reg. 8. v. 17. vel cum patre ejus Abiathar, 2. Reg. 15. v. 35. 3. Reg. 4. v. 4. vide 1. Paral. 24. v. 3. Erat enim Sadoc pontifex, quippe qui & *Sacerdos* vocetur, & penes ipsum sit arca, 2. Reg. 15. vv. 24. & 25. 2°. filii Maraioth, filii Achitob, 1. Paral. 9. v. 11. An alius à præcedente, qui filius, non nepos, τοῦ Achitob dicitur? Certè haud tres admittendi, uti Joanni Leusden visi sunt, nisi annumeraveris צָדוֹק *Sadocum*, discipulum Antigoni Sochæi, qui doctrinam præceptoris malè intelligens, sectæ nomen dedit, qui vocantur צְדוּקִים *Sadducæi*, Act. 5. v. 17... Ex quo צָדוֹק *hæreticus*... Etym. *fidelis*... à צדוק Arab. idem, Av.

צְדִיָּה f. Lxx. *ἔνεδρον*... Vulg. & alii, *insidiæ, insidiosum*... *industria, propositum*, studium certum, quo aliquid agere conamur... Deest in indice vocum Hebr. quæ in Trommii Concord. reperiuntur. Cum præf. בִּצְדִיָּה, Num. 35. v. 20 *de industria, datâ operâ*... R. צָדָה *insidiatus est*...

צַדִּיק m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *δίκαιος*, Lxx. *φυλάσσων δικαιοσύνην, εὐσεβής, πιστός, ἄμωμος*, Sym. *ἀναίτιος*, Lxx. *ἀληθές*... *δικαιοσύνη*... Vulg. & alii, *justus, æquus, qui jus observat, dignus, legitimus, pius, religiosus, fidus, fidelis, irreprehensus, inculpatus, verus, verax, certus*; Substantivè, *justitia*... Lxx. item, *ἄνομος iniquus*... Adverbialiter, *ἀδίκως injustè*... Substantivè, *ἔνεδρον insidiæ*... Gen. 6. v. 9. Noë אִישׁ צַדִּיק תָּמִים הָיָה *vir justus perfectus fuit*... צַדִּיק עִם־רָשָׁע, Gen. 18. v. 25. *justus cum injusto*.... צַדִּיק וְיָשָׁר הוּא, Deut. 32. v. 4. *justus & rectus ipse est*... Eccles. 7. v. 16. (*Hæc omnia*, cum præcedentia, tum subsequentia, *videbam*, aut *videre videbar in momentis*, scilicet *vanitatis meæ*.) *Est* צַדִּיק אֹבֵד בְּצִדְקוֹ וְיֵשׁ רָשָׁע מַאֲרִיךְ בְּרָעָתוֹ *justus in justitia sua sublatus; estque impius in impietate sua prolongatus*... nempè, non attendens τί ἐβουλεύσατο περὶ αὐτοῦ... ὁ κύριος. Σοφ. κεφ. δ. στιχ. 15. כִּי אָדָם אֵין צַדִּיק בָּאָרֶץ, Eccles. 7. v. 20. *at nullus in terra justus*, aut *sapiens* semper... Nemo semper

fapit, Seneca de Clementia ... צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא, Zach. 9. v. 9. *JUSTUS, ipse tamen salvus faciendus*, i. à mortuis *suscitandus*, q. d. חֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ ... עַל לֹא־חָמָס ... וְלֹא מִרְמָה ... מִפֶּשַׁע עַמִּי נֶגַע לָמוֹ, Isai. 53. vv. 8. 9. 12. *nudari finet*, ad supplicium, *in mortem*, crucis scil. *corpus suum ... non propter violentiam, injuriam, rapinam* ... aut *dolum* .... sed *propter prævaricationem populi mei supplicium* ultimum *ei* subeundum ... unde (זְרֹעוֹ *brachio suo*, Isai 63. v. 5.) נוֹשָׁע *salvus faciendus*, sive *suscitandus* ... Cum præf. חַנּוּן וְרַחוּם וְצַדִּיק, Psal. 111. Hebr. 112. v. 4. *gratiosus, & misericors, ac justus*, (sub. יְהוָה *Dominus*, ex præced. Psal. v. 4.) Christus scil. חַנּוּן יְהוָה וְצַדִּיק, Psal. 115. Heb. 116. v. 5. *clemens Dominus, sed justus* ... הַצַּדִּיק *justus* ... כַּצַּדִּיק *sicut justus* ... צַדִּיק, לַצַּדִּיק *justo* ... מִצַּדִּיק *à justo* ... Plur. צַדִּיקִים, absque (י) in penultima, צַדִּקִים, eod. deficienre in ultima, צַדִּיקִם *justi* ... Cum præf. וְצַדִּיקִים, & absque (י) in penult. וְצַדִּקִים *& justi* ... הַצַּדִּיקִים *justi* ... R. צָדַק *justus, justificatus ... fuit*.

צִדְנִיֹּת Mass. *Tsedhniióth*, Vulg. *Sidoniæ*, nomen commune mulierum ex Sidone oriundarum, 3. Reg. 11. v. 1. Etym. *venatrices*, vel potiùs, *piscatrices*, (à purpuræ cujus captura צִידוֹן *Sidon*, civitas, nomen habuit, vide Had. Reland. Palæst. pag. 956.) à sing. masc. צִיאד *Tsaiiadon*, Arab. *venator, piscator* ... R. ציד, in præter. צאד Arab. *venatus, piscatus ... fuit*.

צָדַק QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. (per aphæresin,) δικαιόομαι vel δικαιοῦμαι, Lxx. δίκαιος, καθαρὸς, ἄμεμπτός εἰμι ... τοῖς ἔργοις, δίκαιος ἀναφαίνομαι, οἴομαι δίκαιος εἶναι, καθαρίζω ... Vulg. & alii, *justificor, justus, æquus, sceleris purus, irreprehensus, inculpatus, integer vitæ*, sive *operibus ... sum, videor, censeor, justus appareo, justum esse me puto, assero ... purgo*, aut *purum esse judico* ...

PRAET. 3. p. f. f. צָדְקָה מִמֶּנִּי, Gen. 38. v. 26. *justitior est me*, melior ipsius causa est, Cocc. 2. p. f. m. צָדַקְתָּ *justus es* .... 1. p. f. c. צָדַקְתִּי *justus sum* ... Cum præfix. unde tonus, ut ita dicam, non accentus, (quippe cum hic præpositivus primæ dictionis syllabæ adhæret,) à penultima ad ultimam descendit, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 310. coll. 1. & 2. וְצָדַקְתִּי, Job. 10. v. 15. *& (si) justus sim* ... 3. p. plur. c. צָדְקוּ יַחְדָּו, Psal. 18. Hebr. 19. v. 10. *justa sunt suâ quodque naturâ* ...

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), לֹא־יִצְדַּק לְפָנֶיךָ כָל־חָי, Psal. 142. Hebr. 143. v. 2. *non justificabitur* (per se) *coram te ullus vivens* ... S. Hieronymus ad Eph. 1. locum hunc sic exponit: *Non justificabuntur omnes*, sed *justificabuntur aliqui ... non omnis*, Latinis est *aliquis, quidam*; at Hebræis, imò Orientalibus omnibus, non sic, aut ratò. Apud ipsos enim particula negativa (uti Hebrææ אֵין, לֹא, בִּלְתִּי, & præposito ל, לְבִלְתִּי,) universali כָּל־ *omnis*, addita, universalem negationem indicat, ita ut *non omnis* idem sit, quòd *nullus*. Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 571. In pausa, unde תּ (-) in (·) mutatur, יִצְדָּק *justus erit* ... 2. p. f. m. תִּצְדַּק, & in pausa, תִּצְדָּק *justificeris, ipse te justificas* ... 1. p. f. c. אֶצְדַּק, & in pausa אֶצְדָּק *justus ero*, aut *fuero*, vel *justè egero* ... 3. p. plur. m. בַּיהוָה יִצְדְּקוּ, Isai. 45. v. 25. *per Dominum* (*Jehovah*, Christum scil. de quo v. 8.) *justificabuntur* ... Cum præf. תּ (-) primariæ vocis revocato ac in (·) ob pausam mutato, וְיִצְדָּקוּ *& justificentur* ... 3. p. pl. f. תִּצְדַּקְנָה, Ezech. 16. v. 52. *te justiores erunt* ...

NIPHAL נִצְדַּק, unde PRAET. 3. p. f. m. cum præf. וְנִצְדַּק קֹדֶשׁ, Dan. 8. v. 14. O. καὶ καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον. Vulg. *& mundabitur sanctuarium*. Alii, *tum justificabitur*, i. *expiabitur*, sive *repurgabitur*, seu *restituetur*, vel *reducetur ad justum & legitimum usum sanctitas*, i. *sanctuarium* ...

PIEL צִדֵּק, Lxx. δικαιόω ... Vulg. & alii, *justifico, justum, æquum censeo, judico, assero* ...

PRAET. 3. p. f. f. צִדְּקָה נַפְשָׁהּ מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל מִבֹּגֵדָה יְהוּדָה, Jerem. 3. v. 11. *glorietur aversa Israël esse se justiorem* (sorore) *perfidâ Juda* ... minùs peccavisse ...

INFIN. cum affix. צַדְּקוֹ, Job. 32. v. 2. quòd justiorem Deo esse se *ipse conten-*

deret... Cum נקוד (ְ) ſub ק, & daghéſch in affixo ך, ad compenſandum נ, ex Chaldaiſmo epentheticum abjectum, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 352. דַּבֵּר כִּי־חָפַצְתִּי צַדְּקֶךָּ, Job. 33. v. 32. *loquere, tute juſtifices, volo*... aut *eſſe te juſtum demonſtrare*... Cum præf. & aff. & ה parag. ac in ת mutato, ut in nominibus, ad quorum claſſem Infinitivi illi poſſunt etiam referri, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 351. c. 2. בְּצַדֶּקְתֵּךְ אֲחִיוֹתֵךְ, Ezech. 16. v. 52. *quippè cùm probes ſorores te innocentiores eſſe*...

Fut. 2. p. ſ. f. cum præfix.... וַתְּצַדְּקִי, Ezech. 16. v. 51. *dùm oſtenderes omnibus tuis abominationibus innocentiores te eſſe ſorores*...

HIPHIL הִצְדִּיק, Lxx.... δικαιόω, δικαιοκρίνω, Σπεταίω... Vulg. & alii, *juſtifico, juſtum judico, declaro*... *abſolvo*...

Praet. 1. p. ſ. c. cum præf. & affix. וְהִצְדַּקְתִּיו, 2. Reg. 15. v. 4. *ut juſtum eum eſſe pronuntiem*... Vulg. *& juſtè judicem*... 3. p. plur. c. cum præf. וְהִצְדִּיקוּ *& juſtum pronuntiant*...

Ben. ſ. m. מַצְדִּיק רָשָׁע, Prov. 17. v. 15. *qui iniquum pronuntiat juſtum*... Cum aff. מַצְדִּיקִי *juſtificans me*, juſtum declarans... Plur. conſtr. מַצְדִּיקֵי *juſtificantes*.... Cum præf. וּמַצְדִּיקֵי *& juſtificantes*...

Infin. cum præf. וּלְהַצְדִּיק *& ad juſtificandum*...

Imper. 2. p. plur. m. עָנִי וָרָשׁ הַצְדִּיקוּ, Pſal. 81. Hebr. 82. v. 3. *inopem & pauperem juſtificate*, innocentes pronuntiate, compotes ſui juris facite...

Fut. 3. p. ſ. m. בְּדַעְתּוֹ יַצְדִּיק צַדִּיק עַבְדִּי לָרַבִּים, Iſai. 53. v. 11. *cùm ipſe didicerit* (ex iis ſcilicet, quæ paſſurus eſt, obedientiam... Sermo ellipticus... Confer ad Hebr. 5. vv. 8. 9.) *prædicabit ſervus meus juſtus juſtitiam*, ſive *conciliabit juſtificationem multis*... 1. p. ſ. c. אַצְדִּיק *juſtum pronuntiabo*, abſolvam...

HITHPAEL, ubi fit metatheſis ת tau characteriſticæ ac mutatio in ט poſt צ, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 189. הִצְטַדֵּק, & ex forma, vel termin. (ַ), הִצְטַדַּק, unde 1. p. plur. c. Fut. in pauſa, quare נקוד (ָ) in (ָ) mutatur, מַה־נֹּאמַר לַאדֹנִי מַה־נְּדַבֵּר וּמַה־נִּצְטַדָּק, Gen. 44. v. 16. O. τί ἀντεροῦμεν τῷ κυρίῳ ἢ τί λαλήσομεν, ἢ τί δικαιωθῶμεν; *quid contra dicemus Domino*, vel *quid loquemur*, aut *quo* tandem *pacto juſtificabimur?* Vulg. *quid reſpondebimus, inquit* Judas *Domino meo?* vel *quid loquemur*, aut *juſtè poterimus oſtendere?* Alii... *quo denique modo nos juſtificabimus*, aut *excuſabimus*...? Subitæ calamitates etiam diſertis ſermonem adimunt, Grot.

צֶדֶק m. Lxx. δικαιοσύνη, κρίσις, δίκαιος, δικαίως... *juſtitia, jus, judicium*. Adjectivè, *juſtus*; Adverbialiter, (vi ſcil. præpoſitionis vel expreſſæ vel ſubintellectæ,) *juſtè, jure, meritò*... Lxx. item, Verbaliter, δικαιόω *juſtifico, purgo, excuſo*.... וּשְׁפַטְתֶּם צֶדֶק, Deut. 1. v. 16. *judicabitis juſtitiam*, i. *verum* & rectum judicium feretis, vel ſubintellecto נקוד ב, *juſtè judicabitis*, מֹאזְנֵי צֶדֶק אַבְנֵי־צֶדֶק, Levit. 19. v. 36. *lances juſtæ, lapides æqui*, i. æqua pondera... lapidibus enim vice ponderum olim utebantur, Vatabl. Oleaſt. זִבְחוּ זִבְחֵי־צֶדֶק, Pſal. 4. v. 6. *ſacrificate ſacrificia juſtitiæ*, i. ſacrificia legitima pro peccato, quæ animi reſipiſcentiam teſtentur, q. d. ô conjurati, peccatum veſtrum agnoſcite & in illius expiationem offerte ſacrificium Deo, Vatabl. אֱמֶת מֵאֶרֶץ תִּצְמָח וְצֶדֶק מִשָּׁמַיִם נִשְׁקָף, Pſal. 84. Hebr. 85. v. 12. *VERITAS* (Chriſtus) *de terra orta erat; tum è cælo JUSTITIA* (Pater τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαπητὸν... ut agnoſceret) *proſpexit*... in Chriſti ſcil. transfiguratione, conf. Matth. 17. v. 5... Cum præf. וָצֶדֶק, & cum (ָ) ſub (ו), quòd duo nomina conjungat, quorum poſterius eſt penacutum, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 385. c. 2. וָצֶדֶק *& juſtitia*... הַצֶּדֶק *juſtitia*... וְאֵרַשְׂתִּיךְ לִי בְּצֶדֶק, Hoſ. 2. v. 21. *& deſponſabo te mihi* (Chriſtus עַמּוֹ populum ſuum, pronomine feminino, alloquitur) *in juſtitia & judicio, & miſericordia*... *juſtitia & judicium* hîc notant modum reconciliationis noſtræ, in quo elucent ſumma Dei juſtitia & judicium, ſimul tamen miſericordia, &c. Vide Rom. 3. vv. 24. 25. 26.... בְּצֶדֶק *in*

justitia... לְצֶדֶק *ad justitiam, justè*... Cum aff. צִדְקוֹ *justitia ejus, sua*... m. Cum præf. & affix. בְּצִדְקוֹ *in justitia sua*... m. מִצִּדְקוֹ *secundùm justitiam ejus*... m. צִדְקָהּ *à justitia ejus*... m. צִדְקָתָהּ *justitia ejus*... f. in pausa, quare דֵצִ (ֵ) loco דֵצִ (ִ) ante aff. צִדְקָה *justitia tua*... m. צִדְקָךְ *justitiam tuam*... f. בְּצִדְקָה *secundùm justitiam*... m. צִדְקִי *justitia mea*... c. כְּצִדְקִי *secundùm justitiam meam*... c. צִדְקֵנוּ *justitia nostra*, c. R. צָדַק *justificatus, justus*... *fuit.*

צְדָקָה f. Lxx. Aq. Sym. Theod. *δικαιοσύνη*, Lxx. *δικαίωμα*, *κρίσις*, *κρίμα*, *ἔλεος*, Lxx. Sym. *ἐλεημοσύνη*, Sym. *ἀνταπόδοσις*, Lxx. *εὐφροσύνη*, *δίκαιος*... Vulg. & alii, *justitia, justificatio, justificantis actio, litis instrumentum... judicandi actio, caussæ dictio, accusatio, judicium, damnatio, misericordia, commiseratio*, Rabbinis, *eleemosyna*, quòd scil. justum sit & justitiæ symbolum pauperibus succurrere... Buxtorf. Lex. Hinc &, *retributio*... Per metonymiam effectûs, *lætitia*... ex operibus scilicet justitiæ orta... Adjectivè, *justus, æquus, dignus*... לַעֲשׂוֹת צְדָקָה וּמִשְׁפָּט, Gen. 18. v. 19. *ad faciendum justitiam & judicium*... i. officia primæ & secundæ tabulæ, Jun. Quicquid rectum sit & bonum, ad privatam vel publicam vitam spectans, (confer Psal. 118. Hebr. 119. v. 121.) & civile & spirituale, Malvend. Isai. 45. v. 23. *per me juravi*, יָצָא מִפִּי צְדָקָה דָּבָר וְלֹא יָשׁוּב *exivit de ore meo JUSTITIA VERBUM*; (non autem justitiæ verbum, τὸ enim צדקה non est constr. sed absol.) *nec revertetur... nec revertetur, JUSTITIA VERBUM*, quia scil. non discessit... vel quia nobiscum futurum *usque ad consummationem sæculi*, Matth. 28. v. 20. *nec revertetur, JUSTITIA VERBUM*, nisi *CARO FACTUM*... Christus hîc dicitur *justitia verbum*, qui Jerem. 23. v. 6. & cap. 33. v. 16. vocatur, יְהוָה צִדְקֵנוּ *Jehovâh, Dominus, justitia nostra.* Confer Joan. 1. & cap. 16. vv. 27. 28... Cum præf. בִּצְדָקָה & וּצְדָקָה *justitia*... הַצְּדָקָה *justitia*... *in justitia*... וּבִצְדָקָה & *in justitia*... לִצְדָקָה *ad justitiam*... מִצְּדָקָה *à justitia*... Constr.

צִדְקַת *justitia*... Cum præf. וְצִדְקַת & *justitia*... Cum affix. צִדְקָתוֹ *justitia ejus, sua*... m. Cum præf. & affix. וְצִדְקָתוֹ & *justitia ejus*... m. בְּצִדְקָתוֹ *in justitia sua, ejus*... m. כְּצִדְקָתוֹ *secundum justitiam ejus*, m. מִצִּדְקָתוֹ *à justitia sua*... m. צִדְקָתְךָ, & in pausa, unde דֵצִ (ֵ) pro דֵצִ (ְ) ante affix. צִדְקָתֶךָ *justitia tua*... m. צִדְקָתְךָ *justitiam tuam*... f. וְצִדְקָתְךָ & *justitia tua*, m... בְּצִדְקָתְךָ, & in pausa, בְּצִדְקָתֶךָ *propter justitiam tuam*... m. וּבְצִדְקָתְךָ & *in justitia tua*... m. צִדְקָתִי *justitia mea*... c. וְצִדְקָתִי & *justitia mea*... c. בְּצִדְקָתִי *justitiam meam, propter justitiam meam*... c. כְּצִדְקָתִי *secundùm justitiam meam*... c. וְצִדְקָתָם & *justitia ipsorum*... בְּצִדְקָתָם *justitiâ suâ*... *ipsorum.* Plur. צְדָקוֹת, & constr. צִדְקוֹת *justitiæ*... Cum aff. absque דֵי (ִי) plural. num. indice, צִדְקֹתָיו *justitiæ ejus*... m. צִדְקֹתֶיךָ *justitias tuas*... m. צִדְקֹתֵינוּ *justitiæ nostræ*... c. R. צָדַק *justificatus*... *fuit.*

צִדְקָה f. Chald. unde cum præfix. Dan. 4. v. 24. & *peccata tua* בְּצִדְקָה פְרֻק... o. *ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι*... Vulg. (*in*) *eleemosynis redime*... Alii, *per justitiam* (per officium omne, omne fas, quicquid rectum, & justum est, pravitatique contrarium, Cocc.) *abrumpe, dissolve*... R. צְדַק Hebr. *justus, justificatus*... *fuit.*

צִדְקִיָּהוּ Masc. *Tsidhqiiâhou*, Vulg. *Sedecias*, nom. propr. 1°. ultimi regis Juda... tertii filii Josiæ, 1. Paral. 3. v. 15. Is *Mathanias* vocabatur; sed à Nabuchodonosor Sedeciæ nomen simul cum regno pro Nepote *Jechonia*, sive *Joachin* (cujus dicitur filius, i. hæres, aut successor in regnum, 1. Paral. 3. v. 16.) accepit, 4. Reg. 24. v. 17. 2°. filii Hananiæ, Jerem. 36. v. 12. 3°. filii Chanaana, unius è quadringentis prophetis... in quorum ore fuit spiritus mendax... qui percussit Michaam in maxillam.... 3. Reg. 22. vv. 6. 22. 24. Etym. *justitia-Domini*... à צֶדֶק *justitia*, & יָהּ, contractè pro יְהוָה *Dominus.* Mutato scilicet duplici (ֵ) in compositione, haud secus ac cum affix. in (ֵ) & (·).

צָהַב QAL, ex usu Chaldaico, *fulsit, splenduit auri instar, coruscavit*...

HOPHAL מֻצְהָב, unde PAOUL f. m.

, וּכְלֵי נְחֹשֶׁת מֻצְהָב טוֹבָה שְׁנַיִם חֲמוּדֹת כַּזָּהָב Esdr. 8. v. 27. O. *καὶ σκεύη χαλκοῦ στίλβοντος ἀγαθοῦ διάφορα ἐπιθυμητὰ ἐν χρυσίῳ. & vasa æris fulgentis boni diversa desiderabilia in auro.* Vulg. *& vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum.* Alii, *& vasa*, sive *instrumenta ex ære pulchrè rutilante* (vel præ colore *optimo splendente*, i. ex electri præstantissimo genere, quod Festus vocat *aurichalcum*, Jun.) *duo elegantia, nec auro dissimilia*... q. d. *χαλκοῦ χρυσίζοντος.*

צָהֹב m. Aq. *ξανθός*, Lxx. Participialiter, *ἐξανθίζουσα, ξανθίζουσα*, Sym. substantivè, *στίλβον*... Vulg. & alii, *flavus, fulvus, floridum*, aut *flavum colorem reddens... auri color*, aut *splendor*... שֵׂעָר צָהֹב, Levit. 13. v. 30. *pilus flavus*... Cum præf. הַצָּהֹב *fulvus*... R. צְהַב Chald. *fulsit, splenduit auri instar*... Ex τῷ scil. זְהַב Chald. idem, alternato, pro more צ & ז.

צָהַל QAL, (Gr. per syncop. & metathes. *λάζω lascivio, petulans sum... ἀλαλάζω jubilo*...) Lxx. Aq. Sym. *χρεμετίζω*, Lxx. *βοάω, ἀγαλλιάομαι, τέρπομαι, κερατίζω*... Vulg. & alii, *hinnio, mugio, boo, clamo, exulto, lætitiâ*, aut *voluptate nimiâ gestio, commoveo, turbo, agito, cornu ferio*...

PRAET. 3. p. s. f. Esth. 8. v. 15. *& urbs Susan* צָהֲלָה וְשָׂמֵחָה *hinniebat*, sive *exsultabat, & jubilabat*... Metaphora ab equis, vel tauris, qui præ lætitia, seu lascivia hinniunt, aut mugiunt: inde transfertur ad homines, qui claram ac lætam vocem emittunt, Malvend. 3. p. plur. c. בִּגְאוֹן יְהוָה צָהֲלוּ מִיָּם, Isai. 24. v. 14. *in exaltatione*, sive *glorificatione* Christi *Domini*, (Vulg. *cùm glorificatus fuerit Dominus*) *hinnient de mari*, seu *de insulis*... i. propter exaltationem, prædicationem... Christi *vocem efferent*... Alludit ad exclamationes nautarum, aut insularium ad amicos portubus, vel oris suis appellentes...

IMPER. 2. p. s. f. צַהֲלִי *hinni*, claram ac lætam vocem emitte. Cum præf. וְצַהֲלִי *& exsulta*... 2. p. plur. m. cum præf. וְצַהֲלוּ *& exsultate*...

FUT. 3. p. pl. m. in pausa, quare τὸ (-) primariæ vocis reductum in (·) loco τοῦ (:) mutatur, יִצְהָלוּ *adhinniunt*... Hac voce *adhinniendi* utitur Tullius ad Pisonem ... 2. p. plur. m. cum præf. וְתִצְהֲלוּ *& exsultaveritis*...

HIPHIL הִצְהִיל, unde INFIN. cum præf. לְהַצְהִיל פָּנִים מִשָּׁמֶן, Psal. 103. Hebr. 104. v. 15. O. per aphæres. *τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ*, Vulg. *ut exhilaret faciem in oleo.* Sym. *τοῦ στίλβειν*, ex Hebræo scil. צהל, aut ex versione Chald. לְאַנְהָרָא *ut splendere faciat*, Alii, *ut nitere... faciat*...

צָהַר QAL. Chaldæis, *luxit*, Arabibus, *ardore læsit* sol, *liquavit* rem, *unxit caput liquamine*... Græcis, *σειριάω, σειραίνω... luceo*... unde *σείριος Syrius*, Lat. *canicula*, accipitur & pro *sole*; item, *σείρ, σειρὸς, sol, solis*...

HIPHIL הִצְהִיר, ex quo 3. p. plur. m. FUT. בֵּין שׁוּרֹתָם יַצְהִירוּ, Job. 24. v. 11. O. *ἐν στενοῖς ἀδίκως ἐνήδρευσαν in angustiis injustè insidiati sunt*, Vulg. *inter acervos eorum meridiati sunt*, Alii, *inter muros suos*, (Chald. בֵּינֵי אֻשְׁוַתְהוֹן *inter fundamenta, septa*, al. *brachia sua*, al. *insidias eorum*) *exprimunt oleum*.... sic scil. quòd oleum splendeat expressum, aut luceat accensum.

צֹהַר m. unde צֹהַר תַּעֲשֶׂה לַתֵּבָה, Gen. 6. v. 16. O. *ἐπισυνάγων ποιήσεις τὴν κιβωτόν.* A. *μεσημβρινὸν ποιήσεις τῇ κιβωτῷ.* Σ. *διαφανὲς ποιήσεις.* Θ. *θυρεὰν* (in Lex. ad Hexapl. *θυρίδα*) *ποιήσεις.* Lxx. *superne claudens conficies arcam*; nempè, ad cubitum arcuato desuper opere eam *perficies.* Aq. *meridianum*, Sym. *pellucidum*, ita videlicet ut & lumen transmitteret; & aquam non admitteret; Lyra. Sicque lucem à tenebris quodammodo divideret; unde fortè dictum Aquilæ *Meridianum, facies arcæ.* Theod. *januam* (vel *fenestram*, idem est scil.) *facies.* Vulg. & alii, *fenestram in arca facies.* Syr. ומדרא *speluncas*... Chald. נְהוֹר, Arab. ציא *dsiiáan*, Alii, *clarum lumen*, Alii, *splendorem*, i. fenestram Meron. effecti destinati... Sic omnes, præter τοὺς Lxx. interpretes fenestram *Arcæ*, Alii, ex vitro, Menoch. (commodam certè, si Hebræis vitrum tunc temporis fuisset

fuiſſet in uſu. Eſt quidem τὸ זְכוּכִית, Job. 28. v. 17. τοῖς Lxx. ὕαλος, S. Hieronymo, Rabbinis... *vitrum*, ſed aliis *cryſtallus*, aliis *gemma*, aliis aliud. Apud Arabes multis exprimitur vocibus, nimirùm... גהא, זגג, אסד.) Alii, ex cryſtallo, Lyra. Alii, è ſpeculari lapide, Menoch. But. Alii, ex lapide pretioſo, lumine ſuo illuſtrante arcam, He. in But.... Arcæ, inquam, feneſtram faciunt; at tectum nullum, tantâ in pluviâ, in diluvio tanto... Mihi verò, in re tantâ, pro tecto non ſit feneſtra, imò, de feneſtra Gen. 6. v. 16. verbum nullum. Cur enim, amabo, poſt verba iſtæc: *tunc aperuit Noë feneſtram*, (Gen. 8. v. 6.) adduntur τοὶ אֲשֶׁר עָשָׂה *quam fecerat?* Aut cur poſt illa: *tunc amovit Noë tectum* (vel tecti partem) non adjiciuntur τοὶ אֲשֶׁר עָשָׂה *quod fecerat*, niſi quod de tecti ſtructurâ facta fuerit mentio Gen. 6. v. 16. de feneſtræ verò verbum nullum? Quare, ex uſu Arabico, (unde & τὸ τῆς Lxx. ἐπισυνάγων...) commodiùs ſic ego interpretor: *teſtudinem*, i. e. fornicem, vel cameram teſtudinei tegminis inſtar convexam, *facies arcæ; hoc eſt, eam deſuper ad cubitum concamerabis.* A voce צהר *dſábron*, ſive צאהר *dſábiron*, Arab. *teſtudo, vertex, faſtigium montis*... Ca. R. צחר *tſábara*, ſeu צחר *dſábara*, Arab. *rem alteri propinquam effecit, conjunxit*... ص *tſ*, & ض *dſ*, haud raro alternantur.

צָהֳרַיִם m. dual. in pauſa, Lxx. Aq. Sym. μεσημβρία, Lxx. μεσημβρινός... Vulg. & alii, *meridies*; Adjectivè, *meridianus*. Lxx. item, τὸ δειλινόν *pomeridianum*, ſive *veſpertinum tempus*... Cum præf. עֶרֶב וָבֹקֶר וְצָהֳרַיִם אָשִׂיחָה, Pſal. 54. Hebr. 55. v. 18. *& veſperè, & manè, & meridie* (totâ die) *meditor*. הַצָּהֳרַיִם, & in pauſa, הַצָּהֳרָיִם *meridies*, בַּצָּהֳרָיִם, & in pauſa, excluſo etiam ה articulo, בְּצָהֳרַיִם *in meridie*, כַּצָּהֳרָיִם *ſicut meridies*, וּמִצָּהֳרַיִם *& præ meridie*... R. צְהַר Chald. *luxit, illuxit, illuſtravit*... unde ſing. inuſit. צֹהַר, à quo duale (formæ אָזְנַיִם) צָהֳרַיִם *meridies*. Punctum ſcil. in cælo, per quod & polos ductus circulus (meridia-

nus dictus) diem noctemque mediam dividit. Eſt Hebræis formæ dualis, quòd duplicem inter lucem, nempè & excreſcentem, quæ & ante meridiana, & decreſcentem, quæ & pomeridiana dicitur, quaſi interſiſtar...

צַו, in pauſa צָו, m. Sym. ἐντολή, Alii, *præceptum, mandatum, juſſum*. Lxx. θλίψις *afflictio*; legebant צַר, vel referebant ad צוה *tſevava*, Æthiop. *bello cepit, captivum duxit, captum tenuit*... Adjectivè, μάταιος *vanus*. Theod. δυσαλία *dyſalia, intemperies, morbus ſtomachi*, Vulg. *ſordes*... Cum præf. צַו לָצָו צַו לָצָו, Iſai. 28. v. 10. Vulg. Verbal. *manda remanda, manda remanda*... Alii, *præceptum ad præceptum, præceptum poſt præceptum*... Sæpiſſimè illi inculcavi meas leges... Grot. R. צִוָּה *præcepit, mandavit, juſſit*.

צוֹאָה f. vide צֹאָה, ſupra col. 1963.

צוֹאִים plur. m. Lxx. ῥυπαρός, Vulg. & alii, *ſordidi, ſordibus infecti*.... Cum præfix. הַבְּגָדִים הַצּוֹאִים, Zach. 3. v. 4. *veſtes ſordidas*... R. eadem ac præced. à ſing. ſcil. צוֹאִי *ſordes*; adject. *ſordidus*.

צַוָּאר m. Lxx. Aq. Sym. τράχηλος... Vulg. & alii, *collum, cervix, guttur*... Lxx. Θεός *Deus*; legebant צוּר. ὕβρεις *injuria petulanter illata, vis illata*, κλαυθμός *fletus*; legebant צַוָּאר cum א protractivo, pro צַר... עַד־צַוָּאר יַגִּיעַ, Iſai. 8. v. 8. *ad collum uſque pertinget*. Cum præfix. תְּדַבְּרוּ בְצַוָּאר עָתָק, Pſal. 74. Hebr. 75. v. 6. *ne loquamini collo* (extento ſcil. ac elato) *durum* verbum... Metaphora à jumentis collo junctis, Genebr. & refractariis, jugumque collo excutientibus. Muiſ. Conſtr. צַוַּאר *collum*. Cum aff. צַוָּארוֹ *collum ejus, ſuum*, m. צַוָּארָהּ *colli ejus*, f. Cum præf. & affix. בְּצַוָּארוֹ *in collo ejus*, m. Abſque τοῦ א protractivo, צַוָּרָם *collum ipſorum, ſuum*. In pauſa, unde τὸ (ָ) loco τοῦ (ַ) ante affix. צַוָּארֶךָ *collum tuum*, m. צַוָּארֵךְ *collum tuum*, f. צַוָּארִי *collum meum*, c. צַוָּארֵנוּ *collum noſtrum*, c. Plur. conſtr. remanente τοῦ א protractivo, ſive epenthetico, צַוְּארֵי *colla*. Cum præf. בְּצַוְּארֵי *in collis*, לְצַוְּארֵי *ad colla*. Cum affix. צַוָּארָיו *colla ejus*, m. צַוְּארֵיהֶם *collis ipſorum*,

צַוְּארֵיכֶם *colla vestra*, m. Cum terminatione fem. צַוְּארֹתֵיכֶם *colla vestra*, m. R. צוּר *arctavit*... unde cum א protract.... צַוָּאר *collum*, sic dictum, quòd oneribus arctatur & premitur, Buxt. Lex.

צַוַּאר m. Chald. Lxx. τράχηλος, Vulg. & alii, *collum*, *cervix*.... Cum affix. צַוְּארֵהּ *collo ejus*, m. צַוְּארָךְ *collo tuo*, m. Rad. צוּר Chald. sive Hebr. *arctatus*, *coarctatus*... *fuit*; unde cum א protractivo, ut vocant Orientales, vel epenthetico, צַוָּאר *collum*, sic dictum, quòd oneribus arctatur & premitur, Buxtorf. Lex.

צוֹבָה Mass. *Tsovâh*, Vulg. *Soba*, nom. proprium loci, 1. Reg. 14. v. 47. 2. Reg. 8. v. 3. 1. Paral. 18. v. 3. Psal. 59. Hebr. 60. v. 2. Etym. *adventus*, vel *reversio*, à צובה *tsoûbon* Syr. idem, quodque pro Hebr. צֹבָה, legitur in Syr. ibidem.

צוּד QAL. Lxx. Sym. θηρεύω, Sym. θηράω, Lxx. Sym. ἀγρεύω... Vulg. & alii, *venor*, sive *feras*, sive *aves*, sive *pisces*, seu *venor*, *aucupor*, *piscor*... Metaph. *sector*, *consector*, *capto*.... Hinc Gr. ζητέω, Lat. *studeo*...

PRAET. 3. p. plur. c. צָדוּ צְעָדֵינוּ מִלֶּכֶת בִּרְחֹבֹתֵינוּ, Thren. 4. v. 18. *venati sunt gressus nostros*, sive *venaticè institerunt gressibus nostris* (Alii, alternando ר & ד, tum in verbo, tum in nomine, *arctaverunt gressus*... Lxx. *venati sumus parvulos nostros*...) *ne exiremus in*, vel *incederemus*, sine periculo, *per plateas*... Cum affix. צָדוּנִי *venati sunt me*, c. Cum præf. & aff. וְצָדוּם *& venabuntur eos*.

BEN. s. m. vel potiùs 3. p. s. m. PRAET. cum ה articulo relativum exprimente, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 422. הַצָּד *qui venatus est*...

INFIN. צוּד *venari*, *venando*. Cum præf. לָצוּד *ad venandum*...

IMPER. 2. p. s. m. cum præf. & ה parag. וְצוּדָה *& venare*...

FUT. 3. p. s. m. יָצוּד *venabitur*... Cum affix. יְצוּדֻנוּ *venabitur eum*... 3. p. s. f. תָּצוּד *venabitur*... 2. p. s. m. cum ה interrog. הֲתָצוּד לְלָבִיא טָרֶף, Job. 38. v. 39. *num venaris*, sive *apparas leoni prædam*, seu *escam*, *cibum*? Cum affix. תְּצוּדֵנִי *venaberis me*, c. Lxx. ἀγρεύομαι... εἰς σφαγήν, Job. 10. v. 16.

PIEL, vel potiùs POEL, צוֹדֵד, Lxx. paraphrasticωs, ἐκστρέφω *everto*, διαστρέφω *perverto*, συστρέφω *converto*, al. συλλέγω *colligo*... Sym. θηρεύω, Vulg. & alii, *venor*, *aucupor*, *piscor*, *venatu capio*... Metaphora, *sector*, *consector*, *capto*...

BEN. plur. fem. Ezech. 13. v. 20. *quibus*, vel *ubi vos* מְצֹדְדוֹת שָׁם אֶת־הַנְּפָשׁוֹת *venamini animas ex efflorescentibus*, sive *adolescentibus*...

INFIN. cum præf. לְצוֹדֵד *ad venandum*...

FUT. 2. p. plur. f. תְּצוֹדֵדְנָה *venabimini*...

HITHPAEL, ex forma perfectorum, secundâ, scil. in qua (ו) quiescens mutatur in (י) mobile, vide Gram. Ludov. *de Dieu*, p. 297. cum metathesi characteristicæ ת, & ejus conversione in ט, ut fit post צ, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 189. הִצְטַיֵּד, unde 1. p. plur. c. PRAET. Jos. 9. v. 12. *hic panis noster calidus erat*, *cum* הִצְטַיַּדְנוּ אֹתוֹ, Lxx. ἐφωδιάσθημεν... Alii, *in viaticum* (Vulg.) *sumpsimus eum*... Alii, *quo ipsi nos ad viam instruximus*...

צוה QAL. Gr. σάω, unde ἵστημι, per prosthesin τοῦ T, Lxx. τάσσω, Lat. per ejusd. T epenthesin, *statuo*.

PIEL צִוָּה, Lxx. διατίθημι, καθίστημι, συνίστημι, συντάσσω, Lxx. Sym. προστάττω, ἐπιτάσσω, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐντέλλομαι... Vulg. & alii, *dispono*, *instituo*, *substituo*, *constituo*, *unà cum aliis colloco*, *ordino*, *mando*, *impero*, *jubeo*, *præcipio*, *faciendum injungo*, *mandatum impono*, *quod quis exequatur*... Lxx. item, συνάγω *congrego*, κραταιόω *fortifico*, δίδωμι *do*... ἀποστέλλω *mitto*, ἐκφέρω *effero*, προσάγομαι *advenio*, εἶπω *dico*, λαλέω *loquor*, ὁρκίζω *adjuro*... Construitur cum accusat. & præposit. עַל, אֶל, לְ, Aben-Esra, notat cum עַל notare interdictum & prohibitionem...

PRAET. 3. p. s. m. כִּי הוּא צִוָּה וְנִבְרָאוּ, Psal. 148. v. 5. *ipse jussit*, *& creata sunt*, i. quo jubente esse inceperunt... כְּכֹל אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ *secundùm omnia*, *quæ præceperat ei*;

צִוָּה יְהוָה לְיַעֲקֹב סְבִיבָיו צָרָיו, Thren. 1. v. 17. *præceptum dedit Dominus de Jacob*, ut ſcil. *circuitus ejus*, ſive *qui in circuitu ejus ſunt*, *ipſius hoſtes fierent*... arcano inſtinctu excitavit... Piſcator. Cum præfix. וְצִוָּה *& præcipiet*... Cum affix. צִוָּהוּ *præcepit ei*, m. צִוְּךָ, & in pauſa, ubi τὸ (·) & τὸ (·) ſedem commutant, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 81. c. 1. צִוְּךָ *præcepit tibi*... m. Cum præf. & aff. וְצִוְּךָ *& præcipiet tibi*... m. in pauſa, unde τὸ (-) in (·) ante aff. mutatur, צִוָּנִי *præcepit mihi*... c. צִוָּם *præcepit eis*... m. צִוָּנוּ *præcepit nobis*... c. 3. p. ſ. f. צִוַּתָּה *præceperat*.. Cum affixo & dagh. τὸ ה, primi ex הָהּ, per contractionem extriti, compenſativo, more Chaldæorum, præcedenti literæ ת impreſſo, unde, צִוַּתָּה pro צִוַּתְהָה, *præceperat ei*, f. Ruth. 3. v. 6. ubi allucinantur Grammatici haud pauci, imò ferè omnes. Buxtorfio in Concordantiis Bibliorum Hebraicis τὸ צִוַּתָּה, idem eſt ac τὸ צִוְּתָה. *Occurrit*, inquit Robertſon, *3. ſ. f. præt. Piël vel præter morem cum pathach penult. ante daghesch in Thau, vel pro more cum ſcheva penult. ante Thau lene; ſic*, צִוְּתָה præceperat, Ruth. 3. v. 7. צִוְּתָה idem, Eſth. 4. v. 17.... Vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 324. & 341. c. 2. circa finem. 2. p. ſ. m. הֲמִיָּמֶיךָ צִוִּיתָ בֹּקֶר, Job. 38. v. 12. *an à diebus tuis*, ſeu *ætate tuâ juſſiſti mane* ſe ſiſtere, in actum & conſpectum educere? Hujus phraſeos ratio petenda eſt ex Pſal. 33. Heb. 34. v. 9. צִוָּה וַיַּעֲמֹד *præcepit & ſtetit*; & Pſal. 148. v. 5. Cocc. צִוִּיתָ לְהוֹשִׁיעֵנִי, Pſal. 70. Hebr. 71. v. 3. *præceptum dediſti*, ſive *decretum feciſti de ſervando me*. Cum ה expreſſo, quod in fine ſubintelligebatur, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 161. צִוִּיתָה *præcepiſti*... Cum præf. quare accentus à penultima ad ultimam deſcendit, quamvis ex quieſcente Lamedh ה, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 310. c. 1. וְצִוִּיתָ, & ה, quod in fine latebat expreſſo, uti mox ſupra, וְצִוִּיתָה *& præcipies*... Cum affix. cum (·) loco τὸ (-) ob pauſam, צִוִּיתָנִי *præcepiſti mihi*... c. צִוִּיתָנוּ *præcepiſti nobis*... c. 1. p. ſ. c. צִוִּיתִי, & cum (-) in penultima, צִוִּיתִי *præcepi*... Cum præf. remanente ſuo loco accentu, ut ſæpiùs accidit in quieſcentibus Lamedh ה, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 310. c. 1. וְצִוִּיתִי *& præcipiam*... Cum aff. צִוִּיתִיו, צִוִּיתִיהָ *præcepi ei*... m.—f. צִוִּיתִיךָ, & deficiente ante aff. τοῦ (י), צִוִּתִיךָ *præcepi tibi*... m. צִוִּיתִים, & abſque (י) ante affix. צִוִּתִם *præcepi eis*... m.

Ben. ſ. m. מְצַוֶּה, מְצַוֶּה *præcipiens*, *præcipiens ſum*, *præcipio*... m.—f. Conſtr. cum præf. Iſai. 55. v. 4. *Ecce teſtem* (Chriſtus teſtis fuit eorum, quæ *in patris ſinu* occulta erant, Joan. 1. v. 18.) *populis dedi eum*: נָגִיד וּמְצַוֵּה לְאֻמִּים *& ducem* (*anteceſſorem*, *antiſtitem*..) *& præceptorem*; *præcipientem*, qui præcipiat, doceatve quid facto ſcitoque opus ſit... *populis*. Hæc tria ordinem inter ſe habent. Chriſtus 1°. de veritate teſtimonium perhibet, 2°. eam amplectendam ſuadet, 3°. imperat tanquam legitimus princeps. Forerius. Cum affix. מְצַוְּךָ, in pauſa, unde τὸ (·) in (·) mutatur, מְצַוְּךָ, & cum daghéſch in affixo ad compenſandum נ (ante affixa, הוּ, הָ, נִי, ךָ, ךְ... Chaldæis epentheticum, ex Arabum paragogico, maximè in Futuris ac in Imperativis.. vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 337. & 338. c. 1.) abjectum, מְצַוְּךָ *tibi præcipiens*, *præcipiens ſum*, *præcipio*...

Infin. cum præf. בְּצַוּוֹת *quùm præciperet*, לְצַוּוֹת *de*, vel *à præcipiendo*, Gen. 49. v. 33. *ut præciperet*... Cum affix. צַוֹּתוֹ *die*, *quo præcipiebat ipſe*... Levit. 7. v. 38. Cum præf. & affix. Buxtorfio in Concord. & Robertſ. בְּצַוֹּתִי, *quùm præcepiſſem ego*... Aliis ex contextu, בְּצַוֹּתוֹ, Ezech. 10. v. 6. *quùm præcepiſſet ipſe*...

Imper. 2. p. ſ. m. צַוֵּה, ſublatâ per apocopen tertiâ rad. ה cum τοῦ (-) præced. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 296. c. 1. צַו *præcipe*... Cum præf. וְצַו *& præcipe*. 2. p. plur. m. cum præf. וְצַוּוּ *& præcipite*...

sem, Alii, *balsamum*, vel *aromatis quædam species excellens*... apud Rabbinos pro *balsamo* & *resina* accipitur. Syr. צרוא *terebinthus*, *nucleus pineus*... *nux myristica.* Arab. תריאק *teriaqon*, omne *antidotum*..) Alii, *theriaca*... Alii, *opobalsamum*... Ferrar. *goma*... Cum præf. הַצֳּרִי, & in pausa, quare hhólem in penult. loco פַּתַּח (ַ) vel (ָ) & (ֵ) sub יוֹד (י), quod scil. duo nomina conjungat, quorum posterius est dissyllabum penacutum, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 385. c. 2. הַצֳּרִי *&* *opobalsamum*, הַצֳּרִי *an opobalsamum*...? Rad. צָרָה Chaldæis, Syris, *scidit*, *excidit*... Arabibus יוֹד ה in (י), ut fit, mutato, alternatoque צ & צ׳, צרו, Fut. O. *sanguine manavit* vulnus, vena... *fluxit*... unde nom. צרו *dsirvon*, *lacryma arboris Arab. quam* כמכאם *camcamum* vocant. Gi. & ipsa *arbor illa*. Mar. indeque Hebr. צֳרִי, alternando (י) & (ו), fortè deductum...

צֳרִי Mass. *Tsrí*, Vulg. *Sori*, nomen propr. unius è filiis Idithun, 1. Paral. 25. v. 3. Etym. *balsamum*, à צֳרִי mox supra, idem.

צְרִיחַ m. Lxx. ὀχύρωμα... Vulg. & alii, *arx*, *propugnaculum*, *præsidium*, *turris munita*... אֶל־צְרִיחַ בֵּית אֵל בְּרִית, Jud. 9. v. 46. O. εἰς συνέλευσιν Βαιθηλβεερίθ. Ἀλλ. τὸ ὀχύρωμα οἴκου Βαιθηλβερείθ. Lxx. *in conventum Bæthelberít*. Alius, *munimentum domûs Bethelbereith*. Vulg. *fanum dei sui Berith*. Alii, *ad arcem Bethel Berith*, Alii, *in turrim domûs (fani) dei Berith*, Alii, *in propugnaculum*, *in ædem Berith*, Targ. Jon. *ad arcem Bethel ad ineundum fœdus*. Syr. *ad ineundum in Bethel fœdus*. Arab. *simul convenerunt in Bethil*, *ut ibi conjurarent conspirarentque*. Cum præf. הַצְּרִיחַ *propugnaculum*... Plut. cum præf. absque (י) דָּגֵשׁ (ּ) comite in penult. 1. Reg. 13. v. 6. *& occultaverunt se* ...וּבִצְּרִחִים וּבַבֹּרוֹת... O. καὶ ἐν τοῖς βόθροις, καὶ ἐν τοῖς λάκκοις. Lxx. & alii, *in foveis*, *& in cisternis*. Vulg. & alii, *& in antris*, *& in cisternis*. Alii, *in turribus*... Alii, *in locis excelsis*, vel *præruptis*... Alii, *in speluncis saxi*, vel *petræ*... Alii, *in foraminibus*... Alii, *in puteis*... R. צָרַח *clamavit* unde צְרִיחַ *turris munita*, sic dicta, inquit

Buxtorfius, vel Qimhhi, quòd speculator inde exclamat; sic diceretur & *fovea*, *antrum*, *lustrum*... unde

Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones.

R. igitur צרח Arab. *apertus*, *clarus*... *fuit.* unde צרח *tsárhhon*, *arx*, *palatium*, & omnis *excelsior structura*. Gi.

צָרִיךְ m. apud Rabbinos *indigus*, *opus*, *necesse existens*, *aut habens*... Vide צֹרֶךְ.

צֹרִים Mass. *Tsorím*, Vulg. *Tyrii*, vide supra צֹרִי, col. 2084.

צֹרֶךְ m. unde cum affix. mutato יוֹד hhólem in (ָ hhatoúph), & in pausa, כָּל־צָרְכֶּךָ, 2. Paral. 2. v. 15. O. κατὰ πᾶσαν τὴν χρείαν σου, Lxx. & alii, *secundùm*, vel *ad*, *necessitatem tuam*... prout opus fuerit tibi... Vulg. *quot necessaria habueris*... R. צרך *dsarocha*, Arab. *noxam passus fuit*; *infelix*, *pauper*, *indigus*... *fuit.*

צָרַע QAL, unde PUAL צֹרַע, ex quo Paoul f. m. מְצֹרָע *leprâ affectus*... vide supra צָרוּעַ, col. 2083.

צִרְעָה feminini generis, sive ἐπίκοινον *epicœni*, quo animalium, volucrum, insectorum uterque genus comprehenditur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 52. c. 1. Lxx. σφηκία, Vulg. & alii, *vespa*, *crabro*, *fucus* ... vel collectivè, *vespæ*, *crabrones*; *fuci* ... *examen vesparum*... Cum præf. וְשָׁלַחְתִּי אֶת־הַצִּרְעָה לְפָנֶיךָ וְגֵרְשָׁה אֶת־הַחִוִּי, Exod. 23. v. 28. *mittam vespas*, aut *fucos*, vel *crabrones*... *ante te*, *qui expellant Hevæum*.... Arab. Aben-Esr. *& mittam plagam*... *lepram*... R. עֲצַר Chald. *pressit*... unde per metathesin צרעה *tsira*, pro עצרה *itsra*, *commune nomen* vespæ & crabroni... vespa autem sic dicta, *quia mirè pressa & constricta habet ilia*... *sic crabronis nomen* ... Bochart. lib. 1. cap. IX. de animal. p. 70. Quem sequuntur plerique... Quidam absque metathesi nomen commodiùs deducunt à צָרַע Arabibus, Fut. A. *prostravit*... in II. Conjug. *vicit*... in III. *prosternere studuit*, *colluctatus fuit*... in VII. *prostratus*, *consternatus fuit*... unde Arab. צרעה *tsoraathon*, *prostrator*, *qui sæpe prosternit*, G. *qui prosternitur*; *qui à cupiditatibus*

abripitur; quem ira abripit... Hinc & צִרְעָה Hebr. *vespa*, asper *crabro*, Virg. 4. Georg. *irritare crabrones*, τὰς σφηκίας ἐρεθίζειν, id dictum est à Plaut. in Amph. in mulierum ingenium: quibus si iratis repugnes, magis provoces, neque sine malo discedas... *fucus, qui colluctatur, conflictaturve* cum apibus, sive à fœtis *expellitur*...

צָרְעָה Mass. *Tsoráh*, Vulg. *Sarea, Sara, Saraa*, nomen propr. urbis Tribûs Judæ in planitie, Jos. 15. v. 33. *non longe ab Estaol*, Jud. 13. v. 25. & 16. v. 31. *Danitis attributa*, Jos. 19. v. 41. Est *vicus in finibus Eleutheropolis versus Septentrionem*, pergentibus Nicopolin in *decimo miliario*. *Eusebius ad vocem* Σαραά. *Sic ibi legitur male pro* Σαραά. *Meminit etiam Hieronymus ad vocem* Sarea, *locatque juxta Eštaol, & Eusebius ad vocem* Σαρα. Had. Reland. Palæst. pp. 1060. & 1061. Etym. *profirator, qui sæpe prosternit*, ab Arab. צרעה *Tsoraathon*, G. idem.

צָרְעִי Mass. *Tsori*, Vulg. *Sarai, Saraites*, nomen commune virorum ex *Sara*, sive *Saraa* oriundorum... 1. Paral. 2. vv. 53. 54. Etym. idem ac vocis præced.

צָרַעַת f. Lxx. Incert. λέπρα, Vulg. & alii, *lepra*... In pausa, quare τὸ (-) penult. in (·) mutatur, צָרָעַת *lepra*... Cum præfix. הַצָּרַעַת *& lepra*... הַצָּרַעַת, & in pausa, וְלַצָּרַעַת *lepra*... וְהַצָּרַעַת *& lepra*... הַצָּרַעַת *& lepra*... Cum præf. & affix. מִצָּרַעְתּוֹ *à lepra ejus*, m. R. צָרַע *leprâ affectus, leprosus fuit*.

צָרְעָתִי Mass. *Tsorathí*, Vulg. *Sarathi*, i. *Sarathæi*, pro *Sarathæorum*, 1. Paral. 4. v. 2. nomen commune virorum oriundorum ex urbe *Sara*, seu *Saraa*, quam vide mox supra cum suo etymo.

צָרַף QAL, per metathesin ac aphæresin, Gr. Lxx. Aq. Sym. Theod. πυρόω, Lxx. δοκιμάζω, πιεζω, κατασκευάζω, Lxx. Incert. χωνεύω, Lxx. ἀργυροκοπέω... Vulg. & alii, *igni probo, purgo, defæco*, metalla propriè: Metaphoricè, *examino, exploro, experior, tento, periculum facio, demonstro*... *conflo, argenteos nummos*, metaphoricè, *verba*, aut *orationem, cudo*...

Praet. 3. p. f. m. לַשָּׁוְא צָרַף צָרוֹף וְרָעִים

לֹא נִתָּקוּ, Jerem. 6. v. 29. adeòque *frustrà conflavit conflando*, i. *studiosissimè*, conflator scil. qui ex verbo subintelligitur, (Lxx. & Vulg. pro צָרוֹף, legerunt צוֹרֵף...) *nam mali non sunt avulsi, extracti*... Scoriæ non sunt separatæ... 3. p. f. f. cum affix. אִמְרַת יְהוָה צְרָפָתְהוּ, Psal. 104. Hebr. 105. v. 19. ubi (·) sub פ loco τοῦ (-) ob pausam, (*quum venit tempus verbo ejus* prophetico *opportunum*, præfinitum, confer Gen. 37. vv. 7. 9.) *sermo Domini inflammavit eum*... *misit rex qui solveret eum*... 2. p. f. m. cum affix. בָּחַנְתָּ לִבִּי פָּקַדְתָּ לַּיְלָה צְרַפְתַּנִי בַל־ תִּמְצָא, Psal. 16. Hebr. 17. v. 3. *explorasti cor meum, visitasti nocte*, (ubi solent cogitationes esse dissolutiores. Confer Psalm. 16. 7. Cocc.) *conflasti me* igni tentationum, sive afflictionum... *non invenisti* scoriam... צְרַפְתָּנוּ *conflasti nos*... c. 1. p. f. m. cum affix. הִנֵּה צְרַפְתִּיךָ וְלֹא בְכָסֶף, Isai. 48. v. 10. O. ἰδοὺ πέπρακά σε, οὐχ ἕνεκεν ἀργυρίου· *ecce vendidi*, vel *conflavi te, non argenti* inveniendi *ergo*... Cum præf. & affix. וּצְרַפְתִּים *& conflabo eos*...

Ben. f. m. צֹרֵף, צוֹרֵף, Lxx. Incert. χωνευτής, Lxx. πυρώτης, Lxx. Theod. χρυσοχόος, Lxx. ἀργυροκόπος, χαλκεύς... Vulg. & alii, *conflator, faber aurarius, argentarius, ærarius*... *qui igni excoquit, purgat*... *qui argenteos nummos cudit*, vel *argentum signat*... *qui ex ære, aut ex ferro*... *fabricat*... Lxx. item, χρυσίον *aurum*... Cum præf. וְצֹרֵף *& aurifaber*... Cum præf. & (י) ex Arabismo, ad genitivum scil. exprimendum, vel parag. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 164. c. 1. בֶּן־הַצֹּרְפִי, Nehem. 3. v. 31. Melchias *filius Aurificis*... sic Vulg. & alii, Alii... *filius Aurifabri*, cognomine sic dicti.... O. τοῦ Σαρεφί *Sarephi*, Syr. בר צפניא *bar Tsphanióh, filius Tsphaniæ*... וַיֵּצֵא לַצֹּרֵף כֶּלִי, Prov. 25. v. 4. O. καὶ καθαρισθήσεται καθαρὸν ἅπαν (... הָגוֹ *amovendo scorias ab argento*,) *tunc totum purum fiet*. Vel ... *& omne purum purgabitur*. Vulg... *& egredietur vas purissimum*. Alii... *prodiit aurifabri vas*. De Infinitivo formæ absolutæ הָגוֹ, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 286. c. 1. לַצּוֹרֵף *aurifabro*... Cum affix. חַנְנֵי צֹרְפִים

וּבְחַנְתִּים, Jerem. 9. v. 7. *ecce conflo, proboque eos... Quomodo enim...* Plur. צֹרְפִים *aurifices...* Cum præf. הַצֹּרְפִים, Nehem. 3. v. 32. *aurifices...* Ii, qui cognomine dicuntur *aurifices...* Vatabl. Quidam existimant nomina hæc aliquarum familiarum propria fuisse; qualia ab artibus, aut quæstu sæpe familiæ adipiscuntur. Wolp.

Paoul f. m. כֶּסֶף צָרוּף, Psal. 11. Hebr. 12. v. 7. *argentum fusum*, probatum... f. f. אִמְרַת יְהוָה צְרוּפָה, 2. Reg. 22. v. 31. *dictum Domini conflatum*, probatæ puritatis, Cocc. Sym. *δόκιμον*.

Infin. formæ absolutæ, צָרוֹף *conflando*... Cum præf. ל (ל) in (ּ hhaioúph) ob maqqaph mutato, ־כִּצְרֹף *quasi conflares* argentum.... לִצְרוֹף כֶּסֶף, Dan. 11. v. 35. (*vel de eruditis deficient;*) *inter conflandum ex eis*, aut Vulgus *per eos*...

Imper. 2. p. f. m. cum ה parag. unde ל (ל) mutatur in (ּ hhatoúph) inter quod & ר (ּ) primæ radic. fit transpositio, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 166. c. 1. צָרְפָה, vel remanente ל (ל) in penult. צָרוֹפָה, Psal. 25. Hebr. 26. v. 2. *conflato... probato...*

Fut. 1. p. f. c. cum præf. וְאֶצְרֹף *& expurgabo....* Cum præf. & affix. וְאֶצְרְפֶנּוּ, Jud. 7. v. 4. *& probabo eum* populum ibi coram te...

NIPHAL נִצְרַף, unde 3. p. plur. m. Fut. cum præf. וְיִצָּרְפוּ רַבִּים, Dan. 12. v. 10. O. *ἐκ πυρωθῶσι, ἐκ ἁγιασθῶσι πολλοί... & igni purgabuntur, janctificabunturque multi...* Vulg. *& quasi ignis (igni) probabuntur multi...* Alii, *seseque igni probabunt...*

PIEL צֵרֵף, unde Ben. f. m. וְיָשַׁב מְצָרֵף, Malach. 3. v. 3. O. *καθιεῖται χωνεύων....* Vulg. & alii, *sedebit*, non perfunctoriè, sed ex professo, *conflans*...ut aurifex, cùm metalla expurgat. Drus. O. v. 2. *χωνευτηρίου fornacis, in qua metalla conflantur;* legebant מַצְרֵף *fornax, vasve fusorium...*

צֹרֵף m. vide Benóni קַל צֹרֵף, mox supra.

צֹרֶף Mass. *Tsoréph*, nomen arboris, Isai. 41. v. 7. Est Arabibus צרף, vel צֹרֶף, alternando, ut fit, צ & ז, *Tsáreph*, sive *Dsáreph, ficus arbor, arbor montana magnitudine foliisque referens arborem* אתאב Athsab *dictam*, Cedri speciem... *ficus albas ac rotundas*, insipidas, ferens... Gi. Syris, חתא פכיתתא, Græcis Συκάμινος, Latinis *Sycomorus*, sive *ficus fatua*, aut *insipida*, vel *ficus*, sicut & vox, *Ægyptiaca*, unde per metathesin, aut apocopen, Gr. *συκῆ*... Quæ vox, nempe, צֹרֵף sic accepta Isai. 41. v. 7. non versûs hujusce folius, sed & prædicti & præcedentis capitis totius clavis esse videtur. Ex locis hinc inde collectis, collatisque nonnullis ex Novo Testamento parallelis, judicabis. 1°. *Suscitatus*, sive *vocatus* Christus *à Deo ab Aquilone*, seu *ab Aquilonari plaga*, nimirùm, à Galilæa, i. e. à Nazareth, *venit prædicans nomen* Patris, Isai. 41. v. 25. 2°. Adveniens *jubet Sionem, Evangelizatricem cum יִ Jerusalem constitutam, ascendere super montem excelsum; exaltare in fortitudine, exaltare*, inquit, vocem suam, *nec timere;* (adeò timendum erat in Judæa Scripturarum ignora, aut stultè studiosa, religiosave, Deum hominem prædicare.) *Sed dicere civitatibus Juda: Ecce Deus vester, ecce Dominus Jehováh in FORTI venit...* Isai. 40. v. 9. 3°. Suam, Patrisve doctrinam annuntiaturus, demonstratâ priùs deorum inanitate cùm ex *Præteriti*, tum ex *Futuri* ignoratione, utrunque sibi præsens, & *Præteritum* videlicet & *Futurum*, magnum Numinis argumentum, *Primus Sioni ac Jerosolymis?.. annuntiat*, seu *revelat*, Isai. 41. v. 27. confer & versus præcedentes. 4°. Sistendus judicio suos hisce verbis provocat judices: Quis vestrum *justitiam oriri*, ortamque *ante pedes præcedere jubet?* Quis vestrum *sibi sistit gentes? reges deponit?* Vulg. *obtinebit*, O. *ἐκστήσει*... Quis vestrum *similem pulveri reddit gladium* cujusque eorum? *Arcumque propulsam veluti stipulam?* Quis vestrum teges *persequitur, pacificè*, seu *impunè progrediens, iter nec pedibus*, nec moribus *faciens?* Confer Joan. 8. v. 59. *Quis* vestrum, inquam, *operatus est*,

aut fecit iſta...? Ego Dominus Jehovâh, omnium primus, qui ad noviſſima, Meſſiæ ſcilicet, tempora, *ego ipſe* adſum... Iſai. 41. vv. 1. 2. 3. 4. 5°. Præſentem, quem volunt videre Joan. 12. v. 21. *vident inſulæ*, i. inſulares, puta, advenæ Romani, Judæi quoque & proſelyti, Cretes & Arabes... Confer Act. 2. vv. 5. 10. 11. *vident*, inquam, *inſulæ, pavent, ſtupent, qui ab extremis* terris *venerant, populi*, præ magnitudine videlicet, multitudineve miraculorum... Iſai. 41. v. 5. 6°. A Principibus Sacerdotum & Senioribus populi commoti, miſſique cum gladiis & fuſtibus, confer Matth. 26. v. 55. *veniunt, dimicaturi veluti accedunt, ſeſe cohortantur, ſocium quiſque ſuum, dicuntque* לְאָחִיו *fratri (diſcipulo) ipſius*, חֲזָק *comprehende*... Iſai. 41. vv. 5. 6. 7°. Captus igitur, traditusve à אָחִיו *fratre*, ſive *diſcipulo ſuo*, *ἐν σταυρῷ in cruce*, uti ſerpens (*in palo*) in deſerto, ita à terra exaltandus Filius hominis, ut omnia trahat ad ſeipſum... Conf. Joan. 3. v. 14. rogat cui, ὁ θεὸς ὤν, ſit ipſe aſſimilandus? An לַפֶּסֶל *idolo*? An quatenus artifex prudens, à quo ſic σταυρῷ aptetur, affligaturve ne moveatur? Confer Iſai. 40. vv. 18. 19. 20. ubi quidem idololatras ridet propheta; ſed

——*ridentem dicere verum quid vetat?*

Ludit idolum σταυρῷ *palo* ſtabiliendum; ſed alludit ad Chriſtum σταυρῷ *cruci* affligendum. Imò, notes velim quòd prophetæ, maximè Iſaias, clariùs de adventu Chriſti non loquantur, quin veri Numinis ἐλεγκτικοῖς argumentis, collato ſcil. vero cum falſo, audirorum, lectorumve mentes, præparent, ne ſcilicet verus *Dei Filius* ſub forma *Filii hominis* adveniens, ſive *habitu inventus ut homo*, Philip. 2. v. 7. habeatur Jovis veluti filius, pro Mercurio videlicet, aut alio, ſuſceptus.... 8°. Erectis, quos verbo everterat, militibus, lupis veluti, gregem diſpergentibus, ὁ Ποιμὴν ὁ καλὸς, *bonus paſtor*, animam ſuam pro ovibus daturus, eam à ſeipſo poſiturus, unuſque pro populo, ne tota gens periret, moriturus ex ſententia, prophetiave Caiphæ Pontificis *anni illius*, Joan. 11. v. 51. mortis *eligit* genus abominabile, imò תּוֹעֵבָה, Iſai. 41. v. 24. *abominationem* ipſam, i. *Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam*, 1. Corinth. 1. v. 23. nempe, *σταυρὸν crucem*... וַיְחַזֵּק חָרָשׁ אֶת־צֹרֵף מַחֲלִיק פַּטִּישׁ אֶת־הוֹלֶם פָּעַם אֹמֵר לַדֶּבֶק טוֹב הוּא וַיְחַזְּקֵהוּ בְמַסְמְרִים לֹא יִמּוֹט, Iſai. 41. v. 7. *Sumit igitur faber lignarius τὸν Tſáreph*, ſive *Dſáreph*, i. Sycomorum, ſeu ficum Ægyptiacam, *decorticans malleo*, vel *lævigans dolabra*, (A.) *fragmentum* ligni *conveniens*, (B.) ἐπὶ τῇ *angulo*, vel τοῖν *angulis*, (C.) i. e. lignum crucis tranſverſum, *dicens: adhæſioni*, ſive *adhæſuro, affligendove* homini, *hoc eſt idoneum. Firmabitur enim ille clavis; non movebitur*... Obſcuriùs ne hîc de miſſione, de prædicatione, de divinitate, de humanitate, de paſſione, de Cruce Chriſti, ipſius Propheta, S. Hieronymo Apoſtolus, Evangeliſta... loquitur; quàm loqui jubetur cap. 6. vv. 9. 10. 11.? Confer Iſai. cap. 41. v. 8. & ſeqq. maxime 14. 15. ubi Chriſtus Eccleſiam alloquens hiſce verbis confirmat: אַל־תִּירְאִי תּוֹלַעַת יַעֲקֹב מְתֵי יִשְׂרָאֵל, Iſai. 41. v. 14. *ne formides vermis Jacob*, i. parva ac vermis veluti conterenda congregatio *virorum, mulierum, parvulorum* ...*ex Iſraël*...: הִנֵּה שַׂמְתִּיךְ לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ, Iſai. 41. v. 15. *ecce poſui te*, generis feminini, i. Eccleſiam meam, *in traham tribulæ novæ*.... Decebat ut SAPIENTIA ſtultitiæ τῶν βροτοπλάστων pœnas perſolutura τὸν צרף, ſive fatuam ficûs ſpeciem ad crucem eligeret, *ut*, quemadmodum canit Eccleſia, *unde mors oriebatur; inde vita reſurgeret: & qui in ligno vincebat; in ligno quoque vinceretur*... Fructus enim veritus Orientalibus ficus fuit. Ea ſcilicet, quæ inciſa oſtendit crucem, quâ videlicet *lignum tunc notavit*, Chriſtus, ſive Verbum, *damna ligni ut ſolveret*... Cujus arbor ea emittit folia, quæ hominem totum, imò, plures involverent homines, Teſte oculato, Sapientiſſimo

ac eruditissimo Domino Ascari, à Regiis manuscriptis Orientalibus... Merito igitur ficus illa, sive arbor illa, in medio quondam Paradisi sita, nunc nomen gestat Adami, quem tunc & pavit & texit...

NOTÆ.

A. פַּטִּישׁ *malleus*, sive *dolabra*, seu *dolatoria*, Græcis ἀξίνη, vel ἀξίνη Hesychio & σφύρα, & ἀξίνη, i. & *malleus*, & *ascia*, *dolabra*, vel *securis*. Hispanis *Açuela*, Gallis *Arminette*.

B. חָלָם *fragmentum* ligni *conveniens*, à חָלַם *contudit*, *conquassavit*, *fregit*... Chaldæis idem; item, *congruit*, *convenit*, *quadravit*... unde חולמת *conveniens*, *quadrans*...

C. פַּעַם cum (ּ) ob pausam, *angulus*, unde sing. fem. inusit. פַּעֲמָה, ex quo plur. cum affix. פַּעֲמֹתָיו, 3. Reg. 7. v. 30. *angulis ejus*, m. Chaldæis, וְזִוְיָתֵהּ *angulis ejus*, m. absque affixo Syris זויתא, Arabibus זואיא *anguli*... Vide supra פַּעַם, col. 1885.

צָרְפַת Mass. *Tsárphát*, Vulg. *Sarepta*, nom. propr. urbis, Abd. v. 20. *quasi in medio inter Tyrum & Sidonem sita*, 3. Reg. 17. v. 9. Leusd. Etym. *fusio* virri Bocharro, Aliis, *conflatio* metallorum, à צָרַף *conflavit*, *incendit*. Rabbini *Gallium* צרפת *Tsárphâth*, ac per apocopen veluti ac metathesin... פרצ *Phratsa*, *Franciam*, *Gallumque* צָרְפָתִי *Tsárphathí*, i. e. *conflatorem* metallorum, seu tormentorum bellicorum ...vocavêre, à tempore scil. Ludovici Magni, quo Orientales, concusâ tormentis bellicis, totâ ipsorum terra contremente, timore perculsi tonitrua Gallicana primùm audiêre.... Vel *Gallum* Rabbini צָרְפָתִי *Tsárphathí*, h. e. urbium *incensorem*, jam inde ab ipso videlicet sacræ Crucis militiæ tempore, appellavêre ... Vel denique ita nuncupavêre à frequentiori metallorum conflatione...

צָרַר QAL. Lxx. δεσμεύω, Sym. δέω, Lxx. ἐνδέω, Aq. Theod. ἐνδεσμέω, Lxx. ἀποδέω, ἀποδεσμεύω, συνέχω, μισέω, ἐχθραίνω, πολεμέω, θλίβω, καταπατέω, συστρέφω....

Vulg. & alii, *ligo*, *colligo*, *vincio*, *in vincula*, seu *in carcerem conjicio*, *illigo*, *astringo*, *implico*, *irretio*, *involvo*, *religo*, *præligo*, *prohibeo*, *contineo*, *comprimo*, *constringo*, *coarcto*, *constrictum teneo*... *odio habeo*, *prosequor*, *inimicus sum*, *inimicitias gero*, *simultatem exerceo*, *hostiliter ago*, *bellum gero*, *expugno*, *oppugno*, *repugno*, *vexo*, (*premo*, ut calceus à Philostrato dicitur θλίβειν pedem,) *affligo*, *afflicto*, *conculco*, *proculco*, *contemptui habeo*, *opprimo*, *contorqueo*, *convolvo in fascem*, *collectum contorqueo*...

PRAET. 3. p. s. m. ex forma persectorum, צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ בִּכְנָפֶיהָ, Hos. 4. v. 19. *ligavit eam* (*vaccam petulcam*, i. e. populum Israël,) *ventus*, diabolus, in *alis suis*... מִי צָרַר־מַיִם בַּשִּׂמְלָה, Prov. 30. v. 4. *quis colligavit aquas*, maris. *quasi in vestimento?* 3. p. plur. c. cum præf. וְצָרְרוּ & *angustabunt*... Cum affix. צְרָרוּנִי *angustarunt me*, c.

BEN. s. m. Lxx. ἀντικείμενος, ἐχθρὸς, θλίβων... Vulg. & alii, *adversarius*, *infensus*, *infestus*, *inimicus*, *hostis*... *calumniator*, *diabolus*... צֹרֵר־מַיִם בְּעָבָיו, Job. 26. v. 8. *qui aquas constringit in nubes suas*... צֹרֵר הַיְּהוּדִים, Esth. 3. v. 10. *oppressuro Judæos*, Syr. בעלדבבא *hosti*, ad verb. *marito*, sive *domino*, vel *auctori invidiæ*, *Judæorum*. Cum præf. הַצֹּרֵר *angustantem*...Cum affix. וָאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם, Psal. 7. v. 5. *imò erui eum*, *qui me angebat immeritò*. Pisc. Plur. masc. כִּי צֹרְרִים הֵם לָכֶם, Num. 25. v. 18. *erant enim vobis infesti in machinis suis*, *quibus*... Constr. צֹרְרֵי *angentes*... Cum præf. וְצֹרְרֵי & *hostes*... Cum affix. צֹרְרָיו *hostes suos*... m. צֹרְרַיִךְ *hostes tui*... m. צוֹרְרָי, & in pausa, quare תּוֹ (ּ) in (ּ) mutatum, צוֹרְרָי *hostes mei*... c.

PAOUL s. m. צָרוּר, Hos. 13. v. 12. *colligata* iniquitas... Fem. s. צְרוּרָה *colligata*... Plur. f. תּוֹ (ּ) in (ּ) ad euphoniam correpto, צְרֻרֹת *ligata*...

INFIN. formæ absolutæ, צָרוֹר *oppugnanda*... vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 217. c. 2. est aliis Imperat. vide eand. Gram. p. 166. c. 1. vide & infra Imperat. Cum præfix.

כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה, Proverb. 26. v. 8. *qui mittit lapidem in acervum Mercurii... Hieronymus alludit ad acervos lapidum, quos Gentiles olim Mercurio, viarum duci, in triviis haud procul ab ejus statuis accumulabant, ut in honorem Dei istius vias ab offendiculis expurgarent*, &c. Tarin. Eruditè certè. At commodiùs O. ὃς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ, ὅμοιός ἐστι τῷ διδόντι ἄφρονι δόξαν. *qui alligat lapidem in funda, similis est ei, qui dat stulto gloriam.* Stultè uterque agit... לִצְרֹר, Levit. 18. v. 18. (*& uxorem ad sororem ejus*, i. e. *mulierem* unam *ad alteram ne assumito*, Polygamia hic prohibetur, Ethnicis improbata, Phocylides,

Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς, ἐπὶ πήματι πῆμα.

... Sed multis Patribus Divinâ dispensatione permissa... Vide Synops.) Vulg. *in pellicatum*... O. ἀντίζηλον... Lxx. *æmulam*, sive *pellicem*... Alii, *ad lacessendum*, Arab. *ut fit ipsius rivalis*....

Imper. 2. p. s. m. defectivè, צוֹר תְּעוּדָה חֲתוֹם תּוֹרָה בְּלִמֻּדָי, Isai. 8. v. 16. *liga, complica, testimonium, obsigna, consigna... legem*, seu *doctrinam per discipulos meos* prædicandam... Christus ad ipsius prophetam... Ex forma perfectorum cum (ּ) sub prima radic. loco תּ (ּ), vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 166. c. 1. צָרוֹר אֶת־הַמִּדְיָנִים, Num. 25. v. 17. *affligite hostiliter, vexate Madianitas*... Est תּ צָרוֹר, per metathesin vel contractè pro צררו, 2. p. plur. m. Sic enim Samar. ... *premite*... O. ἐχθραίνετε... *pro inimicis*, sive *hostibus habete*... Ita זָכוֹר, Exod. 13. v. 3. *memento*... pro זכרו, Vulg. *mementote*... unde Samarit. ... *recordamini*... O. μνημονεύετε....

memoramini... Targ. הֲווֹ דְכִירִין *memores estote*... Vel תּ צָרוֹר est Infinitivus formæ absolutæ sæpiùs usitatæ in Verbi conduplicatione, ac Verbum proinde vel conduplicatum, vel conduplicandum indicantis, uti hic (צְרוּ) צָרוֹר *oppugnando*, (*oppugnate*...)

Pual צֹרַר, unde Paoul plur. m. cum præf. וּמְצֹרָרִים, Jos. 9. v. 4. O. ἀποδεδεμένους... Alii, (&) *alligatos, colligatos*... præ ruptura scil. Vulg. *atque consutos*...

צְרֹרוֹת plur. ex terminatione fem. vide supra צְרוֹר, col. præced.

צֶרֶת Mass. *Tséreth*, Vulg. *Sereth*, nomen proprium filii Assur ex Halaa, 1. Paral. 4. v. 7. Etym. *satureia, origanum*... à צרת, & cum א emphat. צרתא Syr. idem.

צֶרֶת הַשַּׁחַר Mass. *Tséreth-haschschàhhar*, Vulg. *Sarathasar*, nomen propr. urbis Tribûs Ruben, Jos. 13. v. 19. Etym. *angustia decursûs aquæ*, à צֶרֶת *angustia*, (formæ נֶפֶת, רֶחֶת...) R. צור *angustavit*... & שחר Arab. *decursus aquæ*...

צָרְתָן Mass. *Tsarthân*, Vulg. *Sarthan*, nom. propr. urbis, aut loci *non longè à Jordane*; Jos. 3. v. 16. 3. Reg. 7. v. 46. *inter Succoth & Tzartan fusæ sunt columnæ Salomonicæ.* Had. Reland. Palæst. p. 1058. Eadem צרדתה *Tsredhàthah*, Vulg. *Saredatha*, dicitur 2. Paral. 4. v. 17. unde תּ צָרְתָן, (vel cum ה paragog. צָרְתָנָה) idem etymon, eandemque radicem cum תּ צְרֵדָתָה habere videtur, amisso videlicet per syncopen תּ (דָ).

צָרְתָנָה Mass. *Tsarthânah*, Vulg. *Sarthana*, nom. propr. urbis vel loci, *propè Iizreel & Bethschean*, 3. Reg. 4. v. 12. idem *videtur ac præcedens.* Had. Reland. Palæst. p. 1058.

קא

קֵא m. unde cum affix. Proverb. 26. v. 11. *ut canis* שָׁב עַל־קֵאוֹ, O. ὥσπερ κύων ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἔμετον *quum irruat*, sive *irruens in ipsius vomitum*.... Vulg. & alii, *qui revertitur ad vomitum suum*... oblitus scil. recentis molestiæ, nec metuens ejusdem renovationem. Piscat. Rad. קיא *vomuit, fastidivit*... vel potiùs קָא Arabibus.

bus, *vomuit*, terra aquam *manavit*, quasi *vomuit*...

קָאִית, קָאַת f. Lxx. *ὄρνεον*, *καταῤῥάκτης*, *πελεκάν*, *χαμαιλέων*... Vulg. & alii, *avis*, *ales*, *volucris*, *catarracles*, i. e. *avis rapax*, Aliis, *diomedea*, Græcis Ἡρῴς, Vulg. & aliis, *mergulus*, maritimus, aquilarum species ...*pelicanus*, sive *pelecanus*, picus martius, *παρὰ τὸ πελεκᾶν τὰ ξύλα*... *leo pumilus*, animal, quod subinde colorem mutat: unde Proverb. Chamæleonte mutabilior. Scap. Vulg. & alii, *onocrotalus*, avis cygno similis, sic dicta, quòd collum in aqua mergens, spirânsque, asini veluti ruditum edat, *ἀπὸ τοῦ*, nempe, *ὄνος asinus* & *κρόταλον crepitaculum*... Alii, *onocentaurus*... *ardea*, seu *ardeola*, *ἐρωδιός*, quasi *ἑλωδιός*, *παρὰ τὸ ἐν ἕλεσι διατρίβειν*... Suid. Aristot... Gal. *heron*... *ἶβις ibis*, avis serpentes devorans, ob id Ægyptiis culta... Traditur autem *ibis* clysteris usum prima commonstrasse, quod consuetudinem habeat se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. Calep. Cum præfix. הַקָּאַת *pelecanus*, in Buxtorf. Concord. *platea*... הַקָּאַת & *pelicanus*, *platea*.... Constr. cum præfix. דָּמִיתִי לִקְאַת מִדְבָּר, Psal. 101. Hebr. 102. v. 7. *similis factus sum pelecano*, al. *anseri*, al. *cygno*... *deserti*... Hebræum קאת kaath, tam Arabes, *quàm* Talmudici *nos docuére idem esse, quod* קוק kuk; & kuk *avem esse aquaticam*, & *longo collo. Sed cum hoc non sufficiat, quia multæ sunt aves aquaticæ & longo collo*, Græci & Hieronymus pelicanum *nobis designant: quam versionem ut verissimam amplector libens. Nam eò nos ducit origo vocis, quæ palàm orta est à Verbo* קאה kaah, *id est*, vomere. Aristoteles historiæ lib. 9. cap. 10. *οἱ δὲ πελεκᾶνες, οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι, καταπίνουσι τὰς μεγάλας κόγχας καὶ λείας· ὅταν δ' ἐν τῷ πρὸ τῆς κοιλίας τόπῳ πέψωσιν, ἐξεμοῦσιν, ἵνα χασκουσῶν τὰ κρέα ἐξαιροῦντες ἐσθίωσι. pelicani fluviatiles magnas levesque conchas deglutiunt, & in stomacho coctas evomunt, ut ex biantibus carnes ablatas comedant*. Bochart. lib. II. de animal. cap. XXIV. partis post. At 1°. qua in lingua Verbum קאה usitatum? 2°. Quonam, amabo, pacto per vocem קאת *Kaath*, *Græci & Hieronymus* pelicanum *nobis designant*, qui nihil hacce voce certum sibi designant? Quippe cùm τὸ קאת *kaath* & Græcis modò *καταῤῥάκτης*, modò *χαμαιλέων*, modò *ὄρνεον τι avis nescio quæ* videatur; & S. Hieronymo nunc *onocrotalus*, nunc *mergulus*, nunc *pelicanus*... unde quidam sic vertunt τὸ *νυκτικόραξ*, nempe, דָּמִיתִי לִקְאַת מִדְבָּר *similis factus sum feli deserti*, sive *cato ululanti*, à קָאתָא, seu קָתָא Chald. *noctua*, *catus-ululans*, Gall. *chat qui huë*, ou *chat-huant*, ainsi nommé, parce que cet oiseau a une tête de chat, & prend les souris comme un chat, & crie fort haut la nuit; ce qu'on appelloit autrefois, *huër*. Menag. Avis deserti, aut solitudinis amans, quod τοῦ מִדְבָּר designatur. Vel ab Arab. קטט, alternando scil. ת & ט, *qâtton*, sive *quitton*, *felis mas*, catus, Gi. unde Gr. *κάττα catta*, Evagr. lib. 6. cap. 24. Germ. *ein katz*, Angl. *à cat*, Gall. *chat*, provinciæ quædam, vulgus certè, *cat*, Ital. *gatto*, Hisp. *gato*. R. קָטַט Arabibus, *secuit* rem *perlatum*, seu *transversum*, uti catus soricem ... Aut קָטָא Samaritanis, *succidit*:... Syris, *circumivit*, *ambivit*... unde & Syr. קטא *qatô*, *felis*... Vel denique est קטא *qâtan*, Arab. *avis columbæ similis magnitudine & formâ; quæ gregatim volat & è longinquo aquam petere novit, vocem kata, kata edens*: unde illi nomen. Duæ species sunt: una כדרי, altera גתי dicta. Illa *colore fusco, dorsum ventremque variegata albo & nigro, cervice flava, brevi cauda est*: אלגנבי *ferè duplo major, interiora alarum & pennas remiges nigrantes habet, dorsum fuscum cum flavedinis* mixturâ. Unde adagium, ליס קטא מתל קטי kothijion. *Non sunt magni similes parvis*. Gi. Meid.

קַב m. unde cum præf. הַקַּב, 4. Reg. 6. v. 25. O. τοῦ κάβου, Vulg. & alii, *cabi*, Gall. *d'un demiseptier*, & *d'un posson* $\frac{1}{48}$. Est τὸ קַב *qâbh*, Gr. *κάβος*, Lat. *cabus*, Gall. *cabas de figues*, Belg. *kab*... mensura arido-

rum, ſexta pars τῦ ſea, ſive ſati; pars decima (quod lege in Gram. Hebr. t. 2. p. 527. c. 1.) octava τῦ Epha; proindeque capiebat pollices cubicos 79. & 406177/704969 poll. cub... R. קבב II. Conjug. Chaldæis, Arabibus.. *concamerato opere ſtruxit*... *opus opere rotundo elaboravit*... domus, &c. *rotunda fuit, effecta eſt.* Av. l. 18. 6. unde קַב *cabus*... menſura aridorum, ex opere ut plurimum rotundo, ſic dicta...

קָבַב QAL. Lxx. ἀρἀομαι, Lxx. Aq. καταράομαι, Lxx. ἐπικαταράομαι... Vulg. & alii, *maledico, imprecor, execror, diris devoveo*...

Praet. 3. p. ſ. m. cum affix. ה loco τῦ (ו), ex Arabiſmo, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 339. c. 1. Num. 23. v. 8. *quâ* imprecatione *maledicam?* לֹא קַבֹּה אֵל *non maledixit Deus?* vel *quonam pacto maledicam, cui non maledixit Deus?* Aut *quorsùm maledicam, non maledicente Deo?* 2. p. ſ. m. cum præf. & affix. וְקַבֹּתוֹ *& execreris eum*...

Infin. קֹב *execrando*... Cum præfixo ל, τῷ (ָ) ante Infinit. monoſyllabum afficiendo, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 217. c. 1. לָקֹב *ad execrandum*...

Imper. 2. p. ſ. m. ex forma (ָ) cum ה parag. & (ָ) ſub ק, loco τῦ (ֹ) & daghéſch per æquivalentiæ legem, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 217. c. 1. קָבָה־לִּי אֹתוֹ *qábhablli othó*, Num. 22. v. 11. *maledic ei ante*, vel *propter me*... Cum præf. & affix. ex eadem forma (ָ) eodemque, quo mox ſupra, modo in (ְ) mutato, cum נ Arabibus paragog. levi, quod Futuro frequentiùs, Imperativo interdum, accidit, cùm rem futuram quodammodo petit, ut fit interrogando, imperando, vel optando, & cùm præcedit juramentum, quod נ parag. accedente affixo, vel diſcedit, vel remanet... vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 217. c. 1. ac ſynopſ. inſtit. Arabic. Alting. p. 52. num. 3. וְקָבְנוֹ *& maledic ei*... m.

Fut. 2. p. ſ. m. cum affix. ex forma (ָ), &c. ut ſupra, vel potiùs à Verbo נָקַב, quod vide ſupra, col. 1373. תִּקָּבֶנּוּ *maledicito ei*... m.

קֵבָה f. unde cum præf. Deut. 18. v. 3. *dabit populus Sacerdoti, nempe, armum & maxillas* (totum ſcil. caput) וְהַקֵּבָה, O. καὶ τὸ ἤνυστρον, Vulg. & alii, *& ventriculum;* eſt porrò τὸ Hebr. קֵבָה *marſupium in pecoris inteſtinis, in quo lactentis lac collectum coagulatur*... Ariſtot. hiſt. lib. 2. cap. 17. animalia, quæ ruminant, quatuor ventriculos habere aſſerit, quorum primum ad os ſtomachi vocat τὴν κοιλίαν τὴν μεγάλην, *magnum ventrem;* ſecundum κεκρύφαλον *reticulum*, à figura retiformi; tertium ab aſperitate ἐχῖνον. quartum denique ἤνυστρον. *Et lib. tert.* De partibus animalium *capite decimo quarto docet hos quatuor ventriculos ſupplere vicem dentium, quæ illis ab una parte deſunt. Neque enim ſunt* ἀμφόδοντα... *Eſt* ἤνυστρον *ab* ἤνυσε, perfecit, & abſolvit: *quia cibi digeſtio, in prioribus ventriculis ſolùm affecta, in iſto plane perficitur, & conſummatur*... *inde vocatur* ἤνυστρον, *quaſi* perfectorium, *ultimus ille ventriculus. Sed* קבה, *in quo agni, vel hædi, vel lepuſculi lactentis lac coagulari ſolet, ſitne primus, aut ultimus, aut unus è mediis ventriculis planè neſcimus*, Bochart. lib. II. cap. XLV. col. 505... à קבה *qíbbathon*, vel *qíbathon*, id, quod חפת *hháphitbſon*, Arab. *echinus*, ἐχῖνος, (ventriculus ab aſperitate ſic dictus, vide mox ſupra...) ſeu *ilia pelliculata* ovis. Gi. R. קבב Arabibus, *extenuatus fuit* uterus... *mugivit*... unde קבי *qabbíion*, Arab. *qui jejunat donec concidant ilia.* Gi.

קֻבָּה f. unde cum præf. הַקֻּבָּה, Num. 25. v. 8. O. τὴν κάμινον... Σ. τὸ πνείνιον, al. πορνεῖον... A. τὸ τέγος... Lxx. *caminum*... Sym. *fornacem*, vel *balneum*, ſive *fornicem*.... Aq. *tectum*... Vulg. & alii, *lupanar*... à Arab. קבה *qúbbathon*, *fornix, concameratum opus, teſtudo*... R. קבב Arabibus, *concamerato opere ſtruxit*.... unde Hebr. קֻבָּה *fornix*.... ex quo Lat. *fornicari*...

קֳבָה ex קוּבָה, f. unde, ut creditur, cum affix. mutato τῷ (וּ) in (ֳ), vel potiùs in ſimplex (ֳ hhatoúph) cui, ipſius veluti index, τό ( ) adjungitur, rudiorum gratiâ, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 35. c. 4.

& 41. c. 1. קֻבָּתָהּ, Num. 25. v. 8. O. τῆς μήτρας αὐτῆς. Lxx. & alii, *vulvam ejus*; à קבתא Chald. *stomachus*, *vulva*.... R. קָבַת Arabibus Fut. O. i. q. קָבַץ, Fut. I. *strinxit alvum*... Av. l. 126. 9. item, *contraxit*... unde קבת, & cum emphasi קבתא Chald. *stomachus*.... à contractione sic dictus. Hincque Hebr. קֻבָּה, formæ גּוֹרָל *sors*, idem; masc. scil. pro quo temerè ponitur קֻבָּה, f.

קִבּוּצִים plur. m. unde cum affix. יַצִּילֻךְ קִבּוּצַיִךְ, Isai. 57. v. 13. O. ἐξελέσθωσάν σε ἐν τῇ θλίψει σου· Lxx. *eruant te in tribulatione tua*... Vulg. & alii, *eripiant*, *liberent te congregati tui*... *turmæ tuæ*, vel alienorum, ℣. 9. quibus confisus es; vel idolorum, Isai. 65. v. 11. vide Deut. 32. vv. 37. 38. Vers. Ang. R. קָבַץ *congregavit*, de re dispersa dicitur, ut אָסַף de non dispersa, manu, pede, &c. unde קִבּוּץ, m. Chald. *congregatio*, *collectio*...

קְבוּרָה f. Lxx. Incert. ταφή, Lxx. τάφος, μνῆμα, μνημεῖον... Vulg. & alii, *sepultura*, *funus*, *exequiæ*, *tumulus*, *sepulchrum* (mortuorum scil. sive motiturorum) *monimentum*.... וְגַם־קְבוּרָה לֹא הָיְתָה לּוֹ, Ecclef. 6 v. 3. (ubi ultimæ duæ voces ob daghésch forte, euphonicum ל טּוֹ infixum conjunctim leguntur, *háithabllô*, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 29. c. 2.) *nec etiam sepultura fuerit illi*... Tantæ erat calamitatis, non modò apud Gentiles, sed & apud Israëlitas sepulturâ carere. Cum præfix. הַקְּבוּרָה *sepultura*... בִּקְבוּרָה *in sepultura*.... Constr. קְבוּרַת *sepultura*, *sepulchrum*... טּוֹ (ו) in (ֻ) ad euphoniam correpto, הִוא מַצֶּבֶת קְבֻרַת־רָחֵל עַד־הַיּוֹם, Gen. 35. v. 20. *hic titulus* (*hæc statua*, *erectio*, *columna*, O. στήλη...) *sepulchri Rachel* perseverat *ad hanc usque diem*. Cum affix. טּוֹ (ו) in (ֻ) mutato, קְבֻרָתָהּ, קְבֻרָתוֹ *sepulchrum ejus*, m. —f. Cum præf. & affix. בִּקְבֻרָתוֹ *in sepulchro suo*, m. בִּקְבֻרָתָם *in sepulchro eorum*... Rad. קָבַר *sepelivit*...

קבל QAL, Chald. קְבַל, Gr. per metath. βλαχάδομαι, Lat. per aphæref. *balo*, *clamo*... *capulo*, *decapulo*, Æthiop. (לבק *cabala*) *evacuo*... Hinc Hisp. *cabal m. lo*, *que cabe à cada uno. Portio*, *quæ cuique contingit*, vel *quam singuli accipiunt*... Gal. *Gabelle*...

PIEL קִבֵּל, Lxx. per aphæref. & metathef. λαμβάνω... δέχομαι, Sym. ἐπιδέχομαι, Lxx. προσδέχομαι, ὑποφέρω, ἐκκλίνομαι... Vulg. & alii, *sumo* (Lat. per apoc. *capio*, *accipio*, *recipio*, *suscipio*...) *sustineo*, *lego*, sive *eligo*, *adnoto*, *colligo*... Ex usu Chald. *trado*... Gall. per aphæref. *je baille*...

PRAET. 3. p. s. m. וְלֹא קִבֵּל, Esth. 4. v. 4. O ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη *ille autem non obtemperavit*; *qui non accepit*, recipere renuit. Cum præf. וְקִבֵּל הַיְּהוּדִים, Esth. 9. v. 23. *& suscepit Judæi*, i. e. unusquisque ipsorum ... Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 550. 3. p. plur. c. cum præfix. וְקִבְּלוּ, & mutato טּוֹ (ו) in (ֻ) ad euphoniam, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 163. c. 1. וְקִבְּלֻ, Esth. 9. v. 27. ubi Massorethæ legendum docent וקבלו cum ה parag.... *& exceperunt* (annotârunt) *receperunt*...

IMPER. 2. p. s. m. טּוֹ (ֵ) ob maqqáph in (ֶ) correpto, קַבֶּל־ *accipe*... Cum præf. וְקַבֵּל מוּסָר, Proverb. 19. v. 20. (*audi consilium*;) *& accipe disciplinam*.

FUT. 3. p. s. m. cum præf. & affix. וַיְקַבְּלֵם *& suscepit eos*... 3. p. plur. m. cum præf. וַיְקַבְּלוּ *& receperunt*... 1. p. plur. c. נְקַבֵּל *accipiemus*...

HIPHIL הִקְבִּיל, unde BEN. plur. f. מַקְבִּילֹת הַלֻּלָאֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ, Exod. 26. v. 5. τὸ Σαμαρειτικὸν, διαδεχόμεναι συμβολαὶ μία πρὸς μίαν ἀντιπρόσωποι, κατὰ τὸ προσέχειν ἀλλήλαις. O. κατὰ τὴν συμβολὴν τῆς δευτέρας, ἀντιπρόσωποι ἀντιπίπτουσαι ἀλλήλαις εἰς ἑκάστην. Samar. *excipientes commissuræ*, *unam ad alteram*, *è regione*, *secundum ipsam adhæsionem aliarum aliis*. Lxx. (...*ex parte aulæi*) *ad commissuram secundi*, *faciem contra faciem concurrentes ad invicem ad unamquamque*. Vulg. *ita insertas*, *ut ansa contra ansam veniat*, *& altera alteri possit aptari*. Alii, *excipientes*, *occurrentes*, *laqueolos* (*ligulas*, *loramenta*...) *unum alteri*, respondentes...

קֳבֵל m. nomen, vel adverbium, aut præpositio, Lxx. ἀπέναντι... Vulg. & alii, *ex*

adverso, è regione, coram, palam, adversus ... Constr. remanente לְמֶד (·) in penultima, quod sit pro (-) & daghésch, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 88. hholémque in (· hhatoúph) correpto, וַיַּכֻּהוּ קָבָל־עָם, 4. Reg. 15. v. 10. O. καὶ ἐπάταξαν αὐτὸν Κεβλαάμ... Lxx. *& percusserunt eum Keblaám* ... Alii, *& percussit eum coram populo.* Syr. לוקבל *ad occursum populi*.... Cum affix. Ezech. 26. v. 9. infixo ל לָמֶד daghésch forti, quod post (-) nunquam imprimitur, ibi igitur pingitur qaméts hharoúph cum scheva, ut hhatéph qaméts hharoúph, rudiorum gratiâ, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 41. c. 1. וּמְחִי קָבָלּוֹ יִתֵּן בְּחוֹמוֹתָיִךְ, Vulg. *& vineas & arietes temperabit in muros tuos*... Alii, *& helepolin* (*arietem*, machinam bellicam ad evertendos muros...) *admovebit muris tuis*... Alii, *& ictum ex directo dabit*, &c. Quidam, *& ictum occursûs sui*... Arieti comparat Nabuchodonosorem... R. קְבַל Syris, *sese opposuit, obvius fuit, occurrit*... Hebræis in Piél, קִבֵּל, Chaldæisve in Paél, קַבֵּל, *accepit*... unde קַבָּלָה *Qabbaláh*, sive *Kabbaláh*, aut *Cabbaláh*, *doctrina* à majoribus (aiunt Cabbalistæ) tradita & accepta, mysticè & ænigmaticè proposita, de rebus divinis, angelicis, cælestibus, metaphysicis ... miris symbolis & arcanis docendi modis involuta... Quæ duplex, עִיּוּנִית Theoretica, & מַעֲשִׂית Pratica; cujus nemo capax sine חלב טוב.. Lex. Heptaglott. Vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 389.

קְבַל PEAL, Chald. unde PAEL קַבֵּל, Lxx. λαμβάνω, παραλαμβάνω.. Vulg. & alii, *accipio, recipio, suscipio*... *accipio quasi per manus traditum, accipio audiendo à majoribus*...

PRAET. 3. p. s. m. קַבֵּל מַלְכוּתָא, Dan. 5. v. 31. vel 6. v. 1. Vulg. *successit in regnum* ... Alii, *accepit regnum*...

FUT. 3. p. plur. m. cum præfixo (ו) copulativo, cujus schevá, sive (·) cum schevá, seu (·) sub (י), contrahitur in hhiriq, i. unum punctum sub (י), vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 385. c. 1.... & ן parag. quod Chald. & Syr. *hic* (in personis scilicet desinentibus in (י) vel (ו)) *semper adhibent.* Lud. *de Dieu*, Gram. p. 205. Aut plerumque Gram. Hebr. t. 2. p. 58. c. 2. וִיקַבְּלוּן *& suscipient*... 2. p. pl. m. תְּקַבְּלוּן *recipietis*...

קֳבֵל, vel קְבַל Chald. unde cum בָּל־ vel בָּל־ præced. & דְּנָה vel דִּי seq. בָּל־קֳבֵל דִּי vel בָּל־ ... בָּל־קֳבֵל דְּנָה vel בָּל־ ... Lxx. καθότι, καθὼς τότε ... Vulg. & alii, *quòd, eò, quòd, propter hoc, propter quòd, quandoquidem, quamvis, secundùm quòd, quatenus, quomodo, quâ ratione, sicut, quemadmodum, quia, quoniam, quantum, postquàm, simul atque, quum, quum primum, nam, quippe, quando, aliquando* בָּל־קֳבֵל דִּי־הֲוָא ... עָבֵד, Dan. 6. v. 10. vel 11. *quemadmodum fecerat*, i. e. Vulg. *sicut & ante facere consueverat*... propriè, *omnino ut*... בָּל־קֳבֵל דְּנָה, ibid. v. 9. Lxx. τότε *tunc*... Vulg. *porrò*... Alii, *propterea, idcirco*, ad verbum, *hoc omni*, vel *hoc planè respectu*... Cum præf. לְקֳבֵל, לָקֳבֵל, O. κατέναντι ... Vulg. & alii, *contra, e regione, ex adverso, coràm, palàm* ... לָקֳבֵל נֶבְרַשְׁתָּא, Dan. 5. v. 5. *contra lychnuchum*... Cocc. לָקֳבֵל צַלְמָא, Dan. 3. v. 3. O. ἀπέναντι τῆς εἰκόνος ... Vulg. & alii, *coram imagine*... *in conspectu statuæ*... וְלָקֳבֵל *& coram.* Cum præf. & affix. לָקָבְלָךְ, Dan. 2. v. 31. O. πρὸ προσώπου σου ... Vulg. & alii, *contra, coram te, ante faciem tuam, ex adverso tui*... m R. קָבַל Arabibus Fut. A. *advenit, adventavit*... in III^a. Conjug. *è regione oppositus fuit, opposuit se, ex adverso respexit*... Hinc Gr. Κόβαλοι, Germ. *Goblines*, (Gall. *Goblins*,) κλέμματα, spiritus furtivi, qui noctu ædes frequentant privatas, muros veteres ... Cl. M. Casaubon...

קָבַע QAL. Lxx. πτερνίζω, Aq. Sym. ὑποσκελίζω, Aq. καθυλώω, Alii, *supplanto, decipio*; quasi i. q. עָקַב, *privo, spolio, rapio, diripio*... Vulg. & alii ex usu Chald. Syr. Samar.... *figo, affligo, infigo*... *clavis defigo, configo*...

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. וְקָבַע אֶת־ קֹבְעֵיהֶם נָפֶשׁ, Proverb. 22. v. 23. O. καὶ ῥύσῃ σὴν ἄσυλον ψυχήν. A. καὶ καθυλώσει τοὺς καθυλώσαντας αὐτόν. Σ. καὶ κολάσεται τοὺς κολαζομένους ψυχὴν αὐτῶ. Lxx. *& ernes à prædâ*

periculo animam... Aq. Vulg.... *&*, *clavis*, *configet eos*, *qui* (Vulg. *animam ejus*) *ipsum*, *clavis*, *confixerunt*. Est τὸ נפש *anima*, *persona*, *ipsemet*, *ipse*, *homo*... Quòd non corpus, sed anima homo est; *ἡμεῖς ἡ ψυχή*... Hierocl. 2. 150. Sym. *& castigabit eos*, *qui animam ejus*, i. ipsum, *castigabant*... Alii, *eorumque spoliatores vitâ spoliabit*... Castal. Quidam, *& auferet* ipsis, *qui illis auferunt*, *vitam*... 1. p. plur. c. cum affix. dilato (·) in (-) sub ע, vide Gram. Heb. t. 1. p. 346. c. 2. בַּמֶּה קְבַעֲנוּךָ, Malach. 3. v. 8. Vulg. *in quo configimus te?* Alii, *in quo spoliamus te?* m. *in decimis & oblatione?*

Ben. plur. m. Malach. 3. v. 9. *maledictione vos maledicti*; *&*, *unde*, *vos me* קֹבְעִים הַגּוֹי כֻּלּוֹ *spoliatis*, Vulg. *configitis*, *gens universa*. Cum affix. קֹבְעֵיהֶם *rapientes eos*... m.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. ex forma (-) ob ע, הֲיִקְבַּע אָדָם אֱלֹהִים, Malach. 3. v. 8. *an spoliabit homo Deum*...? Vulg. *si affliget homo Deum*...?

קֻבַּעַת f. unde אֶת־קֻבַּעַת כּוֹס, Isai. 51. vv. 17. 22. O. *τὸ ποτήριον τῆς πτώσεως*... Σ. *τὸν κρατῆρα*... Lxx. utrobique, *calicem enim ruinæ*... Sym. *craterem*... Vulg. *usque ad fundum calicis*... Alii, *imò fæces calicis*... R. קָבַע Arabibus, *concidit*... unde קבעה *qoúbathon*, *calyx*, *folliculus florum*, sic dictus, quòd citò concidat... Inde etiam קֻבַּעַת *fæx*... sic dicta, quòd sit composita ex partibus terrestribus, sive crassioribus, quæ motu carentes continuò concidunt, imoque in loco considunt...

קָבַץ QAL. Lxx. *συνάγω*, *ἀποστέλλω*, *ἐπισυνάγω*, *ἀθροίζω*, *συναθροίζω*, *ἐκκλησιάζω*, *εἰσδέχομαι*, *ἐκλέγω*, *ἐκλέγομαι*, *ἀποστρέφω*... Vulg. & alii, *congrego*, *colligo*, *contraho*, *concludo*, *comprehendo*, *complector*, *comprimo*, *aggrego*, *post alium colligo*, seu *congrego*, *congero*, *coacervo*, *ad concionem voco*, *intrò admitto*, *recipio*, (Vulg. *adduco*,) *adnoto & colligo*, *lego*, *eligo*, *detraho*, *depello*, *averto*... Dicitur propriè de re dispersa: אָסַף de re non dispersa. Sic rectè dicitur אֱסֹף יָדֶךָ *retrahe manum tuam*, 1. Reg. 14. v. 19. non autem קְבֹץ... Buxt. Lex.

Praet. 3. p. s. m. קָבַץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ, 3. Reg. 20. v. 1. *collegit omnes copias suas*...

Ben. s. m. Ezech. 22. v. 19 *ecce ego* קֹבֵץ אֶתְכֶם *congregaturus vos*... Cum præf. וְקֹבֵץ עַל־יָד יַרְבֶּה, Proverb. 13. v. 11. (*opulentia ob*, *per vanitatem dilapidatur*, minuitur;) *qui* opes *congregat ad usum* proprium, *auxiliumve* aliis ferendum... *augebit* eas... rem faciet.

Paoul plur. m. קְבוּצִים *congregati*...

Infin. cum præf. & affix. mutato τῷ hhólem in (- hhatoúph), quod cum (·) penultimæ sedem commutat, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 351. c. 1. Sophon. 3. v. 8. *quia judicium* (*jus*) *meum* erit *in gentes colligendas*; לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת *in regna mihi congreganda*... aut, *ut colligam ego regna*...

Imper. 2. p. s. m. קְבֹץ *congrega*... 2. p. plur. m. קִבְצוּ *congregate*... Cum præfix. וְקִבְצוּ *& congregate*...

Fut. 3. p. s. m. τῷ hhólem in (- hhatoúph) ob maqqáph correpto, לִבּוֹ יִקְבָּץ־אָוֶן, Psal. 40. Hebr. 41. v. 7. *cor ipsius coacervat vanitatem*..., Cum præfix. וַיִּקְבֹּץ *& congregavit*... Cum affix. יִקְבְּצֶנּוּ, Proverb. 28. v. 8. *congerit eas* opes, *gratiosè pauperibus*, aut *tenuibus largiturus*... Cum præf. & affix. וַיִּקְבְּצֵם *& congregavit eos*... 2. p. s. m. וְאֶת־כָּל־שְׁלָלָהּ תִּקְבֹּץ אֶל־תּוֹךְ רְחֹבָהּ, Deut. 13. v. 16. *& omnia ejus spolia coacervabis media in platea*, Cocc. *in forum*... 1. p. s. c. אֶקְבֹּץ *congregabo*. Cum præf. & ה parag. וְאֶקְבְּצָה *& congregabo*... וָאֶקְבְּצָה *& congregavi*. Cum præf. & affix. וָאֶקְבְּצֵם *& congregavi eos*. 3. p. pl. m. cum præf. וְיִקְבְּצוּ *& congregent*... וַיִּקְבְּצוּ *& congregârunt*...

NIPHAL נִקְבַּץ, Lxx. *συναντάω*, *συνάγομαι*, Incert. *συναθροίζομαι*... Vulg. & alii, *occurro*, *in aliquem incido*, *colligor*, *congregor*, *contrahor*, *concludor*, *congeror*, *coacervor*...

Praet. 3. p. pl. c. נִקְבְּצוּ אֵלֵינוּ. Jos. 10. v. 6. *congregati sunt*, Vulg. *convenerunt*, *adversus nos*... כֻּלָּם נִקְבְּצוּ בָאוּ־לָךְ, Isai. 49. v. 18. *omnes illi collecti veniunt tibi*, collecti sunt, ut tui fiant. Sic cap. 60. v. 4. Cocc. vel *congregant se ut veniant tibi*. Piscator. Cum præf. וְנִקְבְּצוּ *congregabuntur*... In pausa, quate τὸ (-) primariæ vocis revocatum

in (-) sub ב mutatur, וּבְקָבְצוֹ *& cum congregati fuerint*...

Ben. plur. m. cum præf. הַנִּקְבָּצִים *congregati.* Cum præf. & affix. לְנִקְבָּצָיו *ad congregatos ejus*, m.

Infin. cum præf. בְּהִקָּבֵץ, Psal. 101. Heb. 102. v. 23. *dum congregabuntur populi*.... וּבְהִקָּבֵץ, Esth. 2. v. 8. *& cum congregarentur* ... לְהִקָּבֵץ *ad congregandum*...

Imper. 2. p. plur. m. הִקָּבְצוּ *congregate vos.*

Fut. 2. p. f. m. לֹא תֵאָסֵף וְלֹא תִקָּבֵץ, Ezech. 29. v. 5. *non colligêris, nec aggregaberis* patribus tuis, i. nec sepeliêris... 3. p. plur. m. יִקָּבְצוּ *congregabuntur*... Cum præf. וְיִקָּבְצוּ *& congregabuntur*... וַיִּקָּבְצוּ *& congregârunt se*... 2. p. plur. m. תִּקָּבְצוּ *congregabimini.*

PIEL קִבֵּץ, Lxx. συνάγω, Aq. ἀθροίζω, Lxx. συναθροίζω... Vulg. & alii, *congrego, colligo*.... *acervo, coacervo*... Lxx. item, ἐκδέχομαι (ex usu Arab.) *excipio*... ἐλεέω *misereor*... Substantivè, paraphrasticôs, συσπασμός *adustio*...

Praet. 3. p. f. m. cum affix. וּמֵאֲרָצוֹת קִבְּצָם, Psal. 106. Hebr. 107. v. 3. *ex terris collegit eos*... ex multis populis adduxit ad unam fidem, & dispersos fecit congregari... Cocc. קִבְּצָן *congregavit ea*... Cum præf. & affix. וְקִבֶּצְךָ *& colliget te*, m. Deut. 30. v. 3. ubi τό (·) penult. ex (-) ortum in (·) ob concursum mutatur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 338. c. 1. 3. p. f. f. ex forma (-) quod revocatum in (·) ob pausam mutatur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 174. c. 2. קִבָּצָה *coacervavit*...1. p. f. c. cum præf. unde accentus à penultima ad ultimam retractus, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 310. c. 1. וְקִבַּצְתִּי *& congregabo*... Cum præf. & affix. וְקִבַּצְתִּים *& congregabo eos*... 3. p. plur. c. קִבְּצוּ *colligent, contrahent atrorem.* Quidam, apud Cocc. *retrahunt decus, splendorem*...

Ben. f. m. מְקַבֵּץ *congregans*... Cum aff. מְקַבְּצָם, Jerem. 32. v. 37. *ecce ego congregaturus* eos... Plur. m. cum præf. & affix. וּמְקַבְּצָיו *& congregantes illud*...

Infin. קַבֵּץ *congregando*... Cum præf. Isai. 66. v. 18. *egone morer? operum eorum, imò cogitationum eorum* quæque eò *devenit* impietatis; לְקַבֵּץ אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם וְהַלְּשֹׁנוֹת וּבָאוּ וְרָאוּ אֶת־כְּבוֹדִי *ut congregem omnes gentes & linguas; ut scil. veniant; & videant gloriam meam*... Christus loquitur. Conf. Dan. 9. v. 24. Joan. 12. vv. 20. 21... Cum affix. קַבְּצִי, Sophon. 3. v. 20. *tempore, quo congregabo vos*... Cum præf. & aff. בְּקַבְּצִי *quando congregavero ego*...

Imper. 2. p. f. m. cum præf. & affix. וְקַבְּצֵנוּ *& congrega nos*, c.

Fut. 3. p. f. m. יְקַבֵּץ *congregabit*... Cum affix. מְזָרֵה יִשְׂרָאֵל יְקַבְּצֶנּוּ, Jerem. 31. v. 10. *qui dispersurus* est *Israël congregabit eum*... יְקַבֶּצְךָ *congregabit te*, m. 3. p. f. f. cum aff. תְּקַבְּצֵם *congregabit*... *eos.* 1. p. f. c. Isai. 56. v. 8. *dictum Domini Dei: congregaturus dispersos Israëlis* עוֹד אֲקַבֵּץ עָלָיו לְנִקְבָּצָיו *congregabo etiam præter ipsum*... alios *ad congregandos* ex Israële addam... Cum ה parag. אֲקַבְּצָה *congregabo*... Cum affix. in pausa, unde τό (·) affixi sub צ in (·) mutatur, וּבְרַחֲמִים גְּדוֹלִים אֲקַבְּצֵךְ *congregabo te*, m. אֲקַבְּצֵךְ, Isai. 54. v. 7. *& cum misericordia magna colligam te*, Gentilitas, ut sis unum mecum & in me... Oppositum עֲזַבְתִּיךְ *reliqui te*... (בְּרֶגַע קָטֹן *parvo momento*). Cocc. אֲקַבְּצֵם *congregabo eos*... Cum præf. & aff. וַאֲקַבְּצֵם *& congregabo eos*... וָאֲקַבְּצֵם *& congregavi eos*... 2. p. pl. m. cum præf. וַתְּקַבְּצוּ *& colligebatis*...

PUAL קֻבַּץ, unde Paoul f. f. ex terminatione ה præced. duplici (·), Ezech. 38. v. 8. *post dies multos visitaberis: in novissimo annorum venies ad terram*, scil. עַם, O. מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב מְקֻבֶּצֶת מֵעַמִּים רַבִּים ἀπεστραμμένην ἀπὸ μαχαίρας, συνηγμένον ἀπὸ ἐθνῶν πολλῶν... *gladium aversatam, collectis de gentibus multis*... Vulg. *quæ reversa est à gladio*, (Ecclesia jam liberata à tyrannorum persecutionibus... aut figuratè, synagoga à captivitate Babylonicâ reducta, vel à vexatione regum Syriæ liberata ....) *& congregata est de populis multis*...

HITHPAEL הִתְקַבֵּץ, Lxx. συνάγομαι, συναθροίζομαι, συνέχομαι... Vulg. & alii, *ipse me congrego*, vel *congregor, colligor, contrahor*... *coacervor, convenio*...

Praet. 3. p. plur. c. התקבצו *congregârunt se*...

Imper. 2. p. plur. m. התקבצו *congregate vos*...

Fut. 3. p. plur. m. יתקבצו כלם יעמדו, Isai. 44. v. 11. *congregentur universi, stent*... pudore *afficiantur*... Targ. hîc pro יפחדו ponit יתברון *conterantur*.... Cum præfix. ויתקבצו *& congregârunt se*...

קבצאל Maſſ. *Qavtſêl*, Vulg. *Cabſeel*, nom. propr. urbis *in parte auſtrali Tribus Judæ*, Joſ. 15. v. 21. *videtur eadem eſſe ac* Jecabtzeel, Neh. 11. v. 25. Had. Reland. p. 668. Etym. *exemplar libri divini*... à קבץ Chald. *codex, volumen, exemplar libri*.... & אל *Deus*...

קבצת f. unde conſtr. retracto ab ultima ad penult. ob concurſum accentu, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 308.. קבצת כסף, Ezech. 22. v. 20. Ο. καθὼς εἰσδέχεται ἄργυρος... Lxx. Verbaliter, ex uſu Arabico, *ſicut recipitur argentum*.... Vulg. & alii, *congregatione, collectione argenti... media in fornace*. R. קבץ *congregavit, collegit*...

קבצים Maſſ. *Qibbtſaim*, Vulg. *Cibſaim*, nomen propr. *civitatis ex Tribu Ephraim datæ Levitis*, Joſ. 21. v. 22. Leuſd. Etym. *numeroſa duæ hominum multitudines*.... à ſing. קבץ *qibtſon, numeroſa hominum multitudo*... unde duale Hebr. קבצים *cibſaim*, diviſione fortè multitudinis, aut ex inæqualitate loci ſic dicta...

FUT. 3. p. f. m. וּלְאֵין אוֹנִים עָצְמָה יַרְבֶּה, Isai. 40. v. 29. O. καὶ τοῖς μὴ ὀδυνωμένοις λύπην *& non dolentibus mærorem*. Legebant אוֹנִים Benoní plur. m. ab אָנָה *mœstus* ... *fuit*, pro אוֹנִים plur. ת׳ אוֹן m. *robur, potentia, vires, substantia, opes* ... & עַצְבָה *dolor, molestia* ... pro עָצְמָה *robur* ... Vulg. *& his, qui non sunt* lassi, *fortitudinem & robur multiplicat*. Alii, *& cui non* sunt *vires, robur multiplicat* ... Cum præf. הֲיַרְבֶּה *an multiplicabit*? Cum præf. & apocopa, primâ radicali & characteristicâ (·), ut supra in Imperativo, affectis, וַיֶּרֶב *&*

multiplicabit... תַּרְבֶּה *& multiplicavit*... Cum præf. & affix. in pausa, וְיַרְבֶּה *& multiplicabitae*, m. 3. p. f. f. cum præf. וְתַרְבֶּה *& auxit*... Cum affix. תַּרְבֵּנִי *augebit me*, c. 2. p. f. m. תַּרְבֶּה *augebis*... Cum apoc. & punctis, uti mox supra, תֶּרֶב *auges*... Cum præf. & apoc. וְתֶרֶב *& auges*... 2. p. f. f. cum præf. וְתַרְבִּי *& multiplices*... וְתַרְבִּי *& auxisti*... 1. p. f. c. וְכַחוֹל אַרְבֶּה יָמִים, Job. 29. v. 18. O. ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, πολὺν (Alex. ἕ) χρόνον βιώσω. Dicebam ergo: *Ætas mea senescet, sicut truncus palmæ, 1. multo enim tempore vivam.* Vulg. *& sicut palma 2. multiplico dies.* Alii ... *& tanquam arenam*... Alii, *& phœnix veluti, dies multiplicabo 3.*.. 1. Lxx. *sicut truncus palmæ*... 2. Vulg. *sicut palma*... Legerunt, non חוֹל *arena*, sed חול Chaldæis, *phœnix*, à Gr. φοῖνιξ, avis à Phœniceo pennarum colore sic dicta... Est φοῖνιξ & arbor, Latinis, *palma*, quo in sensu utrique, nempè, & Lxx. & Vulg. accepêre... 3. *& phœnix veluti*... Avis miræ vivacitatis, sed quam auxerunt poëtarum fabulæ. Grot. Huic apprimè convenit *nidus*... Cum præfix. וְאַרְבֶּה *& multiplicabo*, וְאַרְבֶּה *& multiplicavi*... Cum præf. & affix. וְאַרְבֵּהוּ *& multiplicabo eum*... 2. p. plur. m. תַּרְבּוּ *multiplicabitis*...

רַבַּת Maff. *Rabbâh*, construct. (vel in statu absol.) Vulg. *Rabbath*, nomen proprium 1°. urbis Tribus Judæ, Jos. 15. v. 60. ubi cum artic. הָרַבָּה, Maff. *Hárabbâh*, Vulg. *Arebba*... 2°. urbis regiæ filiorum Ammon, 2. Reg. 12. v. 26. ubi constr. רַבַּת *Rabbâth*, alias רַבָּה *Rabbâh*, v. 27. Cum ה locali, רַבָּתָה *Rabbâthah*, v. 29.... *Esse autem Philadelphiam eandem, quæ Rabbath Ammon olim dicta est constat veterum testimoniis.* Had. Reland. Palæst. p. 521. vide eand. p. 583. Etym. *magna, major*... à sing. masc. רַב *magnus, major*... Rad. רָבַב *magnus, major, præstantior*... *fuit.*

רְבָה PEAL. Chald. Lxx. μεγαλύνομαι... Vulg. & alii, *magnus, potens*... *efficior*... *cresco, invalesco*...

PRAET. 3. p. f. m. רְבָה אִילָנָא וּתְקִף, Dan. 4. v. 8. vel 11. *crevit arbor, & invaluit*... 3. p. f. f. רְבַת *crevit*... 2. p. f. m. absque (·) sub ת & (.) sub (י) רְבַית *crevisti*... Vulg. *magnificatus es.* Dan. 4. v. 19. ubi Massoretæ notant (י) abundare: literæ tamen repræsentant formam רְבַיְתָ, quæ legitur Dan. 2. vv. 31. 41. & alibi... Buxt. Lex.

PAEL רַבִּי, Lxx. μεγαλύνω, Vulg. & alii, *magnifico, magnum, potentem*... *reddo.*

PRAET. 3. p. f. m. מַלְכָּא לְדָנִיֵּאל רַבִּי, Dan. 2. v. 48. *Rex Danielem magnum fecit, sive de Daniele virum magnum*...

רְבוּ f. Chald. per apocopen ת, Lxx. μεγαλωσύνη, Vulg. & alii, *magnificentia*... Cum præfix. וּרְבוּ יַתִּירָה, Dan. 4. v. 33. vel 36. *& magnificentia amplior*... Cum præf. & emphasi, וּרְבוּתָא *& amplitudo*... Cum præf. & affix. וּרְבוּתָךְ *& amplitudo tua*, m. Rad. רְבָה Chald. *magnus, magnificus*... *fuit.*

רִבּוֹ f. Chald. per apocopen ת, Lxx. μυριάς, Vulg. & alii, *myrias, decem millia*... Cum præfix. וְרִבּוֹ *& myrias*... Plur. רִבְּבָן *myriadum*... Dan. 7. v. 10. ubi plur. fem. רִבְּבָן, à sing. femin. רִבּוֹ, per apocopen א, Buxt. Lex. vel ex sing. fem. רִבּוֹ, per apocopen ת, ejecto daghêsch, deducendum, uti plur. fem. מַלְכָן, ex sing. fem. מַלְכוּ pro מַלְכוּת... Vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 574. c. 1... Juxta Massorethas pro רִבְּבָן, legendum רִבְבָן, quasi à singul. fem. רִבְבָא. Buxt. Lex.

רִבּוֹא f. Lxx. μυριάς, μύριοι... Vulg. & alii, *myrias, decem millia*... אַרְבַּע רִבּוֹא, Esdr. 2. v. 64. *quatuor myriades, sive quater decem millia, seu quadraginta millia*... Cocceio quatuor milliones, 4000000. aliis, 40000. sed posuit milliones pro myriades... Cum apocopa א, רִבּוֹ *myrias*... Plur. cum (ו) indice hhôlem præced. רִבּוֹאוֹת, Esdr. 2. v. 69. pro רִבְּאוֹת, ex Syriasmo, quo א nunquam patitur (:) ante se, sed literæ præcedenti dat motionem suam, in qua quiescit, aut planè etiam occultatur, seu excidit, ut רִבּוֹת, Nehem. 7. v. 71. *myriades*... vide Gram. Hebr. t. 1. p. 411. c. 1. Dual. extrito א, רִבּוֹתַיִם *duæ myriades*... Huc referrur Paoûl plur. f. Pual Verbi רָבַב, ubi vide... R. רָבַב *mul-*

tiplicatus ... fuit, in Piël, more perfectorum, רִבֵּב multiplicavit, myriades fecit, ut אלף Arabibus, chiliades, in II. scil. Conjug. ṭῷ Piël Hebræorum respondente ... unde nom. fem. cum terminatione Syriaca וֹא, pro ה Hebr. vide Gram. Lud. de Dieu, p. 97. רִבּוֹא myrias ...

רְבִיבִים plur. m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ψεκάδες, Lxx. σαγόνες, Lxx. Theod. ὑετοὶ, Lxx. πολλοὶ ... Vulg. & alii, guttæ, stillæ, sudoris, roris, pluviarum, imbres ... imber nivalis, nix, pruina ... multi ... וַיִּמָּנְעוּ רְבִבִים וּמַלְקוֹשׁ לוֹא הָיָה, Jerem. 3. v. 3. (ubi τῷ (י) in penultima deficit), O. ἔσχες ποιμένας πολλοὺς εἰς πρόσκομμα σεαυτῇ ... Lxx. ad sensum, non ad verbum, & habuisti pastores multos in offensionem tibi ... Vulg. & alii, quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluviarum, (imbres, primi scil. quod ex opposito liquet, Cocc.) & serotinus imber non fuit ... Jerem. 14. v. 22. an cœli dant רְבִיבִים imbres? O. πλησμονὴν αὐτῶν ...; redundantiam suam ...; sub. absque te .... Cum præfix. כִּרְבִיבִים guttis, imbribus .... כִּרְבִיבִים sicut imbres super herbam ... O. ὡς ἄρνες ... tanquam agni .... Mich. 5. v. 6. וְכִרְבִיבִים & sicut imbres ... R. רָבַב multus ... fuit; unde nom. plur. masc. רְבִיבִים guttæ imbris, à multitudine ...

רָבִיד m. Lxx. Aq. secunda edit. Sym. χλοιὸς, Lxx. Theod. κάθεμα, Aq. Sym. μανιάκης ... Vulg. & alii, vinculum, quod collo circumdatur, collare ... monile ex variis gemmis in pectus mulierum descendens, ornamentum collare ... genus ornamenti collaris, (brachialisve) torques ... Cum præf. וְרָבִיד עַל־גְּרוֹנֵךְ, Ezech. 16. v. 11. & torquem in gutture tuo ... Constr. רְבִד הַזָּהָב, Gen. 41. v. 42. (ubi (י) deficit) torquem auri, sive aureum ... R. רָבַד stravit, instruxit, adornavit ... Arabibus, constitit, substitit in loco ... continuit ... in IV. Conjug. albo nigroque distinctus fuit ... unde רבד rébadon, Arab. diversicolores lanæ partes, quæ de cameli, aliusve animalis collo, vel ex aure appenduntur, ornatûs ergo ... Hinc & רָבִיד Hebr. torques, aut aliud ornamentum muliebre ...

רְבִיעִי m. Lxx. τέταρτος, τετραγώνιος, τετραπλοῦς ... Vulg. & alii, quartus, quadrangularis, quadruplex ... יוֹם רְבִיעִי, Gen. 1. v. 19. dies quartus ... Cum præfix. הָרְבִיעִי, & absque (י) τῷ (.) indice, in penultima, הָרְבִעִי quartus ... וְהָרְבִיעִי & quartus ... Cum præfixo τῷ ב τῷ ה exclusi (.) affecto, בָּרְבִעִי in quarto ... Plur. רְבִיעִים quartani, quartæ generationes ... Deficiente, in penultima, τῷ (י), בְּנֵי רְבִעִים, 4. Reg. 10. v. 30. filii quartorum, i. e. quartanorum, ordinum, Jun ... quartæ generationis, Pagn ... in quartam usque generationem, Munst ... abnepotes tui, Jun. Tremell ... trinepotes, Castal. ... quatuor è filiis tuis, Arab ... Hi erant, Joachaz, Joas, Jeroboam, & Zacharias, Menoch ... Fem. singul. רְבִיעִית, & deficiente in ultima τῷ (י), רְבִעִת quarta, quarta pars, quadrans ... Cum præpositione expressa, vel subintellecta, O. τετραπλῶς quadrupliciter ... Cum præf. וּרְבִיעִית & per quadrantem ... τῷ (י) in ultima deficiente, וּרְבִעִת & quarta pars ... הָרְבִיעִית, deficiente τῷ (י) in penultima, הָרְבִעִית, in ultima, הָרְבִעִת quarto anno ... τῷ (י) in penultima deficiente, בִּרְבִעִית הַהִין, Num. 15. v. 4. cum quarta parte τῷ hin, i. e. ex mensura Parisiensi, une pinte, un posson $\frac{1}{4}$ & $\frac{1}{16}$. Vide Gram. Hebr. tom. 2. pp. 526. & 527. c. 2. Rad. רָבַע quadratus fuit ...

רְבִיעָי m. Chald. unde fem. רְבִיעָיָא, sic scribitur, sed legitur, וּמַלְכוּ רְבִיעָאָה ... O. ἡ βασιλεία τετάρτη ... Vulg. & alii, & regnum quartum ... Dan. 2. v. 40. ubi τῷ (י) in א mutato, adjicitur terminatio feminina ה, non verò א, ne duo א concurrant, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 572. c. 2. Cum emphasi, רְבִיעָיְתָא quarta bestia ... R. רְבַע Chald. in quatuor partes divisus fuit; unde Peil רְבִיעַ, ex quo רְבִיעָי quartus ... fem. רְבִיעָאָה quarta ...

רַבִּית Mass. Rabbîth, Vulg. Rabboth, nom. propr. urbis in Tribu Issachar, Jos. 19. v. 20. Etym. nutrix, educatrix ... R. רָבָה in Piël רִבָּה enutrivit, educavit ... unde רַבִּי m. educator, ex quo fem. רַבִּית educatrix ...

רַב־מָג Mass. Rabh-mágh, Vulg. Rebmag,

nomen propr. unius è principibus regis Babylonis, Jerem. 39. v. 3. Etym. *princeps gentis Scythicæ*, à רַב *princeps*, & à מגוג *mágong* (per syncop. scil. τῦ וג *oug*,) Syris, Arabibus, Æthiopibus, *gens Scythica*. R. מגג Arab. in IV. Conjug. *profectus fuit* per regionem, *peragravit* eam ... Grot. *princeps magorum* ...

רַב־סָרִים Maſſ. *Rabb-ſaris*, Vulg. *Rabſaris*, 4. Reg. 18. v. 17. & *Rabſares*, Jerem. 39. v. 3. nom. propr. unius è principibus regis Babylonis ... Etym. *princeps eunuchus*, ſive *eunuchorum*, Grot. ... *præfectus aulicus*, Jun. Tremell. *aulicorum*, Piſc. ... *ſatellitum*, Angl. ... à רַב *princeps*, *Dominus*, *præfectus* ... & à סָרִים, 1°. *eunuchus*, vel ab homine factus, vel alio caſu ita effectus ... inviſus hic Hebræis, Deut. 23. v. 1. & Romanis maxime: hunc arcebant leges Jud. à Sacerdotio, & Synedrio, Sanh. 30. 2. & ab Ordinatione Eccleſiaſtica jus Canonicum tam Orient. quam Occidentalis Eccleſiæ. Attamen apud Ægyptios, Medos, Perſas, Babylonios, imò & Aſiaticos ferè omnes, etiam Græcos, Barbaros, Africanos, Turcaſque magno in honore habitus ... Sed communiter ita æſtimabatur unus quiſque Dominus eunuchus, prout nobis olim *Lourdane*, ſive *Lord Dane* ... (*Dane*, i. e. inferior ... à דון *Doún*, Arab. *quod eſt inferius*, unde Angl. *Down*, Brit. *Dan* ...) 2°. *cubicularius regius*, *aulicus*, etiam non caſtratus, Gen. 39. vv. 1. 7. 2. Reg. 8. v. 6. Heptagl. Lex.

רָבַע QAL. Lxx. τετράγωνος, βιβάζομαι, Vulg. & alii, *quadrangulus*, *quadratus* ſum ... *cubo*, *ſuccumbo*, *ineor*, vel *inire facio*, de coitu quadrupedum tantùm dicitur, (Buxt. Lex.) vel ſæpiùs. Et hæc ſignificatio à Chaldæis, qui צ & ע alternant ...

Paoul ſ. m. רָבוּעַ *quadratum* ... Fem. mutato ad euphoniam τῦ (ו) in (ֻ), רְבֻעָה *quadrata* ... Plur. m. רְבֻעִים *quadrati* ...

Infin. cum præf. & ה parag. Levit. 20. v. 16. *& mulier quoque, quæ acceſſerit ad quancunque beſtiam* לְרִבְעָה *ad ſuccumbendum* illi ... Cum affix. לְרִבְעָהּ *ut ineat ſe* ... f.

PUAL רֻבַּע, Lxx. τετράγωνος, Vulg. & alii, *quadrangulus*, *quadratus* ... *fuit*.

Paoul ſ. m. conſtr. מְרֻבַּע סָבִיב, Ezech. 45. v. 2. *quadratum circuitûs*, vel *circuitu* ... Adjectiva nominalia & participialia regunt genitivum, pro ablativo, imò & accuſativo ... Omnibus fermè in linguis. Sic Græci, ἀθέατος τῆς ἀληθείας *veritatem haud contemplatus*. Sic & Latini, unde Horat. *integer vitæ ſceleriſque purus* ... Sed hiſce in linguis ſubintelligitur præpoſitio, quæ vulgaribus in linguis exprimitur ... Præpoſitio *regimini* non obſtat, ſive genitivum, vi fortè alicujus nominis ſubintellecti, ſive ablativum regat; unde *regimen* tàm ablativum, quàm genitivum deſignare poteſt ... Vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 123 & 486 ... Gram. Alting. de nomine, Hebraico ſcil. pp. 108. & 109. & Novam Method. linguæ Græcæ, pp. 432. & 437. ... Cocc. *quadratum circunquaque* ... Alii, *in circuitu* ... Vulg. *per circuitum* ... Fem. ſing. ex termin. ת præced. duplici (ֶ) loco τῦ (ַ) ob ע, mutato penultimo ob pauſam in (ָ), מְרֻבַּעַת, Ezech. 40. v. 47. O. ἐπὶ τὰ τέσσαρα μέρη αὐτῆς ... *ad quatuor partes ejus* atrii ... Vulg. *per quadratum* ... ſed ſufficit ut regularis quadri unum, vel duo metiaris latera, unde alii, *quadratum*, (ὄν) atrium, interius ſcil. quod erat ſacerdotum ... Menoch. Vel atrii interioris quadratam aream, quæ inter tres jacet prædictas paries interiores ... Lud. Cap. ex Vil. Plur. f. וּמִסְגְּרֹתֵיהֶם מְרֻבָּעוֹת, 3. Reg. 7. v. 31. Vulg. *& media intercolumnia quadrata* ... Alii, *& cincturæ earum*, nempe omnium baſium ... Vatabl. *& zophori earum* ... Jun. Tremell.

HIPHIL הִרְבִּיעַ, unde 2. p. ſ. m. Fut. בְּהֶמְתְּךָ לֹא־תַרְבִּיעַ כִּלְאַיִם, Levit. 19. v. 19. O. τὰ κτήνη σου κατοχεύσεις ἑτεροζύγῳ· *pecora tua non dabis in admiſſuram animali diverſi generis* ... Vulg. *jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus*. Alii, *animalia ex duabus heterogeneis*, vel *diverſis*, *ſpeciebus*. Vox כלאים Æthiopicæ eſt originis, & in illa lingua ſignificat, *duplicem*, *geminum*, *duos*. Bochart.

רֶבַע m. Lxx. τέταρτος, μέρος... Vulg. & alii, *quartus*, *quarta* pars... *quadrans*, *quadratura*... רֶבַע שֶׁקֶל כָּסֶף, 1. Reg. 9. v. 8. *quarta pars sicli argentei*, drachma, (Attica scil. quæ denarium Romanum ponderabat, valebatque 15ˢ 11 ½ ∂~. vide Gram. Hebr. t. 2. pp. 515. 516...) Cocc.... Vulg. *quarta pars stateris*... Stater Atticus Hebraïco siclo, pondere, æqualis... Cum præfix. & affix. אָרְחִי וְרִבְעִי זֵרִיתָ, Psal. 138. Hebr. 139. v. 3. O. τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνον μου ἐξιχνίασας· Σ. τὴν ὁδόν μου... Θ. τὴν τρίβον μου καὶ τὴν ὁδόν μου ἐξιχνίασας· Lxx. Vulg. *semitam meam & funiculum* (sive *floream*, i. e. *lectum*) *meum investigasti*... Sym. *viam meam*... Theod. *semitam meam & viam meam investigasti*... S. Hieron. & alii, *semitam meam & accubationem meam eventilasti*... Alii, *incedere meum & cubare meum cingis*, *circumdas*... i. e. vigilanti mihi dormientive ades... Hebraismus, pro, omnes meas operationes vides... Sic Act. 1. v. 21. *in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Jesus*... h. e. quo inter nos versatus est... τὸ porrò אָרְחִי & רִבְעִי, sunt Infinitivi τοῦ Qal, cum affix. ille ex forma (ֹ) hoc ex terminatione (-), vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 351. & 352. c. 1. Plur. cum affix. Ezech. 43. v. 16. *quadratum quatuor* רְבָעָיו *quadrantibus lateribus suis*, m. Vulg. *æquis lateribus*. רִבְעֵיהֶן, ibid. v. 17. ad quatuor *quadrantia latera sua*, f. רִבְעֵיהֶן, Ezech. 1. v. 17. in quatuor *sui quadripartes*... R. רָבַע *quadratus*, *quartus*... *fuit*.

רֶבַע Mass. *Rébbaa*, Vulg. *Rebe*, nom. propr. regis Madianitarum, Num. 31. v. 8. Jos. 13. v. 21. Etym. *quadratus* homo, à רֶבַע *quadratus*. R. רָבַע *quadratus*... *fuit*.

רֹבַע m. Lxx. τέταρτον, Vulg. & alii, *quarta pars*... Num. 23. v. 10. *quis numeret pulverem* (*pulvis* numerum innuit, non originem, Drus.) *Jacob?* וּמִסְפָּר אֶת־רֹבַע יִשְׂרָאֵל, O. καὶ τίς ἐξαριθμήσεται Ἰσραήλ; *aut quis dinumerabit populos Israël?* Vulg. *& nôsse numerum stirpis Israël?* Arab. *& computet generationem Israël?* Alii, *& numerum quartæ partis Israël?* Vatabl. Grot. Syr. Munst. *& quis numerum? quis quartam partem?* Jun. Tremell. *aut unum ex quatuor castris Israël?* Samar. [illegible] b. [illegible] a. [illegible]... Translatio Latina: *& numerabit sobolem Israëlis...?* Sed, *a*. Lineola literæ [illegible] supernè adscripta notat vel [illegible] esse pro [illegible] positam, vel vocem [illegible] in significatione singulari, non obvia, esse accipiendam, nempe, non ut nomen, sed ut participium, τοῦ Piél scil. *b*. Lineola supra literam [illegible] ducta docet dictionem [illegible] in significato rariori accipi, quo nimirùm Samaritani, qui sic vertunt... [illegible] *& quis τὸ accumbere τοῦ Israël enarraturus...?* Vide Synops. Instit. Samaritanarum Alting. p. 4... Cum præf. וְרֹבַע *& quarta pars*... R. רָבַע *quadratus*... *fuit*... *coivit*.

רִבֵּעִים plur. m. Lxx. τετάρτης γενεᾶς... Vulg. & alii, *quartæ generationis* filii, quartani... עַל־בָּנִים עַל־שִׁלֵּשִׁים וְעַל־רִבֵּעִים, Exod. 20. v. 5. O. ἐπὶ τέκνα, ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς... Lxx. & Vulg. *in filios; usque in tertiam & quartam generationem*... Alii, *in filios, in tertianos & quartanos*, ab ipsis patribus, generationis ordine. Jun. Piscat. i. e. nepotes & pronepotes, Cocc... *nepotes & abnepotes*, Jun. Tremell... Imo potiùs, *in pronepotes & abnepotes*, Piscat. ... Rad. רָבַע *quartus*, *quartanus*... *fuit*.

רָבַץ QAL. Lxx. Sym. κοιτάζομαι, Lxx. κοιτάζω, κοιμάομαι, Aq. κατακλίνομαι, Lxx. πίπτω, συγκαθίζω, συναναπαύομαι, παύομαι, ἡσυχάζω, κολλάομαι, θάλπω, Lxx. Theod. ἐγκάθημαι, Sym. ἔγκειμαι, Lxx. καταλύω... Vulg. & alii, *cubo*, *decumbo*, *in cubili sum*, activè, *colloco*... *reclino me ad capiendum somnum*, *dormio*, *obdormio*, *pernocto*... *reclinato corpore jaceo*, *discumbo*, *accumbo*, *procumbo*, *devergo*... *cado*, *labor*... *simul sedeo*, aut *simul sedere facio*, *jubeo*... *simul quiesco*, *requiesco*, *somnum capio*... *cesso*, *desisto*, *quiesco*; activè, *cessare facio*, *finem impono*, *tumultuari desino*, *bellum non moveo*, *nihil molior*... *agglutino*, seu *adjungo me*, *adhæresco*... *foveo*, *incubo*... *insideo*, *observo*, *insidior*... *incumbo*... *diversor*, vel *diverto*, *hospitium capio*...

Lxx. item, γεννάομαι *nascor*... εἰμί *sum*... ἔχω *habeo*... νέμω *pasco*...

PRAET. 3. p. f. m. כָּרַע רָבַץ, Gen. 49. v. 9. *incurvavit se, recubuit*... 3. p. f. f. in pausa, quare τὸ (ָ) primariæ vocis revocatum in (ֶ) sub ב mutatum, רָבֶצֶת *recubabat*... Cum præfix. וְרָבְצָה *& incumbet*... 2. p. f. m. cum præf. unde in ultima tonus, aut certè accentus, (distinguenda enim nonnunquam elevatio syllabæ ab accentûs tonici sede, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 310. cc. 1. & 2.) וְרָבַצְתָּ וְאֵין מַחֲרִיד, Job. 11. v. 19. *& decumbes, & non erit, qui trepidare* (Gall. *craindre*) *faciat*, Cocc... 3. p. plur. c. cum præf. וְרָבְצוּ *& recubabunt*...

BEN. f. m. רֹבֵץ תַּחַת מַשָּׂאוֹ, Exod. 23. v. 5. *jacentem sub onere suo*, m. Cum præfixo ה articulo relativum exprimenti, הָרֹבֵץ *qui cubas*... Plur. רֹבְצִים *recubantes*... Fem. sing. ex terminatione ת præcedenti duplici (ֶ), רֹבֶצֶת עַל־הָאֶפְרֹחִים, Deut. 22. v. 6. *incubantem pullis*... תְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת, Gen. 49. v. 25. O. τῆς γῆς ἐχούσης πάντα... *terræ omnia habentis*... Vulg. & alii, *abyssi jacentis deorsum*... i. e. ex imis terræ partibus... וּמִתְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת, Deut. 33. v. 13. O. καὶ ἀπὸ ἀβύσσων πηγῶν κάτωθεν... *& ab abyssis fontium deorsum*... Vulg. & alii, *atque ex abysso subjacente*... h. e. ob fontes è terra scaturientes & erumpentes, Vatabl. Ainsworth...

FUT. 3. p. f. m. ex forma (ַ), quod ob pausam in (ָ) mutatur, Isai. 11. v. 6. *pardus cum hædo* (vel *hœdo*), יִרְבָּץ *cubabit*... 3. p. f. f. cum præf. וַתִּרְבַּץ *& succubuit*... 3. p. plur. m. יִרְבְּצוּ *recubabunt*... In pausa, quare τὸ (ַ) primariæ vocis reductum in (ָ) mutatum, יִרְבָּצוּ, & cum ן paragog. remanente magna motione in penultima, quamvis accentus pausans à penultima ad ultimam descendat, quia scil. tonus ab accentûs sede distinguitur, vel quòd accentus à magna motione non plus una syllaba discedat... vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 56. & tom. 2. p. 312. c. 2. יִרְבָּצוּן *cubabunt*... 3. p. plur. f. תִּרְבַּצְנָה *recubabunt*...

HIPHIL הִרְבִּיץ, Lxx. ἐνοιμάζω, Lxx. Aq. Sym. κατασκηνόω, Lxx. κοιτάζω, ἀναπαύω... Vulg. & alii, *paro, tentorium defigo, præbeo, habitare facio, colloco... in cubili colloco, cubare, accubare, recubare facio, sterno, depono... requiescere facio*...

BEN. f. m. הִנֵּה אָנֹכִי מַרְבִּיץ בַּפּוּךְ אֲבָנַיִךְ, Isai. 54. v. 11. *ecce ego sternam ex, cum, stibio lapides tuos*... i. e. sternam stibinis, sive subnigris cum albis lapidibus... Plur. absque (י) τοῦ (ִ) indice, מַרְבִּצִים *recubare facientes*...

FUT. 3. p. f. m. cum affix. יַרְבִּיצֵנִי *facit ut recubem*... 2. p. f. m. Cant. 1. v. 7. *Indica mihi... ubi pascis?* אֵיכָה תַּרְבִּיץ, O. ποῦ κοιτάζεις...; Lxx. *ubi cubare facis*...? sub. *gregem tuum*... Vulg. *ubi cubes*...? sed רָבַץ in Kal neutrum de bestiis, in Hiphil verò (activum) de pastore, dicitur, Merc. ... 1. p. f. c. cum aff. אַרְבִּיצֵם *faciam recubare eos*... 3. p. plur. m. sine (י) in penultima, יַרְבִּצוּ *recubare facient*...

רֶבֶץ m. Lxx. κοίτη... Vulg. & alii, *cubile, lectus*, (*accubitus, recubitus*).. Cum præf. לְרֵבֶץ בָּקָר, Isai. 65. v. 10. O. εἰς ἀνάπαυσιν βουκολίων... *in requiem armentorum*... Vulg. & alii, *in cubile*, vel locum *accubitûs, armentorum*... Summam pacem significat; nam belli tempore pecora ad montana transire solent, ne præda fiant hostibus, qui amœnas valles statim occupant... For. Cum affix. אַל־תְּשַׁדֵּד רִבְצוֹ, Proverb. 24. v. 15. O. μηδὲ ἀπατηθῆς χορτασίᾳ κοιλίας *neque seducaris saturitate ventris*. Vulg. & alii, *neque vastes requiem ejus*. Alii, *nec diripias*, vel *interturbes, accubitum*, vel *cubile*, vel *habitationem*, vel *quietem*... *ejus*, m. רִבְצָהּ *accubitum ejus*, f. רִבְצָם, Jerem. 50. v. 6. *oblitæ sunt* oves *cubilis sui*, m. Targ. אִתְנְשִׁיאוּ מְבִית (pro אִתְנְשִׁיו, vide Gram. Ludov. *de Dieu*, p. 312.) רוּחְצָנְהוֹן *oblivioni dati sunt à domo fiduciæ*... R. רָבַץ *accubuit, recubuit*... Est proprium quadrupedum, ut שָׁכַב hominum.

רִבְקָה Mass. *Ribbqáh*, Vulg. *Rebecca*, nom. propr. uxoris Isaac, filiæ Bathuel, filii Nachor, Gen. 22. v. 23. Etym. *saginata* pecus, quia similis juvencæ saginatæ;

sic עגלה (*Egláh*, *vitula*) dicitur uxor Davidis, & aliæ mulieres nominibus animantum; ut יעלה (*Jaaláh*, *caprea*) sive יעל *Jael*, רחל *Rachel*, (*ovis*, femina propriè,) צביה (*Tsiviáh*, Gr. Δορκάς), *Dorcas*... Lex. Heptagl.

רַבְשָׁקֵה Masl. *Rabhschaqéh*, Vulg. *Rabsaces*, nom. propr. (vel potiùs ἐπίθετον, utpote, nomen officii, non personæ,) unus è principibus, quos rex Assyriorum Sennacherib misit de Lachis ad regem Ezechiam, 4. Reg. 18. v. 17. Hunc Israëlitam fuisse, sed Legis & populi sui desertorem, putant Hebræi. Credibile id facit lingua Hebræa, quâ locutus est; & quod ad verba ejus in Deum maledica Proceres & Rex Ezechias vestem suam conscideruut, 19. 1. quod fieri non solebat, nisi quoties talia verba ab Israëlitarum aliquo pronuntiata fuerant, Grot. Etym. *magister potûs*, sive *à-poculis*, *pincerna*, *pocillator*... à רב *magister*... & שָׁקֵה, constr. ob præposit. ם seq. vide Gram. Hebr. t. 1. p. 123. שָׁקֵה *potus*... Est τό (·) loco τῶ (-) & dagh. unde retinetur ad compensandum daghésch ejectum, vide eand. Gram. p. 88. c. 1.

רֶגֶב m. Lxx. Theod. χάλιξ... (Gall. *caillou*,) Alii, *lapillus*, *glarea*... Gal. per metath. *gréve*, *gravier*... Vulg. & alii, *cespes*, *gleba*... Plut. cum præf. וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ, Job. 38. v. 38. O. κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον... *& agglutinavi eum, sicut lapide cubum*... Vulg. & alii, *& glebæ compingebantur*... Alii, (*quando fundebatur pulvis*, Cartesiana striata materia, *in concretionem*, Vulg. *in terram*, conformandum videlicet,) nempè, *ut gleba*, Alii, *lapilli*, Alii, *glareæ*, aut *partes minutissimæ*, *conglutinatæ veluti* (in rem solidam) *cohærescerent*... Sic ex pulvere omnia, terrena scil.. Constr. מָתְקוּ־לוֹ רִגְבֵי נָחַל, Job. 21. v. 33. O. ἐγλυκάνθησαν αὐτῷ χάλικες χειμάῤῥου... Alii, *dulces fuerunt ei lapilli*, *glareæve torrentis*... Antiquiores per חלקי *bhalqéi*, & חלוקי *bhalouqéi*, (Gallicè, *cailloux*...) reddidêre... Vulg. *dulcis fuit glareis Cocyti*... i. e. regioni mortis, Pagn. q. d. ejus adventu inferi lætabuntur. At *Cocytus* neque Hebraïcè est, neque Græcè. Mar. Sed 1°. vox *Cocytus*, Græcè, κωκυτὸς *fletus*, *ploratus*, *ejulatus*, *lamentum*... à κωκύω *fleo*, *ploro*, *ejulo*, *lamentor*... optimè locum, ubi veris ploratur lacrymis, exprimit. 2°. ἡ αὐθεντία versionis omnem quidem excludit errorem, pravum scil. dogma inducentem; at pravum ne fit dogma orthodoxum phrasi, aut voce poëtica expressum? An error aut crimen est, uti ad sermonem orthodoxè exprimendum, verbis, quibus usi, vel abusi sunt poëtæ? 3°. Si Juda, περὶ τῶν τεθνηκότων τὸν ἐξιλασμὸν ἐποιήσατο, τῆς ἁμαρτίας ἀπολυθῆναι, 2. Mach. 12. vv. 43. 44. 46. *placationem fecit pro mortuis*, *ut à peccato solverentur*; sunt ergò *mortui*, quidam certè, *peccato legati*; sunt ergò τῇ θυσίᾳ, τῷ προσεύχεσθαι, τῷ ἐξιλασμῷ *sacrificio*, *oratione*, *placatione*... aut lamentis certè, pœnisve propriis solvendi... Est igitur regio mortis, aut locus, vel status, ubi *mortui peccato*, veniali, scil. ligati lacrymas fundunt, aut dant pœnas, dum ipsis lacrymis, pœnisve, aut *sacrificio*, *oratione*, *placatione*... solvantur. Non igitur *bonum* (poëtarum) *mendaciis in versione* (*illis*) *authentica regionem mortis describunt*, S. Hieronymus scil. & Pagninus, sed *bonum* (Poëtarum) verbis utuntur, dogma orthodoxum expressuri. Temerè igitur in ipsos maledica effurit verba blasphemus Cocceius. Rad. רגב Arabibus, *fulcivit*, *munivit*, *firmavit*, *stabilivit*... unde nom. plur. m. רְגָבִים *silices*, *saxa*, *rupes*...

רגז QAL (convenit cum רגש, רעש, רגש... Gr. ὀργίζω...) Lxx. Sym. ὀργίζομαι, Lxx. θυμόομαι, Aq. κλονέομαι, Aq. Sym. σείομαι, Lxx. σείω, μεριμνάομαι, λυπέομαι, ὀδύνῃ μετίαν ποιέω, Lxx Sym. Theod. ταράσσομαι, Lxx. συνταράσσομαι, συγχέομαι, πτοέομαι, θαμβέομαι, πικραίνομαι, Sym. σαλεύομαι, Incert. ἀθυμέω... Vulg. & alii, *irascor*, *irâ accendor*... *excandesco*, *succenseo*... *moveor*, (irâ, aut pavore, *contremisco*...) *agitor*, *tumultuosè concutior*... *quatior*... activè, *quatio*... *cum habeo*,

curave mihi injicitur, sollicitor, inquietor, contristor... dolore afficior, doleo, mœreo... dolore memoriam revoco afflictionis ... *turbor... conturbor... confundor... metu consternor, perterreor, obstupefio... obstupesco, perculsus sum...* exacerbor... *jactor, quassor ... animum despondeo...*

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. Proverb. 29. v. 9. *vir sapiens, si cum stulto contenderit;* וְרָגַז וְשָׂחַק וְאֵין נָחַת *& succenset, & ridet, & non est quies* aut *cessatio*... 3. p. f. f. שְׁאוֹל מִתַּחַת רָגְזָה לְךָ לִקְרַאת בּוֹאֶךָ, Isai. 14. v. 9. *infernus, qui infra est, commovebatur tuâ causâ in occursum adventûs tui*... ut solent trepidare & discurrere, qui hospites magnos excepturi sunt domi, Cocc. Ironia est falsissima. Quum adventu Regum tremunt populi, obviam prodeunt, &c. Fingit mortuos ei obviam processuros, ut eum honore, sed quo dignus est, afficiant: q. d. non solùm vivis mors ipsius, sed etiam mortuis, jucunda erit, Calv... 3. p. plur. c. cum præf. וְרָגְזוּ *& contremiscent...*

IMPER. 2. p. plur. m. רִגְזוּ וְאַל־תֶּחֱטָאוּ, Psal. 4. v. 5. *contremiscite, timete*, sub. *vobis à Deo, ô proceres Israël*, (si non me timetis, saltem Deum timete, qui me regem constituit, Vatabl.) *ut non peccetis, diutiùs* scil. *in me*... Vatabl.... 2. p. plur. f. cum syncopa τοῦ נ, ex Tharg... ex forma (ַ), quod in (ָ) ob pausam mutatur, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 165. c. 1. & 167. c. 2. Gram. Ludov. *de Dieu*, p. 202... רְגָזָה pro רְגַזְנָה, *contremiscite*... ex forma hhôlem, פְּשֹׁטָה pro פְּשֹׁטְנָה, *spoliamini*... וַחֲגוֹרָה pro וַחֲגֹרְנָה, *& accingimini*... Isai. 32. v. 11.

FUT. 3. p. s. m. ex forma (ַ), יִרְגַּז *commovebitur*... Sym. μετασαλευθήσεται *transferetur*... 2. Reg. 7. v. 10... In pausa, quare τὸ (ַ) in (ָ) mutatum, יִרְגָּז *commovebitur*... Cum præf. וַיִּרְגַּז *& commotus est*... 3. p. s. f. תִּרְגַּז *commovebitur*, aut *movebit se* terra ... Amos. 8. v. 8. Cum præf. וַתִּרְגַּז *& commovit se*... 2. p. s. f. cum præf. וַתִּרְגְּזִי *& commovisti te*... 1. p. s. c. in pausa, unde τὸ (ַ) in (ָ) mutatum, וַתַּחְתַּי אֶרְגָּז, Habac. 3. v. 16. *nam pro me timerem*... 3. p. plur. m. יִרְגְּזוּ, & in pausa, quare τὸ (ְ) primariæ vocis revocatum in (ָ) mutatum, יִרְגָּזוּ *commoveantur, commovebuntur*... Cum præf. וַיִּרְגְּזוּ *& commoti sunt*... In pausa, unde (ָ) ut mox supra in penultima, ubi remanet, licet descendat accentus ad ultimam, accedente ן parag. vide Gram. Hebr. t. 2. p. 312. c. 2. יִרְגָּזוּן *commovebuntur*... יִרְגָּזוּן *commota sunt*... 2. p. plur. m. תִּרְגְּזוּ *commoveamini*... 2. p. plur. f. תִּרְגַּזְנָה *commovebimini*...

HIPHIL הִרְגִּיז, Aq. κλονέω, Lxx. παροχλέω, Sym. πειράζω, Lxx. Theod. παροργίζω, Lxx. παροξύνω... Vulg. & alii, *commoveo, quatio, concutio... obstrepo, obturbo, negotium facesso*, sive *molestiam exhibeo... in iram concito, irrito... instigo, inflammo, irâ accendo...*

PRAET. 3. p. s. m. הִרְגִּיז מַמְלָכוֹת, Isai. 23. v. 11. *concussit regna*, Tyri, Sidonis... Hoc addit vates, quia Tyrus sola perire non poterat, quin multorum simul regnorum ruinam secum traheret, Calv. Cum præf. וְהִרְגִּיז *& commoveant*... 2. p. s. m. cum affix. לָמָּה הִרְגַּזְתַּנִי לְהַעֲלוֹת אֹתִי, 1. Reg. 28. v. 15. Vulg. *quare inquietâsti me* (*dum* è tumulo, Arab. *è loco meo ascendere me faceres*) *ut suscitarer?* Suscitatus est ergo Samuel, verus Samuel. 1°. à Deo suscitatur... 2°. non suscitatur vi incantantis Pythonissæ, quippe cui incantationes nondùm inchoanti visus fit... 3°. qui apparuit perpetuo *Samuel*, vocatur... 4°. *cognovit* (non *putavit*, sed *cognovit*) *Saul quòd Samuel ipse* esset, v. 14. 5°... hîc futura prædicuntur, soli Deo cognita... 6°. hic Samuel *Jehovam* pluries nominat, cum dæmon non possit sustinere, nè audire quidem nomen *Jehovæ*, Bellarm. ... 7°. ex testimoniis tum Patrum, tum Rabbinorum ... Ita statuunt Justin. (Hieronymus) August. Basil. Ambros. Procop. ita R. R. Salomon, Eleazar, Saadias.... Midras, & Josephus.... 8°. ex Ecclesiastici 46. v. 23. καὶ μετὰ τὸ ὑπνῶσαι αὐτὸν προεφήτευσε, καὶ ὑπέδειξε βασιλεῖ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, καὶ ἀνύψωσεν ἐκ γῆς τὴν φωνὴν

αὐτῷ, ἐν προφητείᾳ ἐξαλεῖψαι ἀνομίαν λαοῦ *& postquàm dormivit ipse, prophetavit, & ostendit regi finem suum*; & non solùm super terram gradiens, sed etiam *è terra*, sive è sepulcro egrediens *exaltavit vocem suam in prophetia, ut deleret iniquitatem populi.* Satisne hîc disertè res affirmatur? unde Sanctius, *cui*, inquit, *loco sine dubio acquievissent omnes patres, si fidem illi libro Canonicam cognovissent*... At quisnam, amabo, è patribus, præter Origenem, non acquievit? unus certè ac solus Origenes, in Synopsi Criticorum, citatur. Quam Synopsin Critic... in h. l. vide.

BEN. s. m. מַרְגִּיז *commovens*... Cum præf. הַמַּרְגִּיז אֶרֶץ מִמְּקוֹמָהּ, Job. 9. v. 6. *qui commovet terram de loco suo, dum* scil. *columnæ ejus concutiuntur.* Columnæ terræ aër ἀτμοσφαιρικὸς, & aqua maris χθονοφόρος, vide nostrum de æstu marino systema... Plur. constr. cum præf. לְמַרְגִּיזֵי *commoventibus*...

FUT. 1. p. s. c. אַרְגִּיז *commovebo*...

HITHPAEL הִתְרַגֵּז, Lxx. ὀργίζομαι, θυμόομαι... Vulg. & alii, *irâ accendor, irascor... ad iram concito me*, vel *concitor*, vel neutraliter, *excandesco, succenseo, furo*...

INFIN. cum affix. הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *novi*... τὸ *irasci tuum, furere tuum, insanire tuum... adversus me*... Isai. 37. vv. 27. 28. 4. Reg. 19. vv. 27. 28. ubi (ּ) sub ג ex (ּ), quod ex (ּ) natum ob concursum in (ּ) mutatur, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 35. c. 2. 334. 352. c. 1.

רַגָּז m. unde לֵב רַגָּז, Deut. 28. v. 65. O. καρδίαν ἑτέραν ἀπειθοῦσαν, Lxx. *cor aliud incredulum*... Vulg. & alii, *cor pavidum, trepidum*... Quidam, *cor inquietum*, vel potiùs, *inquietans*, irâ pavoreve *commovens*... τὸ enim רַגָּז ex Piël deducitur, uti גַּנָּב *fur*, דַּיָּן *Judex*... vide Gram. Hebr. t. 1. p. 390. c. 1. R. רָגַז *turbatus... fuit*, irâ aut pavore *commotus*...

רגז PEAL, Chald. unde APHEL אַרְגִּיז, vel cum ה loco τοῦ א, הַרְגִּיז, ex quo 3. p. plur. m. PRAET. מִן־דִּי הַרְגִּזוּ אֲבָהָתַנָא, Esdr. 5. v. 12. O. ἀφότε, Alex. ἀπότε, Complut. ἀφ' ὅτε δὲ παρώργισαν οἱ πατέρες ἡμῶν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ... Lxx. Vulg. & alii, ex quo (Vulg. *postquàm autem ad iracundiam*...) *ad iram provocârunt patres nostri Deum cœli*...

רְגַז m. Chald. unde cum præf. בִּרְגַז, Dan. 3. v. 13. O. ἐν θυμῷ... Lxx. Vulg. & alii, *in (præ) furore*... Alii, *per iram, in ira*, sive *commotione*... Vide Hebr... R. רְגַז Chald. *contremuit*, irâ, vel pavore, *commotus... fuit.*

רֹגֶז m. Lxx. Theod. ὀργή, Lxx. θυμὸς, θυμὸς ὀργῆς, Aq. κλόνησις... Vulg. & alii, *ira... furor... furor iræ... commotio, concussio, tremor*... Job. 3. v. 16. vel 17. *ibi* (nempe in sepulchro...) *improbi* חָדְלוּ רֹגֶז *terrorem* incutere, *turbas* commovere... *desicre*... malè Cocc. in passivo, *non commoventur*... Commoventur enim, imò torquentur, ipsorum certè animæ, ubi sunt; sed, ubi fuerant, alios jam non commovent... שְׂבַע־רֹגֶז, Job. 14. v. 1. *satur metûs*, sive *metu*... Cum præf. וְרֹגֶז & *commotione*... בְּרֹגֶז *cum commotione*... Cum præf. & affix. correpto τῷ hhólem in (ּ hhatoúph) ac τῷ (ּ) ante aff. ob pausam in (ּ) mutato, וּמֵרָגְזֶךָ & *à commotione tua, concussione tua, tremore tuo*... Rad. רָגַז *contremuit*... irâ vel pavore *commotus fuit*...

רַגְזָה f. unde cum præf. Ezech. 12. v. 18. *panem tuum* בְּרַעַשׁ *in tremore comedes*; & *aquam tuam* בְּרָגְזָה וּבִדְאָגָה, O. ἐν βασάνῳ καὶ θλίψεως... *cum cruciatu & anxietate*.... Vulg. *in festinatione & mœrore*... Alii, *cum tremore ac mœrore, anxietate, cruciatu... bibes*... R. ead. ac præcedentis, à quo deducitur.

רגל QAL (Gal. *je racle*...) Lxx. δολόω, Vulg. Lat. *dolo ago, decipio*.... Alii, *detraho*, (Talmud. in Hiphil, *pellem detraho, excorio*...) *obtrecto, obloquor, calumnior*... Construitur cum præpos. עַל־.

PRAET. 3. p. s. m. לֹא־רָגַל עַל־לְשֹׁנוֹ, Psal. 14. Hebr. 15. v. 3. *non obtrectat linguâ suâ*...

PIEL רִגֵּל *detraho, detracto*... qua significatione construitur cum præpos. בְּ..., Lxx. Theod. κατασκοπεύω, Lxx. κατασκοπέω, κατασκέπτομαι... Vulg. & alii, *exploro*,

speculor... inspicio, oculis perlustro... ex specula observo...

BEN. plur. m. מְרַגְּלִים, O. κατάσκοποι, Lxx. Vulg. & alii, *exploratores*... Cum præf. בִּמְרַגְּלִים *exploratores*... כַּמְרַגְּלִים *sicut exploratores*...

INFIN. cum præf. לְרַגֵּל *ad explorandum*... וּלְרַגֵּל *& ad explorandum*... Cum præf. & affix. וּלְרַגְּלָהּ *& ad explorandam eam civitatem*... 2. Reg. 10. v. 3.

IMPER. 2. p. plur. m. cum præf. וְרַגְּלוּ *& explorate*...

FUT. 3. p. s. m. cum præf. וַיְרַגֵּל בְּעַבְדְּךָ, 2. Reg. 19. v. 27. O. καὶ μεθώδευσεν ἐν τῷ δούλῳ σου... Αλλος, καὶ κατηγόρησεν τὸν δοῦλόν σου... Lxx. *& perniciem servo tuo machinatus est*... Alius, *& accusaverunt servum tuum*... Vulg. *insuper & accusavit me servum tuum*... Alii, *& detraxit de servo tuo*, absente... 3. p. plur. m. cum præf. וַיְרַגְּלוּ *& exploraverunt*...

HIPHIL הִרְגִּיל, unde 1. p. s. c. PRAET. cum ת, fortè mendoso, loco τῆς ה, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 183. c. 1. וְאָנֹכִי תִרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם קָחָם עַל־זְרוֹעֹתָיו, Hos. 11. v. 3. O. καὶ ἐγὼ συνεπόδισα τὸν Ἐφραΐμ... Lxx. & alii, *& ego ambulare feci Ephraïm pedibus*... Pagn. Riv. vel *gressus moderatus sum*, Tigurina Vers... Vulg. *& ego quasi nutritius Ephraïm, portabam eos in brachiis meis*... Quidam ex V. Conjug. Arab. ترجل *tarággala*, *& ego pedibus propter Ephraïm insedi*... *susceptus in brachia*... Versio Genevensium, *on les a porté (portez) sur les bras*... Activa enim verba in tertiis personis sæpiùs passive exponuntur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 531. can. III... Vel ת τῆς ה pro ה accepto, *ire feci ad Ephraïm, qui susciperet eos brachiis suis*...

רֶגֶל c. f. sæpiùs, Lxx. Aq. Sym. Theod. πούς, Lxx. ὑπόδημα, σκέλος, μηρός... Vulg. & alii, *pes, calceus, crus, femur, femen*... Item, *causa, gratia, vices*... Lxx. item, ὁδὸς *via*... שְׁלַח רֶגֶל, πατέω *calco*... הָלַךְ לְרַגְלוֹ, ἀκολουθέω *sequor*... In pausa, unde τό (·) penult. in (ֶ) mutatum, רָגֶל, רֶגֶל תַּחַת רָגֶל, Exod. 21. v. 24. *pedem pro pede*... אַל־תְּבוֹאֵנִי רֶגֶל גַּאֲוָה, Psal. 35. Hebr. 36. v. 12. *ne invadat me pes superbiæ*, i. e. *superbi*; emphaticè, abstractum pro concreto, Gei... vel *pes superbus* hostium, Munst. *pes* synecdochicè, pro homine... Cum præf. וְרֶגֶל *& pes*... In pausa, בְּרָגֶל *pro pede exiges*. Deut. 19. v. 21... *pede*, Psal. 65. Heb. 66. v. 6. Ezech. 25. v. 6. לְרֶגֶל הַמְּלָאכָה..., Gen. 33. v. 14. O. κατὰ πόδα τῆς πορείας... Lxx. *secundum tarditatem profectionis*, i. e. proficiscentium... Vulg. *sequar*... *vestigia ejus*... Alii, *ad pedem gregis*... ubi *pes* pro *pedato*, (gressu) ut Latini veteres dicebant, Grot... וּלְרֶגֶל *& ad pedem*... Cum affix. רַגְלוֹ *pes ejus, suus*, m... Cum præf. & aff. בְּרַגְלוֹ *pede* quisque *suo*, pedes, m... לְרַגְלוֹ *ad pedem suum*, m... רַגְלָהּ *pedis sui*, f... 1. Reg. 25. v. 42. *ambulantes* לְרַגְלָהּ *ad pedem ejus*, f. Vulg. *pedissequæ ejus*... רַגְלְךָ, & in pausa, quare (·) loco τῆς (ְ) ante affix. רַגְלֶךָ *pes tuus*, m... רַגְלֵךְ *pedem tuum*, f... וְרַגְלְךָ *& pes tuus*, m... Deut. 11. v. 10. *irrigabas* בְּרַגְלְךָ *cum pede tuo*, i. e. cum labore tuo, *pede tuo* eundo, sive *pedibus* huc illuc discurrendo... Vide Synops. Critic... Ego verò sic ex usu Chaldaïco, *pro more tuo*, vel potiùs ex Arabico, رجلة *rídglathon*, plur. τῆς رجل *rídglon*, *fluenta aquæ*: *aquæductus*, pec. *per vicum meantes*. Gi. Ca. sic verto: *ex fluento aquæ tuo, incili tuo*... Plurimis enim aquæ fluentis, sive canalibus incisa est Ægyptus... In pausa, unde τό (·) loco τῆς (ְ) ante affix. לְרַגְלֶךָ *pedi tuo*, m... Job. 23. v. 11. Vulg. *vestigia ejus secutus est* (*tenuit*) רַגְלִי *pes meus*, c... Gen. 30. v. 30. *& benedixit Dominus tibi* לְרַגְלִי *ad pedem meum*, i. e. per curam meam, Cocc... Alii, ad adventum meum... ob gratiam mei, sive gratiâ meâ, causâ meâ... רַגְלָם *pes eorum*... רַגְלְכֶם *pedis vestri*, m... רַגְלֵנוּ *pes noster*, c... Dual. רַגְלַיִם *pedes*, bini propriè, sed & de pluribus dicitur... In pausa, quare τό (ְ) in (·) mutatum, אַרְבַּע רַגְלָיִם *quatuor pedes*... Levit. 11. v. 23. & v. 42. מַרְבֵּה רַגְלַיִם *multipeda*, Vulg. *& multos habet pedes*... Vers. Pagn. *multiplicans pedes duos*... Cum præf. וְרַגְלַיִם *& pedes*... In pausa, הָרַגְלָיִם *pedes*....

וְהָרַגְלַיִם *& pedes* ... בְּרַגְלַיִם *pedibus* .... Conſtr. רַגְלֵי *pedes* ... Cum præf. וְרַגְלֵי *& pedes* ... בְּרַגְלֵי, 1. Reg. 25. v. 27. O. τοῖς παρεστηκόσι ... Lxx. *qui aſſiſtunt* ... Vulg. *qui ſequuntur* ... Alii, qui ambulant, *ad, poſt, pedes* ... O. alibi ſola præpoſitione expreſſa, ἐπὶ *in* ... Cum aff. אַךְ מֵסִיךְ הוּא אֶת־רַגְלָיו, Jud. 3. v. 24. O. μήποτε ἀποκενοῖ τοὺς πόδας αὐτοῦ ... Ald. Complut. μήποτε πρὸς δίφρους κάθηται ... Lxx. *nunquid fortè evacuat pedes ſuos* ...? Ald. Complut. *nunquid fortè in ſella ſedet* ...? Vulg. *forſitan purgat alvum* ... Hebr. & alii, εὐφήμως honeſto nomine, *ſanè tegit pedes*, pro *pudendo*, ſive ad alvum purgandum, ſive ad reddendam urinam, quæ Hebræis מֵי רַגְלַיִם *aqua pedum* dicitur .... לֹא־יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה וּמְחֹקֵק מִבֵּין רַגְלָיו עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה, Gen. 49. v. 12. O. οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἐὰν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ .... A. οὐκ ἀποστήσεται σκῆπτρον ἀπὸ Ἰούδα, καὶ ἀκριβαζόμενος ἀπὸ μεταξὺ ποδῶν αὐτοῦ· ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται ... Σ. οὐ περιαιρεθήσεται ἐξουσία ἀπὸ Ἰούδα ... (ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται ...) Lxx. *non deficiet princeps ex Juda, & dux ex femoribus ejus, donec veniant quæ repoſita* (*deſtinata*, promiſſa ...) *ſunt ei* ... Aq. *non diſcedet*, ſive *recedet ſceptrum à Juda, & legiſlator de inter pedes ejus, donec veniat cui repoſitum eſt* ... Sym. *non auferetur poteſtas à Juda* ... *donec veniat cui repoſitum eſt* ... Vulg. *non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt* ... Alii, *non deficiet* (à fide) *tribus ex Juda, nec legiſlator, qui ſit ex intra pedes ejus*, (ſatus ex ipſo, Cocc.) *uſque quo* (non *quando venerit*, uti Judæi recentiores ...) *veniat Schilóh*, i. e. ipſe ſolis *ex ſecundinis* ortus ... Vulg. τὸ שִׁילֹה *Schilóh* ad שָׁלַח *mitto* referebat ... vide Synopſ. Critic... לְהָסֵךְ אֶת־רַגְלָיו, 1. Reg. 24. v. 4. *ut tegeret pedes ſuos* ... O. παρασκευάσασθαι *ad ciendum* alvum, aut urinam *provocandam* ... עַל־רַגְלָיו, 1. Paral. 28. v. 2. *ſuper pedes ſuos* ſurrexit ... O. ἐν μέσῳ *in medio* ... Cum præf. & affix. וְרַגְלָיו *ac pedum ejus* .... m. מֹלֵל בְּרַגְלָיו, Proverb. 6. v. 13. O. σημαίνει δὲ ποδί ...

Lxx. *ſignificat autem pede* ... Vulg. *terit pede* ... Hebr. & alii, *loquens pe ibus* ... לְרַגְלָיו *ad pedes ejus*, m. .. רַגְלֶיהָ *pedes ejus*, f. .. רַגְלֶיהָ, & abſque (י) pluralis indice, רַגְלְךָ *pedes tui*, m. .. רַגְלַיִךְ *pedes tui*, f. .. וְרַגְלֶיךָ *& pedes tui*, m. ... אֲשֶׁר־בְּרַגְלֶיךָ, Exod. 11. v. 8. O. οὗ σὺ ἀφηγῇ, Lxx. *quem tu ducis*. Vulg. *qui ſubjectus eſt tibi* ... Alii, *qui ſequitur te* ... Grot. *ſub vexillis tuis* ... לְרַגְלֶיךָ *pedum tuorum*, m. Abſque (י) pluralis indice, quod in Samar. ſcribitur; וְהֵם תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ, Deut. 33. v. 3. O. καὶ οὗτοι ὑπὸ σέ εἰσι *& hi ſub te ſunt*. Vulg. *& qui appropinquat pedibus ejus* ... Legebat לרגליו pro לרגליך ... Samar. Ainſwort. Verſ. Angl. & alii, *ipſique aſſident* ... Verſ. Belg. & alii, ex Arab. תכא, (in VIII. Conjug. *innixus fuit* rei, *recubuit in latus* ...) *accubuerunt*, vel *accumbent*, *pedibus tuis* ... Eſt τὸ תֻּכּוּ, 3. p. plur. c. τοῦ Pual Verbi תָּכָה (quod probat accentus) ejuſdem ſignificationis in IV. conjug. ac Arab. תכא in VIII.... רַגְלַי, & in pauſa, unde (ַ) in (ָ) mutatum, רַגְלָי *pedes mei*, c... וְרַגְלַי *& pedes mei*, c... בְּרַגְלַי, & in pauſa, בְּרַגְלָי *pedibus meis*, c... לְרַגְלַי, & in pauſa, לְרַגְלָי *pedibus meis*, c... וְכַף רַגְלֵיהֶם, O. καὶ πτερωτοὶ οἱ πόδες αὐτῶν ... Lxx. *& pedes eorum pennati* ... Vulg. & alii, *& planta pedis* (*pedum*) *eorum* ... וְרַגְלֵיהֶם *& pedes ipſorum* ... בְּרַגְלֵיהֶם *ad pedes ipſorum* ... וּבְרַגְלֵיהֶם *& pedibus ſuis*, m. .. רַגְלֵיכֶם *pedes veſtri*, m. .. בְּרַגְלֵיכֶם *pedibus veſtris*, m. ... רַגְלֵינוּ, & abſque (י) pluralis numeri indice, רַגְלֵנוּ *pedes noſtri*, *noſtros*, c... R. רָגַל Arabibus, Fut. O. *pedem illigavit*, Mar. *pede uno*, vel *duobus ſuſpendit ovem* ... Gi. Ca. Keſratâ *media*, *pedes fuit*, *manſitque*, Gi...

רְגַל, רְגַל, רִגְלָא, רְגָלִין, Chald. *pes* ... ut in Hebr. unde dual. וְעַל־רַגְלַיִן כֶּאֱנָשׁ הֳקִימַת, Dan. 7. v. 4. O. καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου ἐστάθη ... Lxx. *& ſuper pedes hominis ſtetit* .... Vulg. & alii, *& ſuper pedes quaſi homo ſtetit* ... Alii, *ſtare facta eſt* ... Eſt enim τὸ הֳקִימַת, 3. p. ſ. f. præteriti conjugationis paſſivæ *Ophil*, vel *Ophél*, uti *Hophal* Hebr. vide Buxt. Lex... Cum emphaſi, רִגְלָא

pedes... Cum affix. רַגְלוֹהִי *pedes ejus*, m... Cum præf. & affix. בְּרַגְלֶיהָ *pedibus suis*, f. ... Est הִי *τὸ* הָ affixum singulare cum (י) redundante secundùm Massorethas, pro plurali הָא, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 582. c. 2... R. רגל Arabibus med. kesr. *pedes fuit, mansitque, iter habuit*...

רֹגֵל Mass. *Roghél*, Vulg. *Rogel*, nom. propr. fontis *prope Jerusalem in Tribu Juda ad septentrionem*, Jos. 15. v. 8. & 18. v. 16. (2. Reg. 17. v. 17.) 1. (Alii, 3.) Reg. 1. v. 9. Leusd. Etym. Chald. עֵין קַצְרָא *fons fullonis*.. Leusd. legens רֹגֵל pro רֶגֶל, *fons-pedis*... Hinc fortè fabula *τῆς ἱπποκρήνης*... R. רָגַל *pedibus calcavit*... unde Benoni f. m. רֹגֵל *pedibus calcans*... Inde & *fullo*, sic dictus, inquiunt RR. Sal. & Kimhhi, quòd pannos inter lavandum pedibus calcat...

רַגְלִי m. Lxx. Syr. *πεζός*, Vulg. & alii, *pedes* ... Lxx. item, *τάγμα*... *ordo*... legebant דֶּגֶל *vexillum*... pro רֶגֶל *pes*... Exod. 12. v. 37. *ut sexcenties mille* רַגְלִי (*pedes*, vel *peditis*, collectivè) *pedites*... 1. Chron. 18. v. 4. עֶשְׂרִים אֶלֶף אִישׁ רַגְלִי *vicies mille pedites*. Cocc.... Plur. כִּי אֶת־רַגְלִים רַצְתָּה, Jerem. 12. v. 5. O. *σοῦ οἱ πόδες τρέχουσι*... Lxx. *tui pedes currunt*.. Legebant רַגְלַיִם, dual. *pedes*, articulo אֶת־ neglecto, aut cum nominativo, uti non nunquam accipitur, accepto... Vulg. *si cum peditibus currens*... Alii, *quia cum peditibus cucurristi*... Est *τὸ* רַגְלִי adjectivum denominativum, derivatum scil. à substantivo רֶגֶל *pes*, factâ videlicet eâdem, ac cum affixis, punctorum mutatione, *τῷ* (י) ad finem adscito, ut רַגְלוֹ *pedes ejus*... רַגְלִי *pedes*, sive *pedester*, seu *pedestris*... Sic à נֵכָר cum aff. נֵכְרוֹ *alienatio ejus*... נָכְרִי *alienus*... vel *τὸ* רַגְלִי, sicut & מַלְכִּי in מַלְכִּי־צֶדֶק... est nomen in regimine Persico, quod fit cum restrictionis notâ (י), unde סרי שׂול *sari ghoûl*, *caput larvæ*, seu Medusæ... q. d. homo *pedis*, sive *pedes*, *pedestris*... iter *pedis*, seu *pedestre*... Vide Synopf. Instit. Persicarum Alting. p. 130. §. 26. R. רָגַל Arabibus, mediâ kesratâ, *pedes fuit*, *mansitque*...

רְגָלִים plur. m. Lxx. *καιροί*... Vulg. & alii, *tempora certa*, *opportuna*... *vices temporum* ... שָׁלֹשׁ רְגָלִים, Exod. 23. v. 14. *tribus vicibus*... Sic Num. 22. vv. 28. 32. 33. *cur percutis* me, זֶה שָׁלֹשׁ רְגָלִים, v. 28. O. *τοῦτο τρίτον*; *tertiâ hâc vice*? Vulg. *ecce jam tertiò*? Pagn. *jam tribus pedibus*? Alii, *jam tribus vicibus*? Alii, *hoc*, *tribus vicibus*? Gallicè, *cela*, *par trois fois*? R. רָגַל *pedavit*, *repedavit*... Hinc רְגָלִים *vices*, quasi repedationes, sive remeationes...

רֹגְלִים Mass. *Róghelím*, Vulg. *Rogelim*, nom. propr. loci, ubi habitabat Berzellai Galaadites, 2. Reg. 17. v. 27. Etym. *fullones*, à sing. רֹגֵל *fullo*, quod vide col. præced. in nom. רֹגֵל *Roghél*...

רָגַם QAL. Lxx. *λιθοβολέω*, *καταλιθοβολέω*, Vulg. & alii, *lapido*, *lapidibus undique obruo*, vehementiùs quàm סקל... Lex. Heptagl. Construitur cum accus. & præposit... בְּ, עַל.

PRAET. 3. p. plur. c. cum præf. וְרָגְמוּ, אֹתוֹ כָּל־הָעֵדָה, Levit. 24. v. 14. *& lapidabunt eum totus cœtus*... וְרָגְמוּ עֲלֵיהֶן אֶבֶן, Ezech. 23. v. 47. *& conjicient in eas lapides*, Cocc... Cum præfix. & affix. *τῷ* (י) in (ֻ) ad euphoniam mutato, וּרְגָמֻהוּ כָּל־אַנְשֵׁי עִירוֹ בָאֲבָנִים, Deut. 21. v. 21. *tunc obruent eum omnes viri civitatis suæ lapidibus*...

INFIN. ex formâ absolutâ, רָגוֹם *lapidando*... Cum præfix. לִרְגּוֹם *ad lapidandum*...

FUT. 3. p. plur. m. רָגוֹם יִרְגְּמוּ־בוֹ כָּל־הָעֵדָה, Levit. 24. v. 16. *lapides conjiciendo conjicient* (i. e. incunctabili lapidum jactu *conjicient*) *in eum omnis cœtus*.... vide Gram. Hebr. t. 1. p. 536. can. VI... Cum præfix. וַיִּרְגְּמוּ *& lapidârunt*... Cum affix. mutato (י) ad euphoniam in (ֻ), יִרְגְּמֻהוּ *lapidabunt eum*... Cum præf. & affix. correpto ad euphoniam *τῷ* (י) in (ֻ), וַיִּרְגְּמֻהוּ *& lapidarunt eum*...

רֶגֶם Mass. *Réghem*, Vulg. *Regom*, nomen propr. filii Jahaddai, 1. Paral. 2. v. 47. Etym. *lapidarius* (Gallicè, *Lapidaire*, *Joyaillier*...) à רָגַם *lapidavit*... vide רֶגֶם מֶלֶךְ, infra suo loco...

רִגְמָה f. unde cum affix. שָׂרֵי יְהוּדָה רִגְמָתָם, Psal.

Psal. 67. Hebr. 68. v. 28. O. ἄρχοντες Ἰούδα ἡγεμόνες αὐτῶν... Lxx. Vulg. Lat. *principes Juda, duces eorum*... Alii, *principes Juda, lapis* (robur) *eorum*... Alii, *congregatio, concilium, cœtus, purpura... eorum*... Quidam sic totum vers. *ibi* (in illa scil. pompa, vel in sacris conventibus...) *Benjamin, dominans eis*, qui eum penè deleverant...(unde dicitur *parvulus*...) Ibi *principes Juda, principes Zabulon, principes Nephtali, lapidatio eorum*, Benjamitarum videlicet, i. e. qui omnes lapidaverant sive penè deleverant hancce tribum... Confer Jud. 20... pro τοῦ רֹדֵם *dominans eis*, Lxx. Vulg. Lat.... legebant sine affixo רֹדֵם Ben. s. m. τοῦ רָדַם Chaldæis, *somno sopitus, sopore obrutus fuit*... R. רָגַם *lapidavit*...

רֶגֶם מֶלֶךְ Mass. *Réghem-mélech*, Vulg. *Rogommelech*, nom. propr. (vel Officii) Officialis Regis... Zach. 7. v. 2. *tum misit* populus *ad Bæthel*, sive uti Vulg. *ad domum Dei* שַׂרְאֶצֶר וְרֶגֶם מֶלֶךְ *præfectum thesauri, & lapidarium* (Gallicè, *Lapidaire, Joyaillier*...) *regis*... à רָגַם *lapidavit*...

רָגַן QAL. Lxx. Sym. per aphæresin, γογγύζω, Vulg. & alii, *mussito, susurro, murmuro*... Per metath. Hispan. *gruño*... Gal. *je groigne*... Lat. *grunnio*... Veteres, *grundio*... Gal. *je gronde*... per metath. & apoc. κρύζω...

Ben. plur. m. cum præf. וְרוֹגְנִים יִלְמְדוּ־לֶקַח, Isai. 29. v. 24. O. οἱ δὲ γογγύζοντες μαθήσονται ὑπακούειν, καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. Σ. καὶ γογγυσταὶ μαθήσονται παιδείαν. Lxx. *& murmurantes, mussitantes discent obedire; & linguæ balbutientes discent loqui pacem.* Sym. *& murmuratores discent disciplinam.* Vulg. *& mussitatores discent disciplinam.* Alii, *& susurrones discent doctrinam*, h. e. qui mussitant & murmurant, non acquiescentes ei, quod audiverunt, ii discent recipere, quod traditum est. Cocc.

NIPHAL נִרְגָּן, Lxx. γογγύζω, διαγογγύζω... Vulg. & alii, *musso, susurro, murmuro*...

ditam, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 94. c. 1. ולי מַה־יָּקְרוּ רֵעֶיהָ אֵל מֶה (*mahijáquerôu*) [illegible], Psal. 139. v. 17. Ἄλλος, καὶ ἐμοὶ τίμιοι ἐγένοντο οἱ ἑταῖροί σου Θεός... Ἄλλος, καὶ ἐμοὶ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ Θεός... O. ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ Θεός, λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. A. αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν ἐκραταιώθησαν. Σ. παμπληθεῖς μοι ἦσαν αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν. Θ. ἐκραταιώθησαν οἱ πένητες αὐτῶν. Hebr. & *mihi quàm pretiosæ fuerunt cogitationes tuæ, Deus: quàm invaluerunt capita eorum.* Alius, & *mihi pretiosi fuerunt amici tui, Deus*... Alius, & *mihi valde honorati sunt amici tui, Deus*... Lxx. Vulg. Lat. *mihi autem nimis honorati amici tui, Deus: nimis confortati sunt* (Vulg. Lat. *confortatus est*) *principatus eorum.* Aq. *capita eorum roborata sunt.* Sym. *quàm plurima erant mihi capita eorum.* Theod. *roborati sunt pauperes eorum.* S. Hieronymus, *mihi autem quàm honorabiles facti sunt amici tui, Deus: quàm fortes pauperes eorum.* Theod. S. Hieron. legebant רָשֵׁיהֶם pro רָאשֵׁיהֶם... Alii, mox laudati, referebant τὸ רֵעֶיהָ ad רָעָה, Hebr. *pavit... consociavit se, socium, amicum se præbuit*... Alii verò ex רעה Chald. Syr. *cogitavit*... sic vertunt: *Apud me verò quàm enumeratu difficiles sunt cogitationes tuæ, ô Deus! Quàm grandes earum summa!*

רֵיעַ m. vide supra רוֹעַ, col. 2408.

רָעֵב QAL (ex forma (-), Lxx. Aq. Sym. Theod. πεινάω... Vulg. & alii, *esurio, fame premor;* metaphoricè, *appeto, desidero*...

PRAET. 3. p. plur. c. cum præf. in pausa, quare τὸ (-) punctum primariæ vocis sub ע revocatur, כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ, Psal. 33. Hebr. 34. v. 11. *juvenes leones depauperantur & esuriunt*...

FUT. 3. p. s. m. ex forma (-), יִרְעַב, & in pausa, quare τὸ (-) in (·) mutatum, יִרְעָב *esurierit*... 3. p. s. f. in pausa, תִּרְעָב *esuriet*... Cum præf. וַתִּרְעַב *quùm fame laboraret*... 1. p. s. c. אֶרְעָב *esuriero*... 3. p. pl. m. in pausa, unde τὸ (-) primariæ vocis revocatum in (·) sub ע mutatum, יִרְעָבוּ *esurient*... 2. p. plur. m. in pausa, תִּרְעָבוּ *esurietis*... 1. p. plur. c. in pausa, נִרְעָב *esuriemus*...

HIPHIL הִרְעִיב, Lxx. λιμαγχονέω, λιμοκτονέω... Vulg. & alii, *fame, inediâ, affligo,* (*neco,* q. d. *strangulo*...) *fame conficio*... Alii item, *esurire facio,* vel *sino*...

FUT. 3. p. s. m. לֹא־יַרְעִיב יְהוָה נֶפֶשׁ צַדִּיק, Proverb. 10. v. 3. *non sinet esurire Dominus animam justi*.. *animam justi*, pro *ipsum justum, hominem justum*... Hebraïsmus imo, Orientalium ἰδιωτισμός, τὸ enim נפש Hebræis, Chaldæis, Syris, Æthiopibus... pro *anima, mens, corpus, ipse, homo*... usurpatur... Cum præf. & affix. absque (׳) in penultima, τῶ (.) indice, ac in pausa, quare τὸ (·) in (·) ante affixum mutatur, וַיַּרְעִבֶךָ & *esurire te fecit*...

רָעָב m. Lxx. Aq. Sym. Theod. λιμός... Vulg. & alii, *fames, esuries*... *caritas annonæ, penuria*... *cibi potusque* imò, *cujusvis* etiam *rei cupiditas*... וְהִשְׁלַחְתִּי רָעָב בָּאָרֶץ לֹא־רָעָב לַלֶּחֶם וְלֹא־צָמָא לַמַּיִם כִּי אִם־לִשְׁמֹעַ אֵת דִּבְרֵי יְהוָה, Amos. 8. v. 11. & *mittam famem, desiderium,* à רָעַב Arabibus, *voluit, desideravit*... *in terram: non desiderium cibi; neque desiderium,* sive *sitim potûs,* seu *aquæ; sed* desiderium *audiendi verbum Domini.* Confer Joan. 7. v. 37... Cum præf. וְרָעָב & *fames*... הָרָעָב *fames*... וְהָרָעָב & *fames*... בָּרָעָב *in fame*... Excluso ה artic. בְּרָעָב *fame, in fame*... וּבְרָעָב & *in fame*... לָרָעָב *fami, ad famem*... מֵרָעָב *à fame*... Cum præf. & affix. לִרְעָבָם, Nehem. 9. v. 15. O. εἰς, Vatic. σιτοδοτίαν, Ald. Complut. σιτοδοσίαν, al. σιτοδείαν, Alex. σιτοδίαν, αὐτῶν... Lxx. *in*, Vatic. Ald. Complut. *frumentationem*, sive *annonam*... al. Alex. & alii, *in annonæ penuria*, Vulg. & alii, *in fame eorum*... R. רָעַב *esurivit*... Arabibus, *voluit, desideravit, expetivit*... unde רָעָב *esuries, fames, annonæ caritas, penuria, cibi potusque aliûsve rei desiderium, cupiditas*...

רָעֵב m. Vulg. & alii, *esuriens, famelicus*... Lxx. ἐν ἐνδείᾳ *in indigentia* constitutus... δίκαιος *justus*... Substantivè, λιμός *fames*... Verbaliter, πεινάω *esurio*... sed hæcce

ſignificatio non ad Benoni, ſive participium, referenda, ſed ad Verbum ipſum ex forma ſcil. (-), רָעֵב, quod vide ſupra, col. 2487... *πῖνω bibo*... רָעֵב וְעָיֵף וְצָמֵא, בַּמִּדְבָּר, 2. Reg. 17. v. 29. *eſuriens, & laſſus, & ſitiens in deſerto.* אִם־רָעֵב שֹׂנַאֲךָ הַאֲכִלֵהוּ לָחֶם, Proverb. 25. v. 21. *ſi eſuriat inimicus tuus; ciba illum pane: aut ſi ſitiat; propina ei aquam.* Panis & aqua, non vinum... exiguntur.... לְהָרִיק נֶפֶשׁ רָעֵב, Iſai. 32. v. 6. *ad exhauriendam animam famelici*, Cocc... Cum præf. וְרָעֵב *& famelicus*... הָרָעֵב *famelicus*... לָרָעֵב, & excluſo ה artic. לְרָעֵב *eſurienti*... וּמֵרָעֵב *& à famelico*... Sing. fem. ſervato (-) maſculini generis, quod ibi (i. e. in Benoni ſ. pl. f. & in pl. m. in aliis etiam nominibus ejuſdem formæ) ſæpe accidit, ſive motio primæ radicalis ſit (-), ſive (ֹ), vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 60. c. 1... 164. c. 1. רְעֵבָה *famelica*... Plur. m. ſervato, uti mox ſupra, τῷ (-) τῶ ſingularis, רְעֵבִים *famelici*... Cum præf. וּרְעֵבִים *& famelici*... Excluſo ה articulo, לָרְעֵבִים *famelicis*... R. רָעֵב *eſurivit*...

רְעָבוֹן m. Lxx. λιμὸς, σιτοδεία... Vulg. & alii, *fames (parva) rei frumentariæ penuria, caritas*... Non autem *frumenti datio*, uti in indice Hebr... ad hancce vocem & רָעָב poſuit Trommius... Conſtr. וְאֶת־רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם קְחוּ וָלֵכוּ, Gen. 42. v. 33. Targ. וְיַת־עִבוּרָא־דְחַסִּיר בְּבָתֵּיכוֹן סַבוּ *& frumentum, quod deficit in domibus veſtris, tollite*.... Hebr. ad verbum: *famem domorum* veſtrarum tollite, h. e. alimentum, quo deſtituuntur... Munſt. Vel, eſt defectiva locutio, pro שֶׁבֶר רַעֲבוֹן, i. e. *remedium famis*, per metonymiam ſubjecti, Piſc. pro, *fame*, hoc eſt, frumentum pro, fame ut Ch. habet. Tales defectus frequentes ſunt; ut *Goliah*, 2. Sam. 21. v. 19. pro, *fratrem Goliah*, 1. Chron. 20. v. 5. Ainſw. R. רָעֵב *eſuriit*... unde רְעָבוֹן *fames parva*, ſive *rei frumentariæ penuria*... Hæcce enim in וֹן *ôn*, terminatione formantur diminutiva, omnibus ferè in linguis, Hebr. אִישׁוֹן *iſchôn, pupilla*, Pſal. 17. Hebr. 18. v. 8. ab אִישׁ *vir*; quod in oculo parva quædam imago viri conſpiciatur... Chald. בִּרְיוֹן *birión, homo nihili*... Syr. ܒܪܘܢ *brôun*, emphat. ܒܪܘܢܐ *brounón, filiolus*... Arab. بنى *bounaîion*, idem... Gr. κλαδίον *ramuſculus*, à κλάδος *ramus*... ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπισκάριον... Lat. *homuncio*... Ital. *homuncino*... Hiſpan. *calçon*, à *calça*, Gallicè, *chauſſon*, à *chauſſe*...

רעד QAL, Gr. ὀῤῥωδέω *vereor, horreo*... τρέω *tremo*... ὀῤῥωδία *timor, terror*... Lat. per metath. *terreo, or, terror*... Av.

FUT. 3. p. ſ. f. ex forma (-), quod in (-) ob pauſam mutatur, הַמַּבִּיט לָאָרֶץ וַתִּרְעָד, Pſal. 103. Hebr. 104. v. 32. O. ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν... Vulg. Lat. *qui reſpicit terram & facit eam tremere*... Alii, *quo intuente, tremit ipſa*...

HIPHIL הִרְעִיד *tremo*...

BEN. ſ. m. עָמַדְתִּי מַרְעִיד, Dan. 10. v. 11. *ſteti (ſurrexi)* O. Θ. ἔντρομος. Vulg. & alii, *tremens*. Minùs jam commotus, ſed commotus tamen, ob Angeli præſentiam, Grot. Plur. מַרְעִידִים עַל־הַדָּבָר וּמֵהַגְּשָׁמִים, Eſdr. 10. v. 9. O. ἀπὸ θορύβου αὐτῶν περὶ τοῦ ῥήματος, καὶ ἀπὸ τοῦ χειμῶνος *præ turbatione ſua* (τὸ ם finale pro affixo habuêre) *de facto* (a), *& ab hyeme*. Vulg. *trementes pro peccato & pluviis*. Alii, *trementes propter verbum illud* (b), *& ab imbribus*... (a) *de facto*, malo ſcil. unde Vulg. *pro peccato*.... Nempè, quòd ſecuti eſſent connubia & affinitates contra legem... (b) *propter verbum illud*, ſive *rem illam*, ſeu *negotium illud*, ob quod ſcilicet convenerant illuc. Vatabl. Tremebant interiùs, ex conſcientia ſceleris, metuque judicii divini: exteriùs, ob pluvias & frigora. Malvenda, Com. à Lapide...

רַעַד רָעַד m. Lxx. τρόμος... Vulg. & alii, *tremor*... In pauſa, unde τὸ (-) penult. in (-) mutatum, יֹאחֲזֵמוֹ רָעַד, Exod. 15. v. 15. *occupabat eos tremor*... Cum præfixo (ו) τῷ (-) affecto, quod conjungat duo nomina, quorum poſterius eſt diſſyllabum penacutum, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 385. c. 2. יִרְאָה וָרַעַד יָבֹא בִי, Pſal. 54. Hebr. 55. v. 6. *timor & tremor invadit me*... R. רָעַד *tremuit*...

רְעָדָה f. Lxx. τρόμος, Sym. φρίκη... Vulg. & alii; *tremor*, *horror*... אָחֲזָה רְעָדָה חֲנֵפִים, Isai. 33. v. 14. *occupavit tremor hypocritas*... Cum præf. וּרְעָדָה *& tremor*... עִבְדוּ אֶת־יְהוָה בְּיִרְאָה וְגִילוּ בִּרְעָדָה, Psal 2. v. 11. *colite jam*, *adorate*, (ex usu Arabico) *Jehovam cum timore*; (1.) *obite*, *circumite cum tremore*; (2.) *osculamini* (3.) ejus *filium*... (1.) *obite*, *circumite*... Templa, non jam idolorum, sed Veri Numinis... וַיְפַסְּחוּ, 3. Reg. 18. v. 26. *obibantque*.... Saltabant circum altaria, ut Salii. Tale & illud in Epigrammate,

Ἔλθετε πρὸς τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαὸν
 Ἥρας
Λεσβίδες, ἁβρὰ ποδῶν βήματ' ἑλισσόμεναι.
Ἔνθα καλὸν στήσασθε θεᾷ χορόν. ὔμμι δ' ἐπάρξει
Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύρην. Grot.

(*Venite ad splendidum Cæsiæ Junonis Templum*,
O puellæ Lesbiæ, *molliter incedentes*, *illic*
 Deæ pulchram Choream instituite, *vobis*
Auspicabitur Sappho, *auream in manu tenens lyram.*)

Fortè ritus ei similis, 4. Æneid.
Aut ante ora Deûm pingues spatiatur ad aras.
 Mar.

(2.) *osculamini*... osculo manuum Principes adorabant, sicut hodie Indi. Muis. ex Aben-Esra... In Sacris, qui adorabant, manus osculabantur, uti Job. 31. v. 27... (aut osculabantur ipsum; quem adorabant, uti hîc & 3. Reg. 19. v. 18...) Cùm manum alterius osculari non liceret, suam pro aliena eodem significatu osculabantur, Grot. (3.) ejus *filium*, Chald. בַּר, nempè, Filium Dei, Messiam, ex v. 7... R. רָעַד *tremuit*...

רָעָה QAL. (Lat. *rego*, alternato scil. *g* & ע, uti ex עֲמֹרָה, Gr. Γόμοῤῥα, Lat. *Gomorrha*, Gal. *Gomorre*....) Lxx. Aq. βόσκω, Lxx. βόσκομαι... Lxx. Sym. Theod. νέμω, Lxx. Aq. Sym. VIa. editio, νέμομαι.... Lxx. Aq. Sym. ποιμαίνω, Lxx. Sym. ποιμαίνομαι, (Lxx. ποιμὴν εἰμι, συμβόσκω, συμβόσκομαι, τρέφω, κατανέμομαι, Sym. καταβόσκομαι... Vulg. & alii; *pasco*, *alo* (*more pecudum*)... *pascor*... *ipse me pasco*... *tribuo*, *distribuo*, *attribuo*... *tribuor*, *distribuor*; activè, *divido*, *partior*... *curo*, *curam gero*... *curor*... *pastor* (cujus omnia complectitur officia, nempè, *educere oves*, *regere*, *tueri*, *alere*, *potare*...) *sum*... *simul pasco*, *or*... *nutrio*, *educo*... *possideo*, *fruor*... *depasco*, (*contero*, *affligo*, à רָעַע...) *or*... Lxx. item, per ד legentes, γινώσκω *cognosco*... ἐπίσταμαι *scio*... φρονέω *sapio*... ὑπομένω *sustineo*... συμπορεύομαι *una proficiscor*... πονηρὸς εἰμι *malus sum*... Adjectivè, πονηρὸς *malus*, à רָעַע vel רוּעַ... Metaphoricè, *ipse me socium*, *amicum præbeo*, *consocio*... ut inter greges simul pascentes mutua est societas & amicitia, Buxt. Lex. Construitur aliquando cum accusat. cum præposit. ב... aliquando est activum...

Praet. 3. p. s. m. cum præf. וְרָעָה הַכַּרְמֶל וְהַבָּשָׁן, Jerem. 50. v. 19. *& pascet Carmelum & Basan*... O. νεμήσονται ἐν τῷ Καρμήλῳ... fruentur Carmelo pascentes, Cocc. ... 1. p. s. c. cum præf. & affix. וּרְעִיתִים *& pascam eos*... 3. p. plur. c. רָעוּ *paverunt*... Cum præf. וְרָעוּ *& pascent*... Cum præfix. & affix. וְרָעוּם *& pascent eos*...

Ben. s. m. רֹעֶה, Lxx. Aq. Sym. ποιμήν, Sym. νομεύς... Vulg. & alii, *pascens*, *pastor*.... Quo nomine olim appellabatur Rex Ægyptiorum. Hinc enim (cum Coptico Π, vel ח,) articulo nomen πῶ פַּרְעֹה *Pharáo*, quod vide supra, col. 1923. Hinc & ipsum nomen Lat. *Rex*, Gal. *Roy*... *dator*, *largitor*, *distributor*, *possessor*. Lxx. item, κατακολουθῶν *sequens*... ἴασις *sanatio*... νομάς *in pascuis degens cum reliquo armento*, vel etiam *gregalis*... ποιμενικός *pastoralis*... ὄρος *mons*... μὴν *mensis*... מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל, Gen. 49. v. 24. O. ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας Ἰσραήλ... *inde qui confortavit Israël*... Vulg. & alii, *inde pastor egressus est lapis Israël*... Quidam, *inde* (מֵאֵל אָבִיךָ, v. 25. *à Deo patris tui*...) *pastor*, Joseph, Ægyptiis, genti, sive familiæ, suæ, aliisque gentibus... *& lapis*, i. e. basis... τῶ *Israël*... Cum præf. וְרֹעֶה *& pascens*... *& consocians se*... הָרֹעֶה *pascens*, *qui pascit*,

pastor... הָאֱלֹהִים הָרֹעֶה אֹתִי *Deus, qui pascit me*... הָרֹעֶה בַּשּׁוֹשַׁנִּים, Cant. 2. v. 16. *qui pascit in liliis.* Pastum agit oves suas in liliis, Cocc... כְּרֹעֶה *velut pastor*... לְרֹעֶה *in pastorem*... מֵרֹעֶה *à pastore*... Constr. רֹעֵה *pastor*... Cum affix. רֹעִי *pastor meus*, c... Plur. רֹעִים *pastores*... Cum præf. הָרֹעִים *pastores*... וְרֹעִים *& pastores*... וְהָרֹעִים *& pastores*... Excluso ה articulo, לָרֹעִים *pastoribus*... Constr. רֹעֵי *pastores*... Cum affix. רֹעֶיךָ *pastores tui*, m... רֹעַיִךְ *pastores tuos*, f... רֹעַי *pastores mei*, c... רֹעֵיהֶם *pastores ipsorum*... Cum præf. & affix. וְרֹעֵיהֶם *& pastores ipsorum*... Sing. fem. רֹעָה *pascebat*... שֵׁן רֹעָה, Proverb. 25. v. 19. O. ὀδὼς κακοῦ... *via mali*... ὀδὸς, ex oscitatione amanuensium, pro ὀδοὺς... Vulg. *dens putridus*... Alii, *confractus*, quasi à רְעַע Chaldæis, *confregit*... Alii, *vitiatus*.... Cocc. *depascens*... Plur. רֹעוֹת *pascentes*...

Infin. רְעוֹת ה in (ו) converso, ob hhólem scil. præcedens, ex Arabismo, quo quiescentes post vocales heterogeneas iis fiunt homogeneæ, uti נוי *nóiion*, pro נאי *nóuion*, *incile*... Vide Synops. Instit. Arabicarum Altingi, p. 7. (1.) Addito ה, ne vox videlicet in vocalem terminaretur.... Cum præf. לִרְעוֹת *ad pascendum* מֵרְעוֹת *à pascendo*... Cum præf. & affix. רְעֹת ה in ת mutato, vel potiùs deperdito, בִּרְעֹתוֹ *in pascendo ipse*, sive *cùm pasceret ipse*...

Imper. 2. p. s. m. רְעֵה *pasce*... Cum præf. וּרְעֵה *& pascere*... Cum præf. & aff. וּרְעֵם *& pasce eos*... 2. p. s. f. cum præfix. וּרְעִי *& pasce*... 2. p. plur m. רְעוּ *pascite*...

Fut. 3. p. s. m. Proverb. 15. v. 14. *cor intelligens quærit scientiam:* וּפִי כְסִילִים יִרְעֶה אִוֶּלֶת *& os stultorum pascitur stultitiâ*, Alii, *imperitiâ*, Cocc. *levitate*... Scribitur וּפְנֵי *& facies*... sed legendum וּפִי *& os*... licet in quibusdam exemplaribus sit וּפְנֵי *& facies*, ut notant hîc Massorethæ, (Gej.) qui observant Nun in י״ו, h. e. *sexdecim*, locis redundare. Cap... Sed error hîc est librariorum & correctorum, qui נ״, ex linea sequenti ad (וְטוֹב) בְּטוֹב huc transtulerunt, & pro (ו) septem po-

fuerunt: nam septem harum vocum recenset Massora & magna & parva, ad 2. Sam. 21. v. 6. Buxt. *os* dicit, non *cor*, quia *cor stulti in ore ipsius situm est*... Sir. (Eccli.) 21. v. 29... Vide Synops. Criticorum... Cum affix. יִרְעֵם *pascet, depascet eos*... 3. p. s. f. תִּרְעֶה *depascet*... 2. p. s. m. תִּרְעֶה *pasces*... 1. p. s. c. אֶרְעֶה *pascam*... Cum præfix. וָאֶרְעֶה *& pavi*... Cum affix. אֶרְעֶנָּה *pascam eam*... 3. p. plur. m. שִׂפְתֵי צַדִּיק יִרְעוּ רַבִּים, Proverb. 10. v. 21. *labia justi pascunt*, Vulg. *erudiunt, multos*... O. ἐπίσταται ὑψηλὰ... *sciunt sublimia*... Cum præf. וַיִּרְעוּ *& paverunt*... Cum ו ex Chaldaismo, & Syriasmo paragog. יִרְעוּן *pascent*... 3. p. plur. f. תִּרְעֶינָה *pascent*... Cum præf. וַתִּרְעֶינָה *& pascebant*... 2. p. plur. m. תִּרְעוּ *pascetis*...

PIEL cum (-) sub prima rad. in compensationem τοῦ daghésch ex ע excidentis, רֵעָה, Lxx. ἑταῖρος εἰμι... Vulg. & alii, *sodalis*, *socius sum*... Construitur cum dativo...

Praet. 3. p. s. m. לְמֵרֵעֵהוּ אֲשֶׁר רֵעָה לוֹ, Jud. 14. v. 20. O. ἑνὶ τῶν φίλων αὐτοῦ, ὧν ἐφιλίασεν *uni amicorum suorum, quos dilexerat.* Vulg. *unum de amicis ejus & pronubis.* Alii, *sodali (socio,) ejus, qui socius, vel sodalis, fuerat ei*... locata fuit, Syr. לשושבינה *paronympho*, vel *pronubo*.... Arab. לענאהל *livoudgâbila* (Vers. Lat.) *Agabelis.* Sed fortè legendum: לענאחן *livoutlgâbina, connubii conciliatori*...

PUAL רֻעָה, unde secundùm nonnullos 2. p. plur. m. Imper. רֹעוּ עַמִּים וָחֹתּוּ, Isai. 8. v. 9. O. Γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε... οἱ Γ. συνάχθητε ἰδῶτε λαοὶ, καὶ ἡττᾶσθε... Lxx. (1.) *cognoscite gentes, & vincimini*.... Tres interpr. (nempe, Aq. Sym. & Theod. Vide Præliminaria D. Bern. *De Montf.* in Hexapl. Origenis, p. 72.) Vulg. & alii, *congregamini, populi, & vincimini*... Alii, *consociamini, populi, & consternamini*... Cocc... Alii, *confringimini, ô populi, & conterimini*... In Imperativo scil. τοῦ Qal, Verbi רָעַע *frango, confringo*... Quod probat sedes accentûs... (1.) *cognoscite*... legebant דְּעוּ pro רֹעוּ... Posuère ἔθνη *gen-*

tes, pro λαοὶ *populi*.... Quarum tamen vocum, ficut & Hebraicorum עַמִּים & גּוֹיִם, haud femper, fine difcrimine, una pro alterâ ponenda, feu accipienda... Priore enim nimirùm, גּוֹיִם ἔθνη *gentes*, haud rarò apud Prophetas defignamur. Confer Pfal. 2. v. 8... 9. v. 16... 71. Hebr. 72. v. 11... 85. Hebr. 86. v. 9... 95. Hebr. 96. v. 10... Ifai. 2. v. 2... Jerem. 3. v. 17... Ezech. 28. v. 16... Agg. 2. v. 8...

HITHPAEL הִתְרָעָה, unde 2. p. f. m. FUT. cum apocopa, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 306. c. 2... אַל־תִּתְרַע אֶת־בַּעַל אָף, Proverb. 22. v. 24. O. μὴ ἴσθι ἑταῖρος ἀνδρὶ θυμώδει... Σ. μὴ φιλιάσῃς... Lxx. *ne fis amicus*, five *familiaris viro iracundo*... Sym. *ne amicus fis*... Vulg. *noli effe amicus homini iracundo*... Alii, *ne affocies te homini iracundo*... Cocc... Ad verbum: *Ne verferis*, vel *vefcaris*, vel *adfuefcas*, vel *ne te commifceas cum Domino iræ*, vel *habente*, aut *retinente, iram*... בַּעַל *Dominus* dicitur rei alicujus fubjectum, quocunque fe modo habeat: ut *Dominus fomniorum*, Gen. 37. v. 19. & *fagittarum*, Gen. 49. v. 23. &c. Glaff. gram. 3. 1... 35. 128. *Dominus iræ*, qui iram fecum gerit & poffidet, inftar feræ in luftro, è quo facilè erumpit, &c. Gej.

רֵעַ m. Lxx. ἑταῖρος... Vulg. & alii, *fodalis, focius, amicus*... In ftatu abfoluto pro conftructo, per ellipfin nominis conftructi, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 121. & 122. c. 2. רֵעֶה (רֵעֶה) דָוִד, 2. Reg. 15. v. 37. *amicus*, (*amicus, inquam*,) *Davidis*... h. e. *fodalium*, five *aulicorum princeps*, *amicorum primus*... unde O. ἀρχιεταῖρος... Fem. fing. רֵעָה *focia, amica*... Plur. cum affix. בְּתוּלוֹת אַחֲרֶיהָ רֵעוֹתֶיהָ, Pfal. 44. Heb. 45. v. 15. O. παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς, αἱ πλησίον αὐτῆς... Lxx. Vulg. Lat.... *virgines poft eam, proximæ ejus*... Alii, *fociæ ejus*... Cum præf. & affix. וְרֵעוֹתֶיהָ, Jud. 11. v. 38. O. καὶ αἱ συνεταιρίδες αὐτῆς... Lxx. & alii, *& fociæ ejus*... וְרֵעְיֹתַי, fic fcribitur; fed legitur וְרֵעוֹתַי *& fodales meæ*.... Jud. 11. v. 37. ubi τὸ (-) in (·) ob paufam mutatum... R. רָעָה *pavit fe*, vel alium...

Metaphoricè, *confociavit fe, focium, amicum... fe præbuit*...

רֹעֶה m. *pafcens, paftor*... Vide Benoni τοῦ Qal Verbi רָעָה *pavit fe*, vel *alium*...

רְעוּ Maff. *Revoú*, Vulg. *Regau*, 1. Paral. 1. v. 25. *Reu*, Gen. 11. v. 18. nom. propr. filii τοῦ Phaleg... Etym. *refipifcens, à turpibus ad præclara fe convertens, egregiè agens turpibus deferendis*... ab Arab. רעו *Réwwon*, idem; à *Regau*, fortè τὸ *Ragau*, nomen urbis *Mediæ*, quod Bochart. *ab adjacentis pafcui ubertate* deducit...

רְעוּאֵל Maff. *Revouél*, Vulg. *Raguel*, *Rahuel*... nom. propr. 1°. filii τοῦ Efau ex Bafemath uxore, Gen. 36. v. 4. ubi Vulg. *Rahuel*... 2°. filii Jebaniæ, 1. Paral. 9. v. 8. vel 9. ubi Vulg. *Rahuel*... 3°. Sacerdotis τῆς Madian, foceri Moyfi, Exod. 2. v. 18. ubi Vulg. *Raguel*... Qui Exod. 3. v. 1. dicitur יִתְרוֹ, Mafforethis *ïthró*, Vulgato Interpreti *Jethro*... Etym. vir *à turpibus*, inanibufque diis, *ad præclara*, nempè, *ad Numen Verum, fe convertens*... (Confer Exod. 18. vv. 8. 9. 10. 11. 12...) à רְעוּ *Revoú*, quod vide mox fupra, & à אֵל *él*, *Deus*... Sic porrò vocabat Moyfes יִתְרוֹ, (1.) *Jethronem*, חֹתְנוֹ *focerum fuum* (non autem אָחִיו *cognatum fuum*, uti ponit Vulg. ...) per πρόληψιν anticipationem, honoris ergò... (1.) יִתְרוֹ *Jethro*, nomen alterum, vel potiùs unicum, proprium foceri Moyfi, Sacerdotis τῆς Madian... Exod. 3. v. 1... 18. vv. 1. 6. 10... Etym. *Excellentia fua*... Gallicè, *Son Excellence*, *Son Eminence*... Gallicè dicimus de Cardinale: *Son Eminence eft arrivée*; pro, *le Cardinal eft arrivé*... Quo etiam nunc modo loquuntur יִשְׁמְעֵאלִים *Ifmaëlitæ*, five Turcæ: בג חצרתלרי *Bei hhadfretlerí ô Prince, Sa Grandeur*; ad verbum: *Ses Grandeurs*... τὸ autem Hebr. יִתְרוֹ *Jethró*, à יֶתֶר *Excellentia, Eminentia*... & à (ו) pronom. affixum 3. p. f. m. ficut & τὸ Turc. חצרתלרי *Hhadfretlerí*, à חצרת *hhádfret* Arab. Perf. Turc... *majeftas, dominatio, dignitas*... pec. Nom. *honoris, quo de perfonâ aliquâ loquimur*, Gi. Men... à לר pluralis num. crementum *ler*... & à (י) pronom. affixum

fixum 3. p. utriusq. num. Vide Gram. Turc. Gallico idiomate, Constantinopoli, quò tandem τυπογραφικὴ penetravit, an. M. DCC. XXX. excusam, pag. 61...

רעות f. hujus vocis interpretationem sic effert Hieronymus Comment. in Ecclesiasten c. 1. v. 14. ROUTH (al. ROOTH) *Aquila & Theodotio, νομὴν, Symmachus βόσκησιν, transtulerunt. Lxx. autem interpretes non Hebræum sermonem expressêre, sed Syrum, dicentes προαίρεσιν. Sive ergo νομὴ, sive βόσκησις, à pastione vocabulum est. προαίρεσις autem melius voluntatem, quam præsumtionem sonat.* Et infra: *Dicebat mihi Hebræus, quo Scripturas sanctas instituente perlegi, quod supra scriptum* ROOTH *verbum, magis in hoc loco afflictionem & malitiam, quam pastionem & voluntatem significaret...* Aquila igitur & Theodotio, νομὴ & Symmachus, βόσκησις, *pastio*. Lxx. προαίρεσις *præsumtio*, aut *propositum*. Vulg. *afflictio*, verterunt. Lex. Hebr. ad Hexapla Origenis... Lxx. item, ἡ πλησίον... Vulg. & alii, *proxima, propinqua, domestica, amica ...γυνὴ mulier, femina, uxor* (γυνὴ enim, quasi γονὴ, παρὰ τὸ γείνω)... ἑταίρα (ἑταῖρος Trommio, cui omnia sunt masculini generis singularisque numeri) *altera, alia...* Vulg. item & alii, *afflictio, depastio, contritio...pastio, animi pabulum, refectio, occupatio seria*, vel *jocosa, levis, vana*...Cum præf. וְהִנֵּה הַכֹּל הֶבֶל וּרְעוּת רוּחַ, Ecclef. 1. v. 14. *certè omnia vanitas vanumque animi pabulum*, sive *levis mentis occupatio*...Gallicè, *le tout certes n'est que vanité, qu'un pur amusement, ou qu'une vaine pâture de l'esprit*... Cum affix. רְעוּתָהּ *amica, socia sua*, f. Cum præf. & affix. לִרְעוּתָהּ *proximæ ejus*, f... Rad. רָעָה *pavit*, vel *se*, vel *alium, depavit*... Metaphoricè, *consociavit se, socium, amicum* (mensæ) *se præbuit*...

רְעוּת f. Chald... Lxx. ἀρεστὸν... Vulg. & alii, *voluntas*, sive *decretum, placitum*... Cum præfix. וּרְעוּת מַלְכָּא, Esdr. 5. v. 17. O. ἐξ γνώσεως ὁ βασιλεὺς... *ut quùm resciverit*... à רעא Syr. in Ethpaal, *sensit, rescivit*... כִּרְעוּת אֱלָהֲכֹם, Esd. 7. v. 18. O. ὡς ἀρεστὸν τῷ θεῷ ὑμῶν... Lxx. *sicut placitum est Deo vestro*... Vulg. & alii, *secundùm voluntatem Dei vestri*... R. רעה Chaldæis, *voluit*... in Ithpaal, *cogitavit*... Syris in Ethpaal, *cogitavit, sensit, consensit, decrevit, statuit*... Ex Hebræo רצה, alternatis, pro more, צ & ע...

רֵעִי Mass. Ρηΐ, Vulg. *Rei*, nom. propr. viri, 3. Reg. 1. v. 8. Etym. *amicus*, vel *pastor, meus*, à רֵעַ *amicus, socius, pastor*... quod vide supra, col. 2485. & (י) affixum 1. p. f. c...

רְעִי m. *pascuum* bonum... vel benè *pastus*... בְּקַר רְעִי, 3. Reg. 4. v. 23. O. βόες νομάδες... Lxx. Vulg. & alii, *boves pascuales*... Alii, *boves* benè *pasti*... Est τὸ רְעִי Peil Chaldæis participium passivum præteritum τοῦ Peal, f. m. *pastus*; Substantivè, *pascuum*, unde בְּקַר רְעִי *boves τοῦ pascui boni*, i. e. benè *pasti*... R. רָעָה Hebr. vel רְעָא Chald. *pavit*...

רַעְיָה f. Lxx. ἡ πλησίον, Aq. φίλη, Sym. ἑταίρα... Vulg. & alii, *proxima... amica... dilecta*... Cum affix. רַעְיָתִי, Cant. 1. v. 9. ... *amica, dilecta mea*... R. רָעָה *pavit*... Metaphoricè, *consociavit se, socium, amicum se præbuit*...

רַעְיוֹן m. Lxx. προαίρεσις... Alii, *propositum, studium, institutum, voluntas, consilium*... Ex usu Chaldaico, *cogitatio*... רַעְיוֹן רוּחַ, Ecclef. 1. v. 17. O. προαίρεσις πνεύματος. Lxx. & alii, *præsumptio spiritûs*. Vulg. & alii, *afflictio spiritûs*. Cocc. *depastio spiritûs*, animi consumptio; cruciatus, tormentum. Hinc patet, quomodo dicatur רַעְיוֹן רוּחַ & רְעוּת רוּחַ... Hom. Iliad. III. 202. ὃν θυμὸν κατέδων. Cicero 3. Tusc. qu. 26. *ipse suum cor edens*... Quidam, *pastio*, vanumve *animi pabulum*, sive levis *mentis occupatio*... Cum præf. וְרַעְיוֹן & vanum animi *pabulum*... וּבְרַעְיוֹן & *in* levi mentis *occupatione*... R. רָעָה *pavit*... Chaldæis in Pael, Syris in Ethpaal, *cogitavit*...

רַעְיוֹן m. Chald... Lxx. διαλογισμός... Vulg. & alii, *ratiocinatio, cogitatio hominis fecum ratiocinantis*.... Plur. constr. cum præfix. וְרַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ תִּנְדַּע, Dan. 2. v. 30. & *cogitationes cordis tui cognoscas*. Cum præfix. &

affix. וְרַעְיֹנוֹהִי & *cogitationes ejus*, m.... רַעְיֹנָךְ *cogitationes tuæ*, m... רַעְיֹנַי *cogitationes meæ*, c... R. ead. ac vocis præced.

רעל QAL, Germ. (vel Belg.) *rollen*, Angl. *to roll.* Gallicè, *rouller* ... unde רְעָלוֹת, (quod vide infra, col. seq.) *fasciæ*, *vittæ*, *cidares* ... Hinc per metath. Gr. ἱλαρύνω *exhilaro*, ἱλαρὸς *hilaris*, ut solet esse ebrius, *vino titubans* ...

HOPHAL הָרְעַל, *tremere factus est*, R. A. E. *opertus est*, R. Sa. *tremuit*, R. Jos. *veneno infectus est*, R. Da... ex usu Arab. *hastâ confossus est* ... Alii, *horruit* ... Chaldæum est, hinc 3. p. plur. c. PRAET. in pausa, quare τὸ (-) primariæ vocis revocatum in (·) sub ע muratum, וְהַבְּרוֹשִׁים הָרְעָלוּ, Nahum. 2. v. 4. O. καὶ (1.) οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται... Lxx. *& equites tumultuati sunt* ... Vulg. *quadrigæ collisæ sunt* ... Alii, *ut abietes* (duces, vel principes, Vatabl.) *concutiantur* ... *abietes quatiebantur*, Cocc. ... הָרְעָלוּ accipio ac si esset הָרְעֲשׁוּ: nam hæ literæ alternant. Sic *cassila* dicebant antiqui & *cassida*, *lacrymæ*, & *dacryma*, *calamitas*, & *cadamitas*. Sic denique ἔλαφος & ἔλαφος, *cervus*. Drusius ... (1.) οἱ ἱππεῖς ... Legerunt ergo הַפָּרָשִׁים, Capel. crit. p. 246... Vel, legerunt ergò pro הַבְּרוֹשִׁים *abietes*, הברושים *equi punctis maculisve notati*, à sing. Arab. בריש *berîschon*, *eodem modo variegatus* equus, Ca... Dixêre autem cum Virgilio, per metonymiam adjuncti, *equites* pro *equi* ...

רַעַל m. *venenum mortiferum*, R. Da. *stupor*, A. Esra, *distractio*, R. Jona, & al. *temulentia*, *vacillatio* ... Angl. *Reeling*, Lex. Hepragl... סַף־רַעַל, Zach. 12. v. 2. O. ὡς πρόθυρα, (idem ac ὑπόθυρα) σαλευόμενα ... *sicut subliminaria*, *quæ* (ingredientibus ebriis) *commoventur* ... sive commoveri videntur ... Vulg. *superliminare crapulæ* ... Alii, *postem contritionis* ad quem impingentes os frangunt, &c. q. d. etsi hostes pervenerint usque ad muros & portas Jerosolymæ, claudetur tamen illis ingressus, impingent in ipso limine, dum illud transcendere volent ... Cal... Alii, *calicem soporis*, sive *soporiferum*, Pagn. *stuporis*, vel *tremoris*, Vatabl. *ebrietatis*, Munst. Grot... *pelvem vertiginis*, Cocc... Targ. כַּס מְלֵי מְרוֹי *poculum plenum potu inebriante*, Buxt. Lex... Quidam, *scyphum* (quippe ab Hebr. סַף *sáph*, Gr. σκύφος, Lat. *scyphus*) *delirii* ... à רעל Arab. med. Kesr. *desipuit*, *fatuus fuit* ...

רְעָלוֹת plur. f. unde cum præf. וְהָרְעָלוֹת, Isai. 3. v. 19. O. καὶ τὸ κάθεμα ... Lxx. in sing. *& monile ex variis gemmis in pectus mulierum descendens*, *ornamentum collare* ... Vulg. & alii, *& armillas* ... Alii, *vela*, sive *velamina*, quibus scilicet (mulieres) totam faciem præter oculos tegunt, & quæ à parte inferiore ligantur, Varabl. Grot. ... Alii, *& vitta earum*, ex Arab. nempè עצב עצאיבון *vatsaaijâbonna*, à עצב *circumdedit*, *cinxit* ... *vitta fasciâve revinxit* ... accepro מן Hebr. רעל (unde Gal. *je roule* ...) in eâdem significatione ... Alii, *calanticas*, (*calantica*, tegmen muliebre, quod capiti accommodatur, Castal. ... Gallicè, *coëffes*, Anglicè, *coifs*) Alii, *& bracteolas* (Anglicè, *spangles*) Jun. Tremell. Pisc. ... Belg. *glinserende klederen* ... Ferrar. *los* (*velos*) *tremblantes*; vela tremula ... Rad. רעל *tremuit* ... unde רְעָלָה, ex quo plur. רְעָלוֹת *bracteola* ... à tremore sic dicta ...

רְעֵלָיָה Mass. *Reélaiáh*, Vulg. *Rehelaia*, nom. propr. unius ex illis, *qui ascenderunt de captivitate* ... quique *venerunt cum Zorobabel*, unde distinguuntur ab aliis, h. e. à Plebeiis, de quibus seq. versu, quod essent insigniores, clariores, ac illustriores, Vatabl... Esd. 2. v. 2. Is dicitur Nehem. 7. v. 7. רַעַמְיָה Mass. *Raamiáh*, Vulg. *Raamias* ... Etym. τῦ *Rehelaia*, *pituita*, sive *humiditas Dei*, i. e. maxima humiditas, à רעאל *Rouyâlon*, Arab. *mucus*, *qui è naso fluit* ... & יָה Deus, *Dominus* ... Quod nomen Dei, (uti & יְהוָה . אֵל . אֱלֹהִים ...) Judæis superlativo gradui exprimendo servit, vide Grammatic. Hebraic. tom. 1. pag. 472. col 1. ... τῦ quoque *Raamias* ἔτυμον idem, nempe, à רעאם *Rouyâmon*, Arab. *mucus tenuior manans è naribus ovis*, vel *equi* .... aut etiam *communior*. Gi. Ca.

רעם QAL (per prosthesin τῦ β, Gr. βρέμω, Lat. *fremo*, per metath. & reduplicationem, *murmuro*...) Lxx. βομβέω, Sym. Theod. ἠχέω, Lxx. Aq. βροντάω, vel βροντάω, Lxx. σαλεύω... Vulg. & alii, *bombum* (ex quo Gal. *bombe*, tormenti bellici genus...) *edo*, vel *facio*... Transfertur ad alios longè diversos sonos, unde, *sono*, *assono*, ut echo, *sonum*, sive *vocem repercutio*... *tono*... *moveo*, *commoveo*, *jacto*, *agito*, *concutio*; intransitivè, *sto in salo*, *fluctuo*, *fluito*... *moveor*, *commoveor*, *percellor*... *indignor*, *irascor*.... Hinc per metath. ὁρμάω, ὁρμαίνω, *impetum facio*, ὁρμή, ὅρμημα... *impetus*, *turbatio*... Av... Construitur absolutè, vel cum ablativo...

PRAET. 3. p. plur. c. רָעֲמוּ פָּנִים, Ezech. 27. v. 35. O. καὶ ἐδάκρυσε τὸ πρόσωπον αὐτῶν. *& flevit* præ indignatione, aut irâ, *facies eorum*... Vulg. *tempestate percussi* (legebat סָעֲרוּ סַעַר pro שָׂעֲרוּ שַׂעַר, *horripilaverunt crine*. Pagn.) *mutaverunt vultus*. Alii, *percussi sunt vultibus*, toto anteriore corpore cum sonitu concussi sunt, Cocc... Alii, *turbati*, *indignati*... *sunt vultu*.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), יִרְעַם הַיָּם וּמְלֹאוֹ, Psal. 95. Hebr. 96. v. 11. *tonet*, Pagn. *reboet*, Vatabl. (boet ac reboet fluctibus suis... Muis.) *perstrepat*. Munst. præ lætitia *fremat*, Gej... *mare & plenitudo ejus*, i. e. quicquid id implet, sive quidquid ipsum continet, seu tota ipsius extensio... Prosopopœia, quâ ingens gaudium exprimit (de Adventu scil. Christi,)... Muis...

HIPHIL הִרְעִים, Lxx. βροντάω... Vulg. & alii, *tono*, *motum cum sono facio*... *commoveo*, *fremere*, *murmurare*, *tonare*... *facio*...

PRAET. 3. p. f. m. Psal. 29. v. 3. *Deus gloriæ* הִרְעִים *intonat super*, sive *inter aquas multas*.

INFIN. cum (-) absque (י) indice, vel comite, & affix. בַּעֲבוּר הַרְּעִמָהּ, 1. Reg. 1. v. 6. O. καὶ ἀθύμει διὰ τοῦτο... Lxx. *animoque ob hoc erat abjecto*... Vulg. *& vehementer angebat*... Alii, *ut mœrore afficeret*

eam, Vatabl... *ut ad invidiam duceret eam*, Jun... *ut fremere faceret eam*, Pagn... *quatenus tædio afficeretur*, Syr...

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), יַרְעֵם *intonabit*... Cum præf. וַיַּרְעֵם *& intonuit*... 2. p. f. m. וּבְקוֹל כָּמֹהוּ תַרְעֵם, Job. 40. v. 4. vel 9. *& voce*, *quali ille*, *tonas?*

רַעַם m. Lxx. Aq. Sym. Theod. βροντή... Vulg. & alii, *tonitrus*, vel *tonitru*... *motus cum sonitu*, *strepitus*, Cocc... רַעַם שָׂרִים, Job. 39. v. 25. vel 28. O. σὺν ἅλματι, Alex. καὶ σὺν ἅλματι, Ald. συναλαλάγματι... Lxx. Alex. *cum motu*, sive *saltu*, Ald. *clamore militum*... Vulg. *exhortationem ducum*... Alii, *strepitum*, sive *fremitum*, vel *tonitru*, vel *clamorem*, vel *commotionem*, Pagn. vel *tumultum*, Vatabl. *principum*, sive *ducum*... בְּסֵתֶר רַעַם אֶבְחָנְךָ, Psal. 80. Hebr. 81. v. 8. O. ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος... Lxx. Vulg. Lat. *exaudi te in abscondito tempestatis*... Alii, *exaudivi te in abscondito* deprecantem in *tonitru*... significat se nimbis & nubibus tonantibus circumfusum & obtectum Israëlitis affuisse, & pro ipsis pugnavisse, Muis... Alii, *cui* (*tibi*) *respondi in latebra tonitru*; tecto (Israëli) nube, ex qua tonitru edebam & fulgura, Cocc. Cum præf. וְרַעַם *& tonitru*... בְּרַעַם *cum tonitru*... Cum affix. רַעַמְךָ *tonitru tui*, m. R. רָעַם *tonavit*, sive *tonuit*, *intonuit*...

רַעְמָה f. unde הֲתַלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה, Job. 39. v. 19. vel 22. O. ἐνέδυσας δὲ τραχήλῳ αὐτοῦ (1.) φόβον; Σ. κλαγγὴν; Θ. (2.) χρεμετισμόν; Lxx. *an*... *indues collum ejus* (equi) *timorem?* Sym. *clangorem?* Theod. Vulg. & alii, *hinnitum*...? (1.) φόβον; *timorem?* Quæ versio & à sensu & à voce Hebræa absona est. Aut ergo pro רַעְמָה, legerunt רְעָדָה *tremorem*, seu *timorem*, aut versio corrupta est, & legendum φόβην *jubam*. Nempe φόβη equi vel leonis est *juba*, & in genere *coma* quævis, teste Etymologo... Non obscurum est cur *juba* dicatur רעמה *raama*. Nam verbum רעם Syris non solum *tonare*, sed & *altum esse*, sign. ut vulgare רום; & in Aphel, *extollere*, & in Ethpael, *efferre se*. Vide Hieros. paraph.

Ttttttij

ad Gen. 39. v. 15. Exod. 14. v. 16. Proverb. 24. v. 7. Proinde *juba* רַעְמָה dicta est à situ, quomodo Græcè λοφὶα, quia est ἐν τῷ λόφῳ *in vertice*, i. e. in summa parte colli & capitis. Parùm verisimile Jobum in tam graphica insignis equi descriptione jubæ non meminisse, cùm & res sit valdè obvia, & vix unquam à Poëtis omissa, qui in hoc argumento versantur; ut Homer. Iliad. ί. & ϛ'. & ψ'. Apollon. Argon. lib 4. Non. Oppian. Virgil. Georg. 3. Et à juba equi passim vocantur καλλίτριχες ... Bochart. de Sacr. anim. part. 1. lib. II. c. VIII. coll. 118. 119... (2.) χρεμετισμόν; *hinnitum*? Quam versionem Cl. Bootius refellit duobus argumentis. 1. Quòd non צַוָּאר *collum*; sed גָּרוֹן *guttur*, propriè sit vocis instrumentum ... 2. Ex voce תַּלְבִּישׁ, ut enim *hinnitu guttur* dicatur *indui*, immanis est catachresis:.. At *à verbis Job, in quibus ait:* Pereat dies, in qua natus sum, *usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est:* idcirco ipse me reprehendo, (i. e. à cap. 3. v. 3. usque ad 42. v. 6.) *hexametri versus sunt, Dactylo Spondeoque currentes*, S. Hieronym. in Jobum, t. 1. nov. edit. pagg. 795. 796... Quid mirum, amabo, si Job Poëticè, ut Poëtæ præstantissimi, vocem (hinnitum) *ex collo* educat? Sic Æschilus in Agam. vers. 321.

———ούτ' ἐξ ἐλευθέρης
Δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον.
———*libero non ampliùs*
Collo suorum fata deflere bis datur.

Et Virgilius de Cygnis, Æn. lib. 7. versu 700.

Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos —

Bochart. ibid.

רַעְמָה Mass. *Raymáh*, Vulg. *Regma*, nom. propr. 1°. filii τῦ Chus, Gen. 10. v. 7. 2°. regionis, (ab ipso *Regma* sic dictæ,) Ezech. 27. v. 22. ubi Vulg. *Reema* ... Nota literam ע, aspirationem densissimam Judæis Orientalibus, Syris, & Arabibus, qui hanc summi gutturis & narium adminiculo proferunt, hîc redditam modò per *g*, modò per *é*... Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 6. c. 2... Etym. *elevatio, superbia*... à רְעַם Chald. *elevatus; elatus fuit*... unde Aphél, אַרְעַם *elevavit*...

רַעַמְיָה Mass. *Rayamjáh*, Vulg. *Raamias*, nom. propr. viri, Nehem. 7. v. 7. Is dicitur *Rebelaiáh*, Esdr. 2. v. 2...

רַעְמְסֵס Mass. *Rhaymsés*, Vulg. *Rameses*, Syr. רעמסא *Rhaymosen*, sive *Raamusa*, nom. propr. 1°. filiæ Pharonis, quæ Mosen curabat educandum, Bar. Bahlul... 2°. urbis in extremis finibus Ægypti ab Israëlitis conditæ, Gen. 47. v. 11. (ubi per Ἀρσινόϊν, ex nomine scil. filiæ Pharonis, sic nuncupatur,) Num. 33. v. 3... Dicebatur aliàs pagus *Arsenoites*, S. Hieron. Quæst. Hebraicis... Nunc verò עיזקאל עין אלשמס *yizkial*, vel *Eino alschoúmsi*, Itiner. D. Benjam. p. 120... Ἔτυμον τῦ רַעְמְסֵס *Rhaymses*, sive *Rameses*... *Nutrix*, seu *educatrix Mosis*, ab Hebr. רֹעָה *Rheáh, pascens, regens* ... Benoni videlicet f. f. τῦ Qal, Verbi רָעָה *pavit, enutrivit, educavit; curavit, rexit*... ex רֹעָה scil... & ab Ægyptio מֹשֶׁס Μωϋσῆς *Móses*, h. e. *ex aqua servatus*, à מו Μω *Mo*, (Arab. מא *Mâon*) *aqua*, & à סֵס σῆς *sés* (unde Gr. σωζω) *servatus*... Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. xxv... Ἔτυμον verò *Arsenoitæ*, sive, cujus est possessivum, Ἔτυμον *Arsinöes*, filiæ scil. Pharonis, quæ à cura *Mosis* & רַעְמְסֵס *Rhaymses*, seu *Rameses*, nuncupabatur... *Terra*, sive *terrestris* (1. Ῥεα *Rhéa*) *Domina nostra*, ab Hebr. אֶרֶץ *éres, terra*; unde adjectivum denominativum, אַרְצִי *arsi, terrestris*; ab Ægyptiaco pronomine affixo, 1. p. plur. c. ν, *n*, (ex quo cum articulo fem. τ, τενμαν *mater nostra*) & ab nomine οϲ *os Dominus*... unde cum articulo masc. Π, *P*, & affixo 1. p. s. c. α, *a*, Παοϲ, *Paos*, ὁ κύριος, ὁ *Dominus meus*... ΟΣ, *OS* porrò *Dominus*, fortè ab ΩΝ, *ON* Ægyptiacè SOL; vel ab ΟΣ, *OS Dominus*, ΩΝ, *On Sol*... quod posset esse & ab Hebr. אָדוֹן *Dominus*, per syncop. scil. τῦ ד, & contractionem τῶν (וֹ) & (ָ) in Ω... vel à Pers. τῦ אן ΩΝ *pulchritudo*... τὸ *Arsinöe*, non modò ex etymologia, sed ex historia etiam, nomen

videtur fuisse commune filiarum Regum Ægyptiorum ... Ἔτυμον denique τῆς עיזקאל עין אלשמס (a.) *yizkâl*, *Eino alschoûmsi*, *Gleba*, unde (vel, ex usu Chaldaico, *septa* ubi) *species aquæ meridiano tempore ex repercussu lucis solaris apparet*, sive *Fons solis*, unde & uno nomine *Fons solis* Benjamini locus dictus ... ab Arab. זוק *yoûzoukon gleba* ... ab אל *ôl*, Perf. *aquæ species ex solis æstu in campis*, sive *arenis eminùs apparens* ... ab Arab. עין *yain fons*, & ab Arab. שמס *schoûmsoun*, f. *sol*, cum artic. & in Genitivò, אלשמס *alschoûmsi* ... (a.) τῆ עיזקאל *yizkâl*, sic compositum vetrendumque, uti mox supra, videtur. Sed de ipso in Notis Interpretis Latini in Benjam. p. 224. verbum nullum ... Hic (') post ע τῆ (.) index visus est ... 1. Ῥέα *Rhéa* ... Hebr. רעה *Rheâh*, i. e. *pascens* ... Benoni scil. f. f. τῆ Qal, Verbi רעה *rhóua*, *pavit* ... Sic *tellus* fuit, quod omnes *pascat*, dicta, cultaque ut *Dea* ... Uxor τῆ Noë *Rhéa*, sive *tellus* Gentibus habita dictaque fuit, deceptis videlicet, quod Noë איש האדמה *vir τῆς terræ* dicatur Gen. 9. v. 20 ... Imò ipse, quod sese in *Arca* absconderat, ab iisdem Gentibus *Saturnus*, à סתור *sathôur*, h. e. *absconditus*, dictus fuit ... Cujus tres filii ab ipsis sic nuncupati, nempe, 1. שם *Sém*, (in odium pietatis) σμῦ Phœnicibus idem, quod Græcis, per metathesin, μῦς, Latinis, *mûs* ... Eisdem tamen *Deus* habitus, sed inferorum, dictus Græcè, Ἅιδης (Latin. per aphæresin, *Dis*) *infernus* ... Πλούτων *Pluto*, etiam, ἀπὸ τοῦ πλούτου, *à divitiis*, quibus abundat Asia, *Semo* attributa ... Utrunque nomen ab auro argentoque ex *inferno*, seu è terrâ פלוטים *ploutîm* (unde Gr. πλοῦτος) *erutis effossisve* ... 2. חם *Cham*, i. e. *calidus*, ex ipso ἐπίμῳ, Gr. Ζεύς (Doricè Δεύς, unde *Deus*) *fervidus*, à ζέω *ferveo*, uti חם *Chân*, à חמם *Chamám*, *caleo*, dictus est ... Inde Ζεὺς Θεός, Ζεὺς πατήρ ... Lat. mutato Ζεῦ, (vocativo) ut fit, in *ju*, (sic enim *jugum* ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ ... *jus, juris*, liquor eorum, quæ coquuntur, παρὰ τὸ ζέω *ferveo* ...) *Jupiter*, mutato scil. *a* in *i*, uti in *Mars-piter* ... *Cham* in Africam ablegatus, ubi cultus sub nomine *Jovis Hám*, seu *Hammônis*, testibus Herod. & Plut.... Curtio *Jupiter Hammôn* ... Cum duplici *m*, uti nomen à Verbo reduplicanti secundam radic. nempè, חמם, derivatum ... 3. יפת *Jépheth*, in pausa, יפת *Jápheth*, *dilatet*; impersonaliter, *dilatetur* ... Est 3. p. f. m. Futuri τῆ Hiphil cum apocopa τῆ ה ... Vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 302. c. 1. & 531 ... Dictus est 1°. Græcis, Ἰάπετος, Latinis, *Japetus*, qui ex fabula filius est Cœli & Terræ ... Vide quæ de *Saturno* & *Rhea* dicta sunt col. præced... 2°. Græcis, ex ipso Gr. Ἰάπετος, sive Hebr. יפת *Jápheth*, h. e. *dilatet*, *crescere faciat* ... ποτιδῶν, i. e. *aquam*, *pluviam*, fœcundumve, *humorem dans*, ἀπὸ τῆς πόσεως (unde πόσις, πόσιος, *maritus* ...) *aqua*, *pluvia*, *humor* fœcundus, *potio*, *potus* ... & à participio præsenti Verbi δίδω *dono*, *do* .... δόων, δῶν, δόντος, *donans*, *dans* ... Sic nuncupatus, quod scil. in ipsius portione sint Hispania, Italia, Græcia, Asia minor ... peninsulæ, insulæ, imò & ipsa America, magna Plutarcho insula, Antiquis haud ignota, ipsumque mare, unde nubes, unde pluvia ... Factus igitur maris *Dominus*, dictus est & *Deus* ... 3°. Latinis, in eadem ferè significatione, *Neptunus*, i. e. *obnubens*, *obnubilans* ... Sic nuncupatus, quod videlicet terram aquis, cœlum nubibus, quibus in pluviam resolutis humum fœcundet, mare operiat ... à *nuptu*, ut à *portu*, *portunus*, unde *opportunus* ... Alternatis *e* & *u*, uti in *nebula* & *nube* ... Non soli τῆ Noë filii, sed & ipsius nepotes dii fabulosæ Antiquitati habiti cultique fuêre. Nempè *Canaan* sub *Mercurii*, *Nembrod* sub *Bacchi* nomine. *Mercurius* enim idem est qui *Canaan*. 1°. uterque est *Jovis*, sive *Hammônis* filius. 2°. כנען *Canaan*, à כנעה *mercaturâ mercator*; *Mercurius* à *mercibus*, dictus est. 3°. *Mercurius* deorum, *Canaan* fratrum, servus ... *Nemród* eundem esse ac *Bacchum* haud minùs liquet. *Nemród* enim filius est τῆ *Chus*, Hebraïcè, בן

כוש *Ben-chus*, five *Ben-cus*, Gen. 10. v. 6. ... τοῦ ן ex בֶּן־, ut fit, in compofitione excidente, ac per daghéfch forte, five reduplicans τοῦ כ infixum compenfato, mutatoque τοῦ (׳) in (-), quæ mutatio haud infrequens, ex בֶּן־כּוּשׁ *Ben-cus*, fit בַּכּוּשׁ *Bacchus*, Græcis (qui fyllabam literâ afpiratâ numquam terminant, per metath.) Βάκχος, Latinis, *Bacchus*. Vide נִמְרֹד *Nemrod*, col. 1335. Confer novum deorum ἰσύμων fyftema, vel fomnium D. Pl....

רַעֲנָן m. Lxx. Aq. Sym. Theod. δασὺς, Lxx. ἀλσώδης, ἄσκιος, κατάσκιος, σύσκιος, Aq. Sym. εὐθαλὴς, Lxx. κατάκαρπος, participialiter, ἀναθάλλων... Vulg. & alii, *denfus, confitus... nemorofus, fylveftris... gratas umbras habens... umbrofus, opacus... umbrâ opacatus & obtectus... virens, viridis, pullulans, florens... fructuofus, frugifer... commodo, beneficia affectus, felix...* Lxx. item, Verbaliter, πυκάζω *denfo, ftipo, tego, intego, obtego, contego, munio, fulcio, firmum reddo*... Deut. 12. v. 2. *& fub omni* עֵץ רַעֲנָן *arbore viridi, virenti, frondenti, frondofa*... Syr. דמטל *quæ umbram facit.* Solebant gentes fub arboribus facra fua peragere, imò arbores ipfas diis confecrare, Apollini laurum, Minervæ oleam, Jovi (1.) efculum, Veneri myrtum... Malv. ex Plin. 12. 1.... (1.) Efculus arbor eft ex genere glandiferarum, five fpecies quercûs, Theophrafto fecundùm nonnullos πλατύφυλλος *latifolia*, cujus glande pro efca utebantur Antiqui, tefte Servio... Virgil. 2. Georg.

Altiùs ac penitùs terræ defigitur arbos,
Efculus imprimis, quæ quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice ad tartara tendit.

בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן, Pfal. 91. Hebr. 92. v. 11. O. καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι. Lxx. Vulg. Lat. *& fenectus mea in mifericordia pingui*. Vulg. Lat. *uberi*. O. pro בַּלֹּתִי, legerunt בלתי: Librarii quidam, pro ἐλαίῳ, fcripferunt ἐλέῳ, quod illæ voces non modò fcriptione fint vicinæ, fed & illâ ætate paris pronuntiationis: & hinc fluxit hæc verfio, Grot.... Alii referentes τὸ בַּלֹּתִי ad Infinitivum τοῦ Piél Verbi בָּלָה *veterafco*... cum affix. fcil. 1. p. f. c... vertunt: *quum inveteravero*... Favet accentus; fed obftat conjugationis fignificatio, activa videlicet... Alii, ad 1. p. f. c præteriti Qal Verbi בָּלַל *perfudit*; intranfitivè, *perfufus eft* referentes, reddunt: *delibutus fum in oleo viridi*, recenti, pingui... Favet conjugationis fignificatio, fed obftat accentus ... R. Sal. Infinitivum (τοῦ Qal fcil. fed ex forma Infinitivi τοῦ Piél quiefcentium Lamédh ה) facit cum præfix. pro לְבַלּוֹתִי *perfundendo me*, hoc eft, juxta Chaldæum, רביתא יתי *mungis me* oleo recenti, id eft, conftanti dominatu, viribus & potentiâ me inftruis, ut non peream ficut improbi, quorum inftabilitatem verfu præcedenti propofuit. Similem formam Infinitivi vide in חָנֹן, Buxt. Lex... Vide & Gram. Hebr. tom. 1. pp. 217. c. 2. 355. c. 2. כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, Pfal. 36. Hebr. 37. v. 35. O. ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου... Lxx. & Vulg. Lat. *ficut cedros Libani*... Fortè pro אֶזְרָח, legerunt אֹרֶז *cedrus*, Soph. 2. v. 14. & לְבָנוֹן pro רַעֲנָן, Muif. Grot... Sed pofterius longè abit. Grot.... Potiùs credo illos fenfum paraphrafticè fic expofuiffe. Hammondus... Alii, *inftar viridis fponte crefcentis lauri*, Ainfw... *ut arborem indigenam & frondentem*, Chald... Conftr. ob כ feq. i. e. præpofitionem regentem apud Arabes Genitivum, vide Synopf. Inftit. Arabicarum Alting. p. 86. & Gram. Hebr. tom. 1. p. 123... τὸ אֶזְרָח pleríque, ex adjuncto רַעֲנָן, *arborem* reddunt; nefcio an folido fundamento nixi. 2. Nebuchadn. de fe dicit, (cum præf.) וְרַעֲנָן (O. καὶ εὐθαλῶν, Vulg. Lat. *& florens... & florebam*, Dan. 4. v. 1.... 2. יַעֲבוֹר, in feq. verfu repugnat huic notioni; *arbor* enim etiam cum moritur, non *tranfit*, five *præterit*, fed manet in terra donec exfcindatur, Hammond. ... Probabile eft, אֶזְרָח hîc (ut aliis omnibus locis, quod fatentur,) fignificare *indigenam*, five *nativum Ifraëlitam*, qui *peregrino* opponitur Levit. 19. v. 34. & 23.

v. 42. & 24. v. 16... Hammondus... Plur. cum præf. וְרַעֲנַנִּים *& virentes*... Hinc Verbum (vel potiùs nomen ex Verbo) רַעֲנָן, Lxx. Sym. εὐθαλέω... Vulg. & alii, *viresco, floreo*... Est τὸ רַעֲנָן per resolutionem, ex IXᵃ. Conjug. Arab. absoluta colorum... formante, mediocriter intendente, רעע idem, quod רען Arab. nempe, *semetipsum ornavit*... Lxx. πυκάζω, alii, *denso, stipo, tego, intego, contego, munio, fulcio, firmum reddo*...

Praet. 3. p. ſ. f. in pauſa, quare τὸ (-) primatiæ vocis, ſive 3. p. ſ. m. reductum in (·) ſub primo כ mutatum. וְכִפָּתוֹ לֹא רַעֲנָנָה, Job. 15. v. 32. O. καὶ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ πυκάσῃ. Σ. οὐκ εὐθαλήσει. Lxx. & alii, *& ramus ipſius tener non condenſabit ſe*, ſeu *condenſabitur*. Vel, *non teget*, ipſius ſcil. umbrâ... Sym. & alii, *non creſcet, vireſcet, frondeſcet*... Præteritum hîc pro futuro, quia futurum præceſſerat, Merc. ...Imò, & τὸ (ו), τοῦ כִּפָּתוֹ conjunctum convertendi præteritum in futurum vim habere poteſt, ſive uti (ו) convertens haberi... q. d. ſed exareſcet, ut ſupra, v. 30. λιτόπως, Piſc... כִּפָּה propriè, *ramus major*; ab incurvatione inſtar volæ manûs (כַּף) ſic appellatur... Reſpicit ad cap. 14. v. 7.—10. Sculter... Vulgatus כִּפָּה ſumpſit pro כַּף. (Malvend.) unde vertit: *& manus ejus areſcent*...

רעע QAL, Chaldæum eſt ex Hebræo, רָצַץ, mutato, pro more, צ in ע... Gr. ῥηγνύω, ῥήγνυμι... Vulg. & alii, *confringo, contero*...

Praet. 3. p. plur. c. cum præfix. & (·) ſub ר, loco τοῦ (-) in compenſationem τοῦ daghéſch ex ע excidentis, deſcendente à penultima ad ultimam ob (ו) convertens accentu, vide Gram. Hebr. tom. 2. pp. 310. & 311. וְרָעוּ *& confringent*; paſſivè, *confringentur*... Jerem. 11. v. 16. O. ἠχρειώθησαν *mutiles facti ſunt* rami ejus... Vulg. *& combuſta ſunt fruteta ejus*. Senſum, non Verbum expreſſit...

Infin. ex forma (-), vide eandem Gram. tom. 1. p. 217. c. 1. רַע *confringendo*... Proverb. 11. v. 15. O. πονηρὸς κακοποιεῖ... *malus malefacit*... Vulg. *affligetur malo*... Cum ה parag. ſervato hhólem ad compenſandum daghéſch ex tertia radic. ע ejectum, vide eand. ibid. רֹעָה, pro רֻעָה *rúvvah*, vel רֹעָה *róvvah*, *confringendo*... Iſai. 24. v. 19. O. ταραχῇ... *turbatione*... Vulg. *confractione*...

Imper. 2. p. plur. m. רֹעוּ *confringimini*... Iſai. 8. v. 9. O. γνῶτε... *animadvertite*, ex Arab. רעו, *reſipiſcite*... Vulg. ex Hebr. רֵעָה *congregamini*...

Fut. 3. p. ſ. m. יָרֹעַ, Job. 34. v. 24. O. ἐφορᾷ... Lxx. ex Arab. רעו *inſpicit*... Vulg. & alii, *conterit*... Cum præfix. הֲיָרֹעַ *num franget?* 2. p. ſ. m. תָּרֹעַ לְאֻמִּים, Pſal. 43. Hebr. 44. v. 3. O. ἐκάκωσας λαοὺς... Lxx. Vulg. Lat. & alii, *afflixiſti populos*, à רוּעַ, Alii, *conquaſſabas nationes*, Cocc... *gentes*, ſeptem, Cananæos, &c. Muiſ.... Cum affix. תְּרֹעֵם *confringes eos*... 3. p. plur. m. cum affix. יִרְעוּךְ, Jerem. 2 v. 16. *depaſcunt te* vertice... (vel *tibi* verticem...) à רָעָה, ubi vide.

NIPHAL נֵרַע, unde 3. p. ſ. m. Fut. cum (-) ſub (י), loco τοῦ (.) cum daghéſch, ex ר excidentis, רַע יֵרוֹעַ, Prov. 11. v. 15. O. πονηρὸς κακοποιεῖ... Lxx. *malus malefacit*... Vulg. *affligetur malo*... Alii, *confringendo, confringetur*, i. e. *omninò confringetur*... Verbum hîc eſt ſine ſuppoſito, ut Hebraïcè ſæpe fit, imperſonaliter dictum, Merc... ſeu paſſivè exponendum, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 531. can. III.

HIPHIL הֵרִיעַ, ſive הֵרַע, vide ſupra in רוּעַ, col. 2409.

HITHPAEL, vel HITHPOEL, הִתְרוֹעַע, *ipſe me frango, frangor*...

Praet. 3. p. ſ. f. רֹעָה הִתְרֹעֲעָה הָאָרֶץ, Iſai. 24. v. 19. O. ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ... Lxx. *turbatione turbabitur terra*... Vulg. & alii, *confringendo*, ſeu *confractione confringetur terra*... i. e. *omninò confringetur*... terra duarum tribuum & ipſa miſerè vaſtabitur, Grot... quùm ſcil. וְחָפְרָה הַלְּבָנָה וּבוֹשָׁה הַחַמָּה, v. 23. *erubeſcet luna, & confundetur ſol*... Hæc ὁ. cùm putarent malè ſonatura apud Platonicos, quales erant Ægyptii reges, pro חָפְרָה, legerunt חָפְרְשָׂה

frangetur; pro לִבְנָה, mutatis tantum punctis, לְבֵנָה *later;* pro חַמָּה, חוֹמָה *murus.* Itaque verterunt, τακήσεται ἡ πλίνθος, καὶ πεσεῖται τὸ τεῖχος, (*& liquefiet later, & frangetur murus*) sensu non malo. Retinenda tamen lectio recepta; & per *solem* & *lunam* intelligendæ imagines Solis & Lunæ, per translationem (sive metaphoram, aut metonymiam subjecti, signati videlicet pro signo) dicuntur *erubituræ*, quòd suos cultores *servare* (post adventum scil. Christi) *nequiverint*, Grot...

Infin. cum præf. .. אִישׁ רֵעִים לְהִתְרֹעֵעַ, Proverb. 18. v. 24. *vir amicorum ita studiosus ut sese ipse amabilem præstet*... Sed, ut ametur, amet oportet. Sic Ovid.

——— *ut ameris, amabilis esto*...

& Mart. Epigramm.

Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.

Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris, ama.

Vulg. *vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quam frater*... unde ad רוּעַ (ex רָעָה *amicum se præbuit*) Infinitivus referendus...

POEL שׂוֹחַח *disseruit*, *meditatus est*, *enarravit*; unde Fut. 3. p. s. m. Isai. 53. v. 8. וְאֶת־דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ *& generationem ejus quis eloquetur?* Lxx. τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; *generationem ejus quis enarrabit?* Sic & Vulg. Alii, *ætatem*, *sæculum ejus*, (Messiæ) *quis eloquetur? quis enarrabit? recensebit? describet? describere potest? oratione consequi poterit?* Chald. paraphrasis, *& miracula quæ fient in nobis in diebus ipsius quis poterit enarrare?* 1. p. s. c. Psal. 142. Hebr. 143. v. 5. de opere manuum tuarum אֲשׂוֹחֵחַ *commentor*; *verba facio*, *dissero*. Vulg. in factis manuum tuarum *meditabar*. Lxx. ἐν ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων, idem ac Vulg.

HIPHIL הֵשִׂיחַ *meditatus est*, *collocutus est*, *confabulatus est*. Lxx. ἀνοίγω *aperio*, διηγέομαι *enarro*, μελετάω *meditor*.

Imper. 2. p. s. m. cum aphæresi הּ ה, שִׂיחַ *colloquere*. 2. p. plur. m. שִׂיחוּ *colloquimini*.

Fut. 3. p. s. m. Psal. 118. Hebr. 119. v. 23. servus tuus יָשִׂיחַ *meditabatur* in statutis tuis. Lxx. ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου *servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis*. Sic Vulg. 3. p. s. f. cum affix. Proverb. 6. v. 22. & cùm evigilaveris הִיא תְשִׂיחֶךָ *ipsa* (lex matris tuæ) *colloquetur tecum*, m. Alii, *illa confabulabitur tecum*, *erit meditatio tua*, *in hac meditatione experrectus versare*, *cùmque evigilaveris tecum disserant*, in omni actu vitæ tibi proderit. Grot. Vulg. *& evigilans loquere cum eis*. Lxx. ἵνα ἐγειρομένῳ συλλαλῇ σοι *ut tecum evigilante colloquatur*. 1. p. s. c. אָשִׂיחַ *meditabor*. Cum ה parag. Job. 7. v. 11. אָשִׂיחָה *loquar* in amaritudine animæ meæ. Cum præf. & ה paragog. וְאָשִׂיחָה *& loquar*. 3. p. plur. m. יָשִׂיחוּ, Psal. 68. Hebr. 69. v. 13. *loquebantur* in me qui sedebant in portâ.

שׁוּחָה שׁוחה f. *fovea*, *fossa*, *desolatio*, per metalepsin, *desolatio in foveâ*. Av. Lxx. adjectivè, ἄβατος *invius*. Substantivè, βόθρος *fovea*, λόγος *sermo*, πίθος *dolium*, ῥῆμα *verbum*. Cum præf. Jerem. 2. v. 6. qui ambulare fecit nos… per terram desertam וְשׁוּחָה *& desolatam*. Vulg. per terram inhabitabilem *& inviam*. Lxx. ἐν γῇ ἀπείρῳ καὶ ἀβάτῳ *in terrâ ignotâ & inviâ*. Alii, *per terram squalidam*, *incultam*, *sepulcralem*, *fossæ*, *fossarum*: quasi diceret, ubi plurima viæ pericula. Angl. R. שׁוּחַ *inclinatus est*, *propendit*.

שׁוּחָה שוחה Mass. *Schouhháh*, Vulg *Suá*, nomen proprium fratris Caleb, 1. Paral. 4. v. 11. Etym. *fossa*, ex שׁוּחַ *inclinatus est*; vel *humiliatio*, ex שָׁחַח *depressus est*.

שׁוּחִי שוחי Mass. *Schouhhí*, Vulg. *Subites*, nomen proprium patriæ unius ex amicis Job, dicti Baldad, Job. 2. v. 11. & 8. v. 1. Etym. *meditatio mea*, ex שׂוּחַ *meditatus est*; vel *incurvatio mea*, ex שָׁחַח *depressus est*, & aff. 1. p. s. c.

שׁוּחָם שוחם Mass. *Schouhhám*, Vulg. *Suham*, nomen propr. filii Dan, filii Jacob, Num. 26. v. 42. Etym. *loquutio*, seu *meditatio eorum*, ex שׂוּחַ *meditatus est*; vel *humiliatio eorum*, ex שָׁחַח *depressus est*, & aff. 3. p. plur. m.

שׁוּחָמִי שוחמי Mass. *Schoúhhamí*, Vulg. *Suhamitæ*, nomen patronymicum, sive commune virorum à Suham oriundorum, Num. 26. v. 43. Etym. eadem ac vocis præced.

שׁוֹט שוט m. *scutica*, *flagellum*, à circumagendo. Lxx. ζυγὸς *jugum*, μάστιξ *flagellum*. Adjectivè, φαῦλος *pravus*. *Virga* qualibet, quâ quis percutitur, castigatur & circumpungitur: plerumque exponitur, pro flagello ex rudentibus contexto. Av. Cum

præf. Job. 5. v. 21. בְּשׁוֹט לָשׁוֹן תֵּחָבֵא *à flagello linguæ absconderis.* Sic Vulg. Lxx. ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει *à flagello linguæ abscondet te*, sub. *Deus.* Alii, *dum pervagabitur lingua*, *cùm flagellat lingua*, *cùm grassatur flagellum*, subaudiendo verbum conjugatum. Cocc. Plur. m. cum præf. & daghêsch in ש ob ה exclusum, 3. Reg. 12. v. 11. pater meus corripuit vos, בַּשּׁוֹטִים *flagellis.* Vulg. *cecidit vos flagellis.* Lxx. ἐπαίδευσεν ὑμᾶς μάστιξι *corripuit vos flagellis.* R. שׁוּט *circuire*, &c.

שׁוּט QAL. Lxx. διαπορεύομαι *transeo*, διέρχομαι idem, περιέρχομαι *circumeo*, περιοδεύω idem. Vulg. & alii, *peragro*, *ito*, *discurro*, *percurro*, *cursito*, *circumeo*; & cum accusat. *circumagito*, *diffundor*, *discurro.* Hinc σκυτος *corium*, σκυτευς *coriarius*; *scutica*, flagellum ex corio. Av.

PRAET. 3. p. plur. c. Num. 11. v. 8. שָׁטוּ הָעָם *ibat populus*, *cursitabat.*

INFIN. cum præf. Job. 1. v. 7. unde venis? respondit Satan מִשּׁוּט בָּאָרֶץ *ab exspatiando in terrâ.* Lxx. περιελθὼν τὴν γῆν *postquam peragravi terram.* Vulg. *circuivi terram.* Alii ad verbum, *à pervagando*, *à circumeundo terram*, sive *à discurrendo per terram.* Cum (ֻ), מִשֻּׁט *à peragrando.*

IMPER. 2. p. s. m. שׁוּט *discurre*, *curre*, *vade*, *cursita.*

FUT. 3. p. plur. m. cum præf. & (ֻ) pro (ו), 2. Reg. 24. v. 8. וַיָּשֻׁטוּ *& peragrarunt* totam terram, (principes militum David). Vulg. *& lustratâ universâ terrâ.* Lxx. καὶ περιώδευσαν ἐν πάσῃ τῇ γῇ *& circumcursarunt totam terram illam.*

POEL שׁוֹטֵט *circuivit frequenter*, *pervagatus est*, *lustravit.* Lxx. διδάσκω *doceo*, ἐπιβλέπω *inspicio*, περιτρέχω *circumcurro.*

BEN. plut. m. Zach. 4 v. 10. *illa* sunt *septem* oculi Domini מְשׁוֹטְטִים *discurrentes* per totam terram. Vide Synopsim Critic. Vulg. *septem isti oculi sunt Domini*, *qui discurrunt in universam terram.* Lxx. ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοί (Ald. Complut. addit, κυρίου) εἰσιν οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν *septem illi oculi* (Ald. Compl. *Domini*) *sunt qui attendunt ad universam terram.* Plur. fem. 2. Paral. 16. v. 9. quia Domini oculi מְשֹׁטְטוֹת *lustrant* universam terram; fortè, *quia Dominus est*, *oculi ejus lustrant universam terram.* Vulg. *oculi enim Domini contemplantur universam terram.* Lxx. ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπιβλέπουσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ *quoniam oculi Domini attendunt in universâ terrâ.* Alii, *nam oculi Domini discurrunt*, &c. *nam ad Jehovam quod attinet*, *oculi ejus discurrunt. Dominus & oculi ejus discurrunt.*

IMPER. 2. p. pl. m. Jerem. 5. v. 1. שׁוֹטְטוּ *percurrite.* Lxx. περιδράμετε *concursate.* Vulg. *circuite.*

FUT. 3. p. pl. m. Dan. 12. v. 4. יְשֹׁטְטוּ רַבִּים *percurrent multi* (librum) & multiplicabitur scientia. Vulg. *plurimi pertransibunt*, & multiplex erit scientia. Lxx. ἕως διδαχθῶσι πολλοὶ καὶ πληθυνθῇ ἡ γνῶσις *donec doceantur multi*, *& multiplicetur scientia.* Alii, *investigabunt multi*, *versabunt sese*, *permeabunt multi*, id est, convenient tempore Evangelii ex omnibus Gentibus; quo tempore scientia & fides Christiana multiplicabitur. Q. in Jun.

HITHPOEL הִשְׁתּוֹטֵט, sine transpositione ת, *cursitavit*, *fecit se circuire*: ne videlicet committatur κακοφωνία, trium T concurrentium. Buxt.

IMPER. 2. p. plur. f. cum præf. Jerem. 49. v. 3. plangite וְהִתְשׁוֹטַטְנָה *& circuite*, per sepes (filiæ Rabbath). Apud Lxx. 30. v. 3. vacat. In quibusdam antecedit, καὶ ἐπιληπτεύονται (aut ἐπιληπτεύεσθε, ut Complut.) *& quasi epileptici æstuate*: in aliis verò hæc non antecedunt, sed sequuntur ista, καὶ διαδράμετε διὰ τῶν τειχῶν, quod in Vulg. *& circuite per sepes.* Theodor. videtur habuisse τειχῶν *& discurrite per muros.* Nobil. Fortè, ἐπιληπτεύεσθε respondet voci Hebraicæ, de quâ hic agitur. Alii, *& oberrate in maceriis*, *discurrite per septa*, *per sepes*, *circa sepes.*

שׂוּט QAL, *declino*; unde BEN. s. m. שָׂט *declinans.* Plur. m. constr. cum præf. Psal. 39. Hebr. 40. v. 5. וְשָׂטֵי כָזָב *& declinantes ad mendacium.* Vulg. & non respexit in vanitates, *& insanias falsas.* Similiter Lxx. καὶ μανίας ψευδεῖς, pro שָׂטֵי, legerunt שְׁטֵי,

à נטה Chald. quod significat, *stultescere*, *insanire*. Mu. Alii, *& eos qui divertunt ad mendacium*, *& ad sectatores mendacii*, per *declinantes* intelligunt, vel idololatras, vel ariolos, vel illos qui amorem veritatis non recipientes mendacio crediderunt, &c.

שׁוֹטֵט m. *scutica*, *flagellum*, quidam *palum*, vel *spinam* dicunt. Merc. Cum praef. Jos. 23. v. 13. & erunt vobis gentes istæ in laqueum & offendiculum, וּלְשֹׁטֵט *& flagellum* in lateribus vestris. Vulg. *& offendiculum* ex latere vestro. Lxx. *καὶ εἰς ἥλους & in clavos*. Rad. שׁוּט *circuivit*, *circumagitavit*.

שׂוּךְ QAL, *sepio*, *obsepio*, *intersepio*, *circumsepio*; cognationem habet cum סָכַךְ & שָׂכַךְ, *operuit*. Hinc συνάζω *concludo*; nam septum fit implicatione & interclusione veprium. Av.

Praet. 2. p. s. m. Job. 1. v. 10. הֲלֹא־אַתְּ שַׂכְתָּ בַעֲדוֹ, legendum docent Massor. אַתָּה *nonne tu vallasti eum?* Sic Vulg. quasi scilicet sepe obducta protegis illum ac domum ejus. Vat. Lxx. *οὐ σὺ περιέφραξας τὰ ἔξω αὐτοῦ*; *nonne tu munivisti ea quæ extra ipsum sunt?* Alii, *sepivisti circa eum? protexisti eum? posuisti sepem circa eum? super eum? ex adverso ejus?*

Ben. s. m. Ose. 2. v. 8. quapropter ecce ego שָׂךְ *obsepiens* sum viam tuam spinis. Vulg. mutato tempore v. 6. propter hoc ecce ego *sepiam* viam tuam spinis. Lxx. *φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς sepio viam ejus*.

שׂוּךְ, vide סָךְ, supià, col. 1456.

שׂוֹכָה f. *ramus*, vel ut alii volunt, *lignorum*, aut *frondium*, *perplexitas*. Merc. *ramus* à sepimentis quibus adhibetur. Buxt. *ramus perplexus* instar spinarum. Av. Construct. Jud. 9. v. 48. & præcidit (Abimelech) שׂוֹכַת עֵצִים *ramum arborum*. Alii, *ramos arborum*. Vulg. *præcidit arboris ramum*. Lxx. *καὶ ἔκοψε κλάδον ξύλου & præcidit ramum arboris*. Alex. *φορτίον ξύλων fascem lignorum*; & v. 49. cum affix. & succiderunt etiam, omnis populus אִישׁ שׂוֹכֹה *unusquisque ramum suum*, vel *quisque fascem suum*; contractè pro שׂוֹכָתוֹ, Buxt. sicut & צוּרָם, inquit R. D. pro צוּרָתָם *forma eorum*. Vel hic est ה pro (ו), affix. 3. p. s. m. Rad. שׂוּךְ *sepivit*, *obsepivit*.

שׂוֹכוֹ & שׂוֹכֹה, Mass. *Socôh*, Vulg. *Socôth*, Jos. 15. v. 48. at 1. Reg. 17. v. 1. *Sochô*, nomen proprium 1°. duarum in tribu Juda civitatum, Jos. 15. v. 48. & 1. Reg. 17. v. 1. etiam alibi mentio fit earum. 2°. urbis constructæ à Roboam, 2. Paral. 11. v. 7. Relandus lib. 3. de urbibus & vicis Palestinæ, p. 1018. refert Eusebium asserere, *esse duos vicos in nono miliario viæ ab Eleutheropoli Æliam, unum superiorem, alium inferiorem, dictos Socchoth, ad vocem Σοχχώ*. Etym. *protectio ejus*, à שׂוּךְ *sepivit*, & affix. 3. p. s. m. vel *sepes ejus*, ab eâdem rad. & eod. affix. vel *cogitatio ejus*, ex שְׂכָה *aspexit*, in Ithpeal, Chald. *cogitavit*, & affix. jam dicto.

שׁוּל m. Lxx. *λῶμα margo*, *πύλη janua*, *ὀπίσθιον posterius*, *τὰ ὀπίσω posteriora*, *δόξα gloria*. Vulg. & alii, *fimbria* pars inferior vestis, *ora*, *margo*, seu *ora vestis*. Hinc *στολὴ vestis*, *habitus*, *stola*, non legitur in singulari, quia fimbria non est in uno tantùm loco. Av. Quidam affine faciunt verbis שָׁלַל & נָשַׁל, quæ detractionem sonant, & spoliationem: quòd facilè detrahi possint fimbriæ, in imâ vestis parte remotæ. Merc. Plur. m. שׁוּלִים *fimbriæ*; unde constr. שׁוּלֵי *fimbriæ*. Cum aff. שׁוּלָיו *fimbriæ ejus*, m. שׁוּלַיִךְ *fimbriæ tuæ*, f. Cum praef. & aff. וְשׁוּלָיו *& fimbriæ ejus*, m. בְּשׁוּלֶיהָ *in fimbriis ejus*, f.

שׁוֹלָל m. Lxx. *αἰχμάλωτος captivus*, *ἀνυπόδετος discalceata*. Vulg. & alii, *inglorius*, *stultus*, *finis*, *spoliatus*, *aberrans*, *vesanus*, *insanum agens*, *infatuatus*, aut *insanus factus*, & quasi qui est *expoliatus cognitione*, seu *mente suâ*, *qui non est mentis compos & extra se est*. Minùs rectè quidam vertunt, *spolium*, *spoliatio*, *nuditas*, Merc. est aliquando *privatio consilii*. Cocc. Job. 12. v. 17. מוֹלִיךְ יוֹעֲצִים, & v. 19. כֹּהֲנִים שׁוֹלָל *ambulare faciens* (Deus), aut *facit consiliarios*, *sacerdotes*, vel *principes*, (id est unumquemque è consiliariis, sacerdotibus, aut principibus *spoliatum*, aut *insanum*,) *spoliatos*, *insanos*. Enallage numeri emphatica.

Alii, *qui facit ut consiliariorum quisque, sacerdotum quisque amens*, seu *demens fiat*, vel *qui abducit consiliarios, sacerdotes ut spolium*, vel *qui consiliarios facit ire sine consilio, qui ducit sacerdotes spoliatos*. Vulg. *adducit consiliarios in stultum finem... ducit sacerdotes inglorios*. Lxx. διάγων βουλευτὰς αἰχμαλώτους *deducens consiliarios captivos*. Vers. 19. ἐξαποστέλλων ἱερεῖς αἰχμαλώτους *qui emittit sacerdotes captivos*. Aq. ἀπάγων συμβούλους λάφυρα *qui abducit consiliarios* ut *spolia*. Sym. διάγων βουλευτικοὺς εἰς ἀβουλίαν *adducens eos qui prudenter deliberant, in consilii inopiam*. Mich. 1. v. 8. eadem vox שׁוֹלָל reperitur *spoliatus* incedam. Lxx. mutatâ personâ, πορεύσεται ἀνυπόδετος *ibit discalceata*: referentes ad Samariam. Rad. שָׁלַל *spoliavit*.

שׁוּלַמִּית Mass. *Schoûlammîth*, Vulg. *Sulamitis*, nomen Gentile femin. habitatrix Jerusalem quæ olim dicebatur שָׁלֵם. Quidam tamen existimant, Salomonem sic appellasse amicam suam, (imò verò uxorem suam) Grot. &c. à formæ integritate, quasi absolutam diceres. Calal. Cantic. Canticor. in Vulg. 6. v. 12. in Hebr. 7. v. 1. Etym. *perfecta*, ex שָׁלֵם *perfectus est*; vel *retribuens*, ex שִׁלֵּם *retribuit, rependit*; vel *pacifica*, ex שָׁלוֹם *pax*, à שָׁלַם *pacem habuit*.

שׁוּם m. *allium*, genus oleris quod comeditur, Av. ex conjectura quorumdam est vox Ægyptiaca. In forma tantùm plur. reperitur cum præf. Num. 11. v. 5. Recordamur... וְאֶת־הַשּׁוּמִים *& alliorum*. Lxx. καὶ τὰ σκόρδα, C. σκόρδα *& alliorum*. Vulg. in mentem nobis veniunt... *& allia*. Ab his, ut diis abstinebant Ægyptii, Plin. 19. 6. *porrum & cepe nefas violare*, &c. Ma. Hæc esculenta erant pauperiorum in Ægypto & vernarum, quæ tamen Mannæ anteferunt. A.

שׂוּם QAL. Lxx. Aq. Sym. ἐπιτίθημι *impono*, τίθημι *pono*, ποιέω *facio*, καθίστημι *constituo*, τάσσω *constituo*, προσέχω *attendo*, δίδωμι *do, præsto*, περιτίθημι *circumpono*, διαστέλλω *discerno, distinguo*. Aq. Sym. περιειλέω *circumvolvo*, Job. 38. v. 9. vel *involvo*, vel *circumvestio*, ἐκτίθημι *expono*, ἐντίθημι *impono*, κεῖμαι *jaceo*, ὑποτάσσω *subordino*, κατατάσσω *constituo*, προστίθημι *propono*, κάθημαι *sedeo*. Vulg. & alii, *posuit, apposuit, adhibuit, disposuit, composuit, interposuit, imposuit, reposuit, proposuit*; & interdum etiam, *exposuit*, id est, *interpretatus est*, seu *explicuit, statuit, constituit, collocavit*. Generaliter significat, *ponere*, arte, curâ & ordine. Peculiariter de membrorum, corporis, vel animæ positione ad singularem observationem, vel in periculum, vel in mortem, dicitur. Construitur cum accusat. & præposit. עַל, אֶל, ל, & ב.

PRAET. 3. p. s. m. שָׂם *posuit, imposuit*. Lxx. ἐπέθηκεν *superposuit*. Cum præf. Gen. 30. v. 41. וְשָׂם *& posuit* Jacob virgas. Vulg. *ponebat*. Lxx. ἐτίθει *posuit*. Cum aff. Gen. 45. v. 9. שָׂמַנִי *posuit me*, c. Dominus Dominum totius Ægypti. Lxx. ἐποίησέ με ὁ θεὸς κύριον πάσης γῆς Αἰγύπτου *fecit me Deus Dominum totius terræ Ægypti*; sic ferè ad verbum, Vulg. Exod. 2. v. 14. & dixit, Quis שָׂמְךָ *constituit te* principem? m. Lxx. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα; idem, שָׂמוֹ *posuit eum*, שָׂמָהוּ *posuit illum*, שָׂמָהּ *posuit illam*. Cum præf. & aff. וְשָׂמוֹ *& posuit eum*. Jerem. 13. v. 16. וְשָׂמָהּ *&* Deus *ponet eam* (lucem) in umbram mortis. Similit. Vulg. *& ponet eam*. Lxx. καὶ ἐκεῖ σκιὰ θανάτου *& ibi umbra mortis*; videntur legisse וְשָׁם *& ibi*. Quo tempore Deus vos frustrà meliora exspectantes adversis magis magisque involvet. Grot. 3. p. s. f. שָׂמָה *posuit*. Cum ה relativo pro אֲשֶׁר, Isai. 51. v. 10. nonne tu es brachium illud... הַשָּׂמָה *quod posuit* profundum maris viam? Lxx. ἡ θεῖσα τὰ βάθη τῆς θαλάσσης ὁδόν; *quæ ponis profunda maris viam?* cùm Lxx. v. 9. addiderint Γερουσαλημ, ubi mentio est de brachio Domini, consequenter ad Jerusalem retulerunt, quod referendum erat ad brachium Domini. Vulg. *qui posuisti profundum maris viam?* retulit ad Dominum ipsum prout dicitur illud de Domino, Exod. 14. v. 21. *Dominus flante vento vehementi... vertit in siccum* (mare). Cum affix. Cant. 6. v. 12. in Vulg. v. 11. anima

mea שָׂמַתְנִי *posuit me*, c. velut quadrigas populi mei nobilis. Vide Synopsin Criticor. Lxx. οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου. ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ *nescivit anima mea*; (terulerunt hæc verba *anima mea* ad præcedens verbum) *posuit me* currus Aminadab. Sym. οὐκ οἶδα, ἡ ψυχή μου ἠπόρησέ με *non novi, anima mea dubium fecit me*. Vª. edit. ἔθου με εἰς ἅρμα λαοῦ ἡγεμόνος *posuisti me in currum populi ductoris*. Vulg. *anima mea conturbavit me*. In pausa, Ezech. 19. v. 5. tulit (leæna) unum de catulis suis, leunculum שָׂמָתְהוּ *posuit eum*. Vulg. leonem *constituit eum*. Lxx. λέοντα ἔταξεν αὐτὸν, idem; id est, ex Vatabl. constituit eum Regem (Joacim) suffectum quidem à Nabuchodonosor in locum Joachaz, consentiente tamen populo. 2. p. s. m. שַׂמְתָּ *posuisti*. Cum ה interrogat. Job. 1. v. 8. & dixit Dominus ad Satan הֲשַׂמְתָּ לִבְּךָ *attendisti-ne* ad servum meum Job? Alii, *an non posuisti cor tuum*, &c. Quò l instituisti Jobum accusare, ludis operam, novi ejus integritatem. Metc. Non tam dolet Satanæ, malis parci, quàm ullos esse bonos. Cocc. Lxx. προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου; *attendisti-ne mente tuâ?* Vulg. *numquid considerasti?* Cum præf. וְשַׂמְתָּ *& posuisti, & pones*. Cum affix. שַׂמְתּוֹ *posuisti eum*, שַׂמְתַּנִי *posuisti me*, c. Cum præf. & affix. וְשַׂמְתּוֹ *& pones illud* (cingulum), וְשַׂמְתָּם *& constitues eos*. 2. p. f. f. Isai. 47. v. 6. לֹא־שַׂמְתְּ *non posuisti* eis misericordias (Babylonem redarguit propheta). Lxx. οὐ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος *tu verò non præstitisti eis misericordiam*. Cum præfix. Ruth. 3. v. 3. cum (י) superabundanti juxtà Massor. וְשַׂמְתְּ *te quoque indue* vestimenta tua. Vulg. *& induere* cultioribus vestimentis. Lxx. καὶ περιθήσεις τὸν ἱματισμόν σου ἐπὶ σοὶ *& impones vestimentum tuum super te*; legendum וְשַׂמְתְּ. 1. p. f. c. שַׂמְתִּי, & in pausa, שָׂמְתִּי *posui*. Cum præf. וְשַׂמְתִּי *& ponam*. Cum aff. שַׂמְתִּיו *posui eum*, שַׂמְתִּיךָ *posui te*, f. Cum præf. & affix. וְשַׂמְתִּיהָ *& ponam illud, illam*, וְשַׂמְתִּיךָ *& ponam te*, m. וְשַׂמְתִּיךְ *& ponam te*, f. וְשַׂמְתִּים *& disponam eos, eas*. 3. p. pl. c. שָׂמוּ *posuerunt*. Cum præf. וְשָׂמוּ *& ponent*.

Cum affix. (ו) mutato in (ֻ), שָׂמֻנִי *posuerunt me*, c. שָׂמוּךָ *posuerunt te*, m. 2. p. plur. m. Jerem. 2. v. 7. & hæreditatem meam שַׂמְתֶּם *posuistis* in abominationem. Lxx. καὶ τὴν κληρονομίαν μου ἔθεσθε εἰς βδέλυγμα, idem. Cum præfix. וְשַׂמְתֶּם *& ponetis*. 1. p. plur. c. in pausa, שָׂמְנוּ *posuimus*.

Ben. l. m. שָׂם *ponens*. Cum præf. Isai. 63. v. 11. אַיֵּה הַשָּׂם *ubi* est *qui posuit* in medio ejus (Moysis) Spiritum Sanctum suum? Lxx. ποῦ ἐστιν ὁ θεὶς ἐν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; *ubi est qui posuit in eis Spiritum Sanctum?* intellexerunt effusionem Spiritûs Sancti factam tùm in Moyse tùm in populo. Plur. m. שָׂמִים *ponentes*.

Paoul f. m. שׂוּם *positus*. Sing. fem. 2. Reg. 13. v. 32. quia in ore, vel ex præcepto Absalom erat שׂימה (legendum juxta Massorethas, שׂוּמָה) *posita* cædes Amnon. Al. quia juxta os Absalom; id est, in animo ejus *fuit positum*, constitutum, decretum ut interficeretur Amnon: sic poëta, *manet altâ mente repostum*. Absalom juxta Cocc. in sermone suo satis ostendit, sibi hoc decretum esse. Si autem legeretur שִׂימָה eumdem dare sensum facilè posset quis, sic interpretando: *erat determinatio, positio* mortis Amnon. Al. secundùm os Absalomi, *factum est id quod proposuerat*. Vulg. quoniam in ore Absalom *erat positus*, supple, ad mortem; quod ad sensum aliorum recidit. Lxx. ad sensum Vulg. ὅτι ἐπὶ στόματος Ἀβεσσαλὼμ ἦν κείμενος *erat jacens*, quasi diceres *mortuus*. Complut. ἐν ὀργῇ ἦν αὐτῷ *in irâ erat ei*. Quod videtur esse nota marginalis.

Infin. sub dupl. forma שׂוּם & שׂוֹם, *ponendo, ponere*. Cum præf. Nehem. 8. v. 8. & legerunt in libro ipso, in Lege Dei explanatè, וְשׂוֹם שֶׂכֶל *& apponendo intellectum*. Vulg. *& apertè ad intelligendum*. Lxx. καὶ διέστελλεν ἐν ἐπιστήμῃ κυρίου *& distinxit in scientia Domini*, *& ponendo attentionem*, seu *adhibendo*: μὴ προσέχειν. Cocc. Al. *& ponere prudentiam*, ut intelligerent in lectione. Quidam legunt וְשׂוּם, Buxt. Cum præf. בְּשׂוּם *in ponendo*, לָשׂוּם *ponere, ponendo, ad ponendum*, וְלָשׂוּם *& ad ponendum*. Cum

præf. & affix. Job. 38. v. 9. בְּשׂוּמִי *in ponere me*, id est, *cùm ponerem* nubem vestimentum ejus (maris). Lxx. ἐθέμην δὲ αὐτῇ νέφος ἀμφίασιν *posui autem ei nubem operimentum.* Aq. περιείλησα *circumvolvi.* Sym. ὡς νεφέλῃ περιείλησα αὐτὴν *quasi nube circumvolvi ipsum;* & aliter etiam Sym. καὶ ὡς νεφέλην περιείλησα αὐτῷ (fortè, αὐτῇ), *&* *quasi nubem circumvolvi ipsi.* Isai. 44. v. 7. מִשּׂוּמִי *ex quo posui mihi* populum mundi. Vulg. *ex quo constitui* populum antiquum. Lxx. ἀφ' οὗ ἐποίησα ἄνθρωπον εἰς τὸν αἰῶνα *ex quo feci hominem in sæculum;* fortè vertendum esset, *semper*, referendo ad verba præcedentia, στήτω *stet*, & alia; בְּשׂוּמוֹ *cùm poneret ipse*, וּלְשׂוּמוֹ, sic legendum docent Massor. pro וּלְשִׂימוֹ *& ut ponat illum;* & cum (ֻ) loco τῶ (ו), Num. 24. v. 23. heu quis victurus est מִשֻּׂמוֹ *cum posuerit ipse* (Deus) *ista?* Vulg. *quando ista faciet Deus?* Vatabl. *cum statuerit istud?* id est, quis vivere poterit ex quo evenire fecerit ista Deus? Lxx. ὅταν θῇ ταῦτα ὁ Θεός; *cùm ponet hæc Deus?* agitur de prædictionibus Balaam.

Fut. 3. p. s. m. יָשׂוּם *ponet*, vel *faciet* mutum.

HIPHIL הֵשִׂים, significatione τῶ Qal, *pono, appono*, &c. Lxx. ἀναλαμβάνω *recipio.* Aq. Sym. ἐπιτίθημι *impono*, ἀνατίθημι *repono*, βοηθέω *auxilior*, ἐμβάλλω *immitto*, γεννάω *gigno*, διατάσσω *dispono*, ἐννοέομαι *cogito*, ἐπινοέω *excogito*, ἐπιστρέφω *converto.* Sym. Theod. τάσσω *constituo.*

Ben. s. m. Job. 4. v. 20. eò quòd non sit מֵשִׂים *qui apponat* (cor). Vulg. & quia nullus *intelligit.* Lxx. παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι *eò quod non possint sibi ipsis auxilium ferre.*

Infin. cum aphæresi τῶ ה, שִׂים *ponere, ponendo*, pro הָשִׂים.

Imper. 2. p. s. m. Gen. 24. v. 2. שִׂים *pone* manum tuam. Lxx. θὲς τὴν χεῖρά σου, idem. Cum præfix. Gen. 44. v. 1. וְשִׂים *& repone* cujusque pecuniam. Vulg. *& pone* pecuniam singulorum. Lxx. καὶ ἐμβάλετε ἑκάστου τὸ ἀργύριον *& immittite uniuscujusque pecuniam;* in plur. videntur legisse, וְשִׂימוּ.

Cum ה parag. שִׂימָה *pone.* Cum affix. שִׂימֵנִי *pone me*, c. Deut. 31. v. 19. שִׂימָהּ *pone illud* (canticum) in ore eorum. Lxx. καὶ ἐμβαλεῖτε αὐτὴν *& immittetis illud.* Vulg. *ut memoriter teneant, & ore decantent.* Sensum expressit, non verba. 2. p. s. f. expresso ה, Ezech. 21. v. 16. הָשִׂימִי *pone te.* Vat. *pone* faciem tuam ad Aquilonem, id de gladio dicitur, quem propheta videtur vidisse sese modò ad dexteram, modò ad sinistram partem, moventem. Apud Lxx. & Vulg. Vacat. Cum aphæresi τῶ ה & (י), שִׂמוּ שִׂימוּ *pone.* 2. p. plur. m. שִׂימוּ *ponite, disponite.* Cum præf. excluso ה, וְשִׂימוּ vel וְשִׂמוּ, *& ponite.*

Fut. 3. p. s. m. sub triplici forma, יָשִׂים, & יָשֵׂם, & יָשֶׂם *ponet.* Cum præf. וַיָּשֶׂם *& ponet*, וַיָּשֶׂם *& posuit, & apposuit.* Cum aff. יְשִׂימְךָ *ponet te*, m. יְשִׂימֵנִי *ponet me*, c. יְשִׂימֵם *ponet eos.* Cum præf. & affix. וַיְשִׂימֵנִי *& posuit me*, c. וַיְשִׂימְךָ *& posuit te*, m. וַיְשִׂמֵהוּ vel וַיְשִׂימֵהוּ, *& posuit ipsum*, וַיְשִׂימֶהָ vel וַיְשִׂמֶהָ *& posuit eam*, וַיְשִׂמֵם *& posuit eos.* 3. p. s. f. cum (ָ) & præfix. וַתָּשֶׂם *& posuit.* Cum præf. & affix. Gen. 31. v. 34. וַתְּשִׂמֵם *& posuerat ea*, m. (idola). Vulg. concisè, Rachel festinans *abscondit* idola. Lxx. καὶ ἐνέβαλεν αὐτὰ *& injecit ea.* 2. p. s. m. sub dupl. forma תָּשִׂים, vel תָּשֵׂם *pones.* Cum præf. הֲתָשִׂים *an pones?* וְתָשֵׂם *& pones.* Cum affix. תְּשִׂימֵנִי *pones me*, c. תְּשִׂימֵנוּ *pones nos*, c. 2. p. s. f. cum præfix. וַתָּשִׂימִי *& posuisti.* 1. p. s. m. אָשִׂים *ponam.* Cum ה parag. אָשִׂימָה *ponam.* Cum præf. וְאָשִׂים *& ponam*, וָאָשִׂים & וָאָשֵׂם, *& posui*, וְאָשִׂמָה *& ponam*, וָאָשִׂימָה *& posui.* Cum affix. אֲשִׂימְךָ *ponam te*, m. אֲשִׂימֵךְ *ponam te*, f. אֲשִׂימֶנּוּ *ponam eum*, אֲשִׂימֶנָּה *ponam eam*, אֲשִׂימֵם *disponam ea*, m. Cum præf. & affix. וַאֲשִׂמֵם *& constituam eos.* 3. p. plur. m. יָשִׂימוּ *ponent.* Cum præf. וְיָשִׂימוּ *& ponent*, וַיָּשִׂמוּ vel וַיָּשִׂימוּ, *& posuerunt.* 2. p. plur. m. תָּשִׂימוּ *ponetis.* Cum ן paragog. תְּשִׂימוּן vel תְּשִׂמוּן, *ponetis.* Cum affix. & (ֻ) pro (ו), תְּשִׂמֻנִי *ponatis me*, c. Cum præf. & ן parag. וַתְּשִׂמוּן *& posuistis.* 1. p. plur. c. cum præf. וְנָשִׂים *& ponemus.* Cum ה paragog. נָשִׂימָה *ponemus;* & cum præf. וְנָשִׂימָה *& ponemus.*

HOPHAL

HOPHAL שׂוּם ponor, apponor, &c. unde Fut. 3. p. f. m. cum præf. Gen. 24. v. 33. וַיּוּשַׂם, vel ut alia habent exemplaria, וַיִּשֶׂם pro וַיּוּשַׂם, ut est in keri juxta Massor. *& positum est* ante illum ad comedendum, id est, propositus est ei cibus, ibi est (·) irregulariter & contra morem ex Cocc. Lxx. *καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς ἄρτους φαγεῖν & præbuit eis panes ad manducandum.* Vulg. *& appositus est* in conspectu ejus panis. Gen. 50. v. 26. est etiam vox irregularis; וַיִּישֶׂם *& repositus est* in arca in Ægypto, ubi ultimum iod ponitur pro (ו), & (·) pro (-), ex Buxtorf. R. D. scribit esse, pro וַיּוּשַׂם *& positus est.* Alii deducunt à radice, יָשַׁם inusit. & sermonem dicunt esse defectivum, sensumque esse, *& posuit* scilicet eum ponens, in arcâ. Lxx. *καὶ ἔθηκαν & posuerunt*, videntur legisse וַיָּשִׂימוּ, quod omnino tollit anomaliam vocis. Vulg. *repositus est*, legit aut intellexit in sensu passivo.

שׂוּם PEAL. Chald. *pono, appono, statuo, constituo*, &c. unde

Praet. 3. p. f. m. Dan. 5. v. 12. Rex שָׂם־ שְׁמֵהּ *posuit nomen ejus* (Danielis) Baltassar. Vulg. cui Rex *posuit nomen* Baltassar. Lxx. *ἐπέθηκεν ὄνομα αὐτῷ fecit ei nomen*, vel *imposuit nomen ipsi.* Cum affix. Esd. 5. v. 14. דִּי פֶחָה שָׂמֵהּ *quem præfectum constituerat;* nempe Sassabasar, qui fuit hoc honore insignitus à Cyro. Vulg. *quem & principem constituit.* Lxx. *τῷ θησαυροφύλακι τῷ ἐπὶ τοῦ θησαυροῦ custodi thesaurorum, qui super thesaurum.* 2. p. f. m. ex more Hebr. in pausa, שָׂמְתָּ *proposuisti.* 1. p. f. c. cum (·) pro (-) ob accentum in penult. collocatum שָׂמֶת *constitui.* 3. p. plur. m. שָׂמוּ *posuerunt.*

Peil f. m. Dan. 3. v. 29. וּמִנִּי שִׂים טְעֵם *à me igitur proponitur edictum.* Vulg. v. 96. *à me ergo positum est hoc decretum.* Lxx. *καὶ ἐγὼ ἐκτίθεμαι τὸ δόγμα & ego propono decretum.*

Imper. 2. p. plur. m. Esd. 4. v. 21. שִׂימוּ טְעֵם *proponite consilium.* Cocc. *date operam;* omnia consilia eò dirigite, & communi consensu ac decreto id agite. Vulg. *audite sententiam.* Lxx. *θέτε γνώμην ponite*

edictum, vel *ponite mentem*, mentem vestram notam facite.

ITHPEAL אִתְּשָׂם, unde Bén. f. m. Esd. 5. v. 8. וְאָע מִתְּשָׂם *& lignum ponitur.* Lxx. *καὶ ξύλα ἐντίθεται & ligna imponuntur.* Vulg. *& ligna ponuntur.*

Fut. 3. p. f. m. consilium יִתְּשָׂם *constitutum sit.* 3. p. plur. m. יִתְּשָׂמוּן *ponentur.*

PEIL. Praet. 3. p. f. f. cum præfix. unicum tantùm exemplum legitur Dan. 6. v. 18. per (·) formatum, quo media radicalis (ו), quodam modo repræsentatur; allatusque est lapis unus וְשֻׂמַת *& positus est* super os foveæ. R. Saadias exponit pro præterito Hophal, וְהוּשְׂמָה *positus est.* Lxx. *καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ λάκκου & imposuerunt super os foveæ.* Vulg. v. 17. *& positus est super os laci.*

שׁוּנִי Mass. *Schouní*, Vulg. *Suni*, nom. proprium unius è filiis Gad, filii Jacob, Gen. 46. v. 16. Num. 26. v. 15. Etym. *mutatus*, ex שָׁנָה *mutatus est;* vel *dormiens*, ex יָשֵׁן *dormivit;* vel *iteratus*, aut *secundarius*, ex שָׁנָה *secundò fecit, iteravit.* Calas.

שׁוּנֵם Mass. *Schounêm*, Vulg. *Sunem*, nomen proprium civitatis in Tribu Issachar, eadem quæ Sunam, Jos. 19. v. 18. 4. Reg. 4. v. 8. Etym. *mutatio eorum*, ex שָׁנָה *mutatus est*, & aff. 3. p. plur. m. vel *dormitatio eorum*, ex יָשֵׁן *dormivit*, & affix. præcedenti. Calas.

שׁוּנַמִּית Mass. *Schoúnammíth*, Vulg. *Sunamitis*, nomen Gentile femin. ex oppidi superioris nomine derivatum; vocabatur hæc virgo Abisag, David verò non cognovit eam, licet cum eâ dormierit, 3. Reg. 1. v. 3. & 4. Reg. 4. v. 12. Etym. *iteratio dormitationis*, ex שָׁנָה *iteravit*, & נוּם *dormitavit;* vel *iteratio mortis*, ex שָׁנָה *iteravit*, & מוּת *mortuus est;* aut *somnus mortis*, ex יָשֵׁן *dormivit*, & מוּת *mortuus est.*

שׁוּעַ m. *vociferatio, clamor.* Buxt. *stridor, acclamatio stridula.* Av. Cum affix. Psal. 5. v. 3. attende ad vocem שַׁוְעִי *clamoris mei*, c. Alii, *stridoris mei*, vel *implorationis meæ.* Vulg. *intende voci orationis meæ.* Lxx. ut Vulg. *πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου.* R. שׁוּעַ *clamavit, vociferatus est.*

שֶׁוַע m. *vociferatio*, *clamor*, *respectus*, *conversio*. Sym. οἰμωγὴ *ejulatus*. Aq. τύραννος *tyrannus*. Lxx. κραυγὴ *clamor*, δέησις *supplicatio*. Cum præf. Isai. 22. v. 5. וְשׁוֹעַ אֶל־הָהָר & *clamor ad montem*, sub. tollitur. Vulg. & *magnificus super montem*. Alii, & *clamans ad montana*, vel & *clamor super montem*; nempè Samariæ, vel & *ad montem proclamans*, vel & *vociferationis ad montana*, vel *ut fragor in montibus reboet*. Lxx. πλανῶνται ἐπὶ τὰ ὄρη *errant super montes*; quomodo legerint, non vidi qui doceat. Sunt & alia in hoc versu, quæ Lxx. aliter legerunt quàm ferunt verba Hebræa; vide & judica. Ezech. 23. v. 23. Ecce ego suscito... Chaldæos præfectos וְשׁוֹעַ & *principes*, & duces. Vulg. Chaldæos nobiles, *tyrannosque*, & principes. Chaldæus paraphrastes vertit tamquam Gentilia nomina, Pecudaitas, *Sovitas*, & *Covitas*. Vat. Lxx. φακὲκ καὶ Σουὲ καὶ Ὑχουὲ, nomina sunt Hebraica nonnihil immutata. Aq. καὶ τύραννον & *tyrannum*, ut Vulg. sed in singulari. Cocc. tamquam Verbum sumpsit, & *vociferando*. R. שָׁוַע *vociferatus est*.

שׁוֹעַ m. in alia significatione, *dives*, *nobilis*, *liberalis*, *prodigus*, *munificus*, *opulentus*, *salutifer*, *salutaris*. Hinc σόω, σώζω, σοάω, διασώζω, id est, *salvo*, *servo*, σωτὴρ *salvator*, Job 34. v. 19. & non est discretus, שׁוֹעַ *liberalis*, ab exhausto. Alii, *opulentus*, vel *munificus*, & non agnoscit (Deus) *munificum*, præ tenui. Cocc. Deus nec ex timore potentum, nec amore munerum & munificorum, jus pervertit. Sap. 6. v. 8. Act. 10. v. 34. Scult. Vulg. nec cognovit *tyrannum*, cum disceptaret contra pauperem. Lxx. οὐδὲ οἶδε τιμὴν θέσθαι ἁδροῖς θαυμασθῆναι πρόσωπα αὐτῶν. Mss. Alex. οὐκ ἔδωκεν δὲ τιμὴν θέσθαι ἀνδρῶν, τοῦ θαυμασθῆναι τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Lxx. *neque novit honorem ponere potentibus*, *admirari facies eorum*. Mss. Alex. non autem concessit (Deus) ut in eo virorum honor ponatur, quòd vultus ipsorum admirationem concitet. Rad. eadem ac vocis præcedentis.

שׁוּעַ QAL, *clamo*, *vociferor*. Quidam faciunt affine Verbis שָׁעָה & יָשַׁע, & exponunt, *vocem exero*, *acclamo* salutis & opis causâ. Merc. unde juxta quosdam,

IMPER. 2. p. plur. m. in forma hhólem, & cum præf. Isai. 29. v. 9. *exclamate* וָשֹׁעוּ & *vociferamini*. Alii, *deliciamini*, & *luxui vos dedite*, vel obcæcamini, & *cæci sitis*, vel reprimite vos, & *sitis repressi*; juxta alios est in præter. Qal 3. p. pl. m. unde nata est aliorum versio: & *clamaverunt*, vel & *vos excæcaverunt* (prophetæ) vel & *cæci manserunt*. Vulg. & *vacillate*. Apud Lxx. vacat. Sym. ἐξαπατήθητε καὶ ἀπατᾶσθε *decipiamini* & *decipiatis*.

PIEL שִׁוַּע, Lxx. βοάω *clamo*, δέομαι *oro*, κράζω *clamo*, στενάζω *gemo*, λαλέω *loquor*. Substant. κραυγὴ *clamor*. Adjectivè, δυνάστης *potens*. Vulg. & alii, *clamo*, *vociferor*, *clamo voce stridulâ*, *acclamo*, *voce querulâ* & *lamentabili strideo*, versis oculis in aliquem pro opitulatione *clamo*, ut solent vociferari qui in aliquâ calamitate constituti sunt, *quiritor*, *imploro*. Hinc σίζω *strideo*, σιγμὸς *stridor*; frequenter construitur cum præpos. אֶל־, Buxt.

PRAET. 1. p. s. c. Jon. 2. v. 3. שִׁוַּעְתִּי *clamavi*, audisti vocem meam. Lxx. κραυγῆς μου *clamoris mei*. Sic refert S. Hieron. in Comment. ex Lxx. *de ventre inferi clamoris mei*; velut nomen sumpserunt cum affix. intelligi posset hoc sensu, *clamorem meum audisti*, *qui vox mea est*.

BEN. s. m. Job. 29. v. 12. quia liberabam pauperem מְשַׁוֵּעַ *vociferantem*. Vulg. eò quòd liberassem pauperem *vociferantem*. Lxx. διέσωσα γὰρ πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου *liberavi enim pauperem de manu potentis*. Sensum, non verba reddiderunt.

INFIN. cum præf. & affix. בְּשַׁוְּעִי *dum vociferor*, c. וּבְשַׁוְּעוֹ & *dum vociferatur*, m.

FUT. 3. p. s. f. Job. 24. v. 12. & anima vulneratorum תְּשַׁוֵּעַ *vociferabitur*. Vulg. & anima vulneratorum *clamavit*. Lxx. ψυχὴ δὲ νηπίων ἐστέναξε μέγα *anima autem infirmorum ingemuit multùm*. Anima, hîc est, vel 1°. sanguis qui ad cœlum clamat, & Deum vindicem implorat, Gen. 4. v. 10. Scult. vel 2°. ipsimet clamant, sive spiritus quem efflant. Merc. 2. p. s. m. Isai.

58. v. 9. cum transpositione (-) ordinariè sub gutturali, exclusoque (-), תְּשַׁוַּע *vociferaberis, implorabis, & dicet: Ecce ego.* Vulg. *clamabis, & dicet: Ecce adsum.* Lxx. ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι *te adhuc loquente dicet, ecce adsum.* 1. p. s. c. אֲשַׁוַּע *vociferabor*, vel *vociferor.* Cum præf. וָאֲשַׁוַּע *& vociferor.* Insuper cum ה paragog. Psal. 118. Hebr. 119. v. 147. *prævenio* alios *crepusculo*, וָאֲשַׁוֵּעָה *& clamo*, vel *antevertens in ipso crepusculo* alios omnes, *vociferor.* Vulg. præveni in maturitate, *& clamavi.* Lxx. καὶ ἐκέκραξα *& clamavi.* 3. p. plur. m. יְשַׁוְּעוּ *vociferabuntur*, & in pausa cum (-) loco (·), Job. 38. v. 41. יְשַׁוֵּעוּ *vociferantur.*

HIPHIL הֵשִׁיעַ, quidam formant inde hanc conjugationem. Vulg. & alii, *claudo, illino, oblino, incrusto, obstruo, obturo, restringo, reprimo, præstringo.*

IMPER. 2. p. s. m. Isai. 6. v. 10. in forma (-) absque (י), וְעֵינָיו הָשַׁע *& oculos ejus illinito ne forte videat oculis suis.* Vulg. *& oculos ejus claude.* Targum similiter, טְמַטֵם *claude.* R. Salom. & A. E. *lini*, aut *complana*, à שָׁעָה, vel שׁוּעַ. Et Targum, Levit. 14. v. 42. pro וְטָח *& liniet, complanabit*, seu *incrustabit* domum; habet וִישׁוּעַ. Alii, *& oculos ejus obscurato*, vel *oculique ejus fac conniveant*, id est, quemadmodum qui tonitru gravissimè percelluntur, eorum auditus & visus hebetatur: ita in dies isti obstupefiant, intonante verbo meo. Jun. Lxx. καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν *& oculos suos clauserunt.* Sym. ἔμυσεν *clausit.* Lxx. imperativa verterunt per præteritum, juxta quos etiam in præterito Christus, Matth. 13. v. 15. & Paulus hoc testimonium adducit, Act. 28. v. 27. *incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt, nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.* Psal. 38. in Hebr. 39. v. 14. alium habet sensum, הָשַׁע מִמֶּנִּי וְאַבְלִיגָה *cessa à me & roborabor, antequam vadam & non sim* Alii, *desine, declina, recede, deflecte*; quidam, averte oculos neque semper sis oculatus in meâ vitâ judicandâ, remitte aliquid de summo jure propter probabiles rationes. Vat. Vulg. *remitte mihi ut refrigerer.* Lxx. item, ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω. Targum, אִשְׁלִי *desine à me.* R. Sal. *cessare fac* manus tuas *à me.* A. E. à שָׁעָה: & debuerat esse sicut הֶרֶף à רָפָה; sed mutata sunt puncta propter litteram gutturalem. Pag. Sym. ἀπόσχου μου ἵνα μειδιάσω. Schol. ἄφες, συγχώρησον, ἀνάπαυσον. Sym. *abstine à me ut rideam.* Schol. *dimitte, concede, requiescere fac.* Hieronym. *parce mihi ut rideam.* Colbert. σχηρῶς scriptus, ἀπόσχου μου. Alii, *libera me, relaxa me, respice* aliorsum, *à me*; ne ampliùs validos eos manùs tuæ iratæ conflictus continuando, me penitùs consumas. Gej.

שׁוּעַ Mass. *Schoúa*, Vulg. *Sué*, nomen proprium patris uxoris Judæ filii Jacob, Gen. 38. vv. 2. & 12. Etym. *clamans*, ex שׁוּעַ *clamavit*; vel *salvans*, ex יָשַׁע *salvum fecit*; vel *potens, magnificus*, ex שׁוֹעַ idem significante; vel *respiciens*, à שָׁעָה *respexit.*

שׁוּעַ m. Vulg. Verbaliter, *salvabis.* Alii, *vociferatio, clamor, imploratio, quiritatio, clamor*, scilicet ejus qui in summo discrimine opem implorat, *opes, divitiæ, existimatio, dignitas, substantia*, Job. 30. v. 24. אִם־בְּפִידוֹ לָהֶן שׁוּעַ *etiamsi in contritione ejus* (Dei scilicet tempore calamitatis sit) *illis* (nempè viventibus quorum jam meminerat, vel *hominibus*, vel ut A. E. *animabus*) *clamor.* Merc. P. Mo. id est, etsi clament, vel quantumvis precentur, cùm illis plagam suam immittit, ut eos perimat, id tamen eos non liberabit à morte. Merc. Sim. V. Alii interrogativè exponunt: *num in plaga ejus erit illis clamor? aut clamant aliqui post obitum suum?* Al. *profectò in plaga ejus, est ipsis salus.* Vulg. *& si corruerint, ipse salvabis.* Lxx. εἰ δυναίμην γε ἐμαυτὸν, καὶ ποιήσει μοι τοῦτο *aut rogarem alium & faceret mihi hoc*, id est, me interficeret. Vide Synops. Criticor. Al. *si imploratio est propter calamitatem ejus*, quæ scilicet *ipsis* eveniat; totum hunc versum satis intricatum sic reddit Vat. *profectò non in tumulum* (Deus) *mittet ma-*

num, etiam *si in contritione illius* fuerit *eis clamor*; vult dicere, inquit, constituta est cuique hominum vitæ periodus, quam nullâ prece, vel clamore possit avertere. Cum affix. Job. 36. v. 19. הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ *numquid æstimabit* (Deus) *nobilitatem tuam?* Alii, *divitias tuas? num æstimabit clamorem tuum? existimationem tuam? locum tuum, gradum tuum, dignitatem tuam?* Vulg. *depone magnitudinem tuam.* Lxx. μή σε ἐκκλινάτω ἑκὼν ὁ νοῦς δεήσεως, & jungentes לֹא בְצָר *ne avertat voluntaria mens à prece infirmorum, cùm in necessitate fuerint;* quomodo legerint, qui dilucidè exponeret, nancisci vellem. Rad. שׁוע *clamavit, vociferatus est.*

שׁוּעָא Mass. *Schouvuâ*, Vulg. *Suaâ*, nomen proprium filiæ Heber, filii Bariæ, 1. Paral. 7. v. 32. Etym. eadem ac vocis suprà relatæ, nempè שׁוע. Calas. mendosè ex vitio typographorum dicit esse nomen filii Heber.

שַׁוְעָה f. idem cum שֶׁוַע, jam relato. Vulg. & alii, *clamor, vociferatio, imploratio, quiritatio, stridor, acclamatio*, quæ fit voce stridulâ. Lxx. βοή *clamor*. βοήθεια *auxilium*, δέησις *precatio*, κραυγή *clamor*. Construct. שַׁוְעַת *vociferatio*. Cum affix. שַׁוְעָתִי *vociferatio mea*, c. שַׁוְעָתָם *vociferatio ipsorum*. Cum præf. & affix. וְשַׁוְעָתִי & *vociferatio mea*, c. לְשַׁוְעָתִי *ad vociferationem meam*, c. R. שׁוע *clamavit, vociferatus est.*

שׁוּעָל m. *vulpes*. Hoc animal vafrum & solitudinis amans uvis delectatur, incedit retrorsum & obliquè. Vide Bochartum de vulpe doctè differentem. Lxx. ἀλώπηξ. Bochartus à tussi dictam putat. Plur. sub duplici forma, שֻׁעָלִים, & שׁוּעָלִים, *vulpes*. Cum præf. Ezech. 13. v. 4. כְּשֻׁעָלִים *quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israël erant.* Lxx. ὡς ἀλώπεκες ἐν ταῖς ἐρήμοις οἱ προφῆταί σου Ἰσραὴλ *quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israël.* Sym. ἐν ἐρειπίοις *in ruderibus*; in locis desertis vulpes regnant. Calv. ita isti prophetæ liberrimè divagantur, & omnia agunt, ferunt, rapiunt arbitratu suo. Jun. Rad. שׁעל inusit.

שׁוּעָל Mass. *Schouvâl*, Vulg. *Suâl*, nomen proprium 1°. filii Supha, filii Helem, 1. Paral. 7. v. 36. 2°. regionis, 1. Reg. 13. v. 17. ubi mendosè in quibusdam codicibus, legitur *Saul*. Etym. *vulpes*, ex שׁוּעָל *vulpes*; vel *pugnus*, aut *pugillus*, ex שֹׁעַל, idem significante.

שׁוּף QAL. Lxx. ἐκτρίβω *contero*, καταπατέω *conculco*. Sym. ἐπισκιάζω *obtego*. Incertus, καλύπτω *occulto*. Lxx. τηρέω *servo*. Vulg. & alii, *contero, tero, comminuo, occulto, obscuro, afflatu obruo, quatio, concutio, contero quatiendo*; & propriè dicitur de serpente, qui suo afflatu præmisso mordet & lædit. Hinc σείω *quatio, expello*, σείομαι *consternor*. Av. est cognatum cum נָשַׁף *flavit*, & שָׁפַף *afflavit serpentino sibilo*.

FUT. 3. p. f. m. cum affix. Job. 9. v. 17. אֲשֶׁר־בִּשְׂעָרָה יְשׁוּפֵנִי *quis turbine conteret me*, c. vel *qui horrore quatiet*, id est, *consternabit me, qui in turbine atteret me.* Vulg. *in turbine enim conteret me.* Lxx. μὴ γνόφῳ με ἐκτρίψῃ *ne caligine me conterat.* S. Aug. *ne forte in turbine me conterat.* Vat. *contrivit me*, id est, impetu afflictionum, quasi turbine rotavit me. Psal. 138. Hebr. 139. v. 11. *verumtamen tenebræ* יְשׁוּפֵנִי *obscurabunt me*, c. seu *occultabunt me*, à נֶשֶׁף, quod est *crepusculum, nox, tenebræ*; quamvis enim duæ sint radices, eadem tamen est significatio. Pagn. ut מוּל & נָמַל, *circumcidere*, & aliæ ejusmodi. Merc. Al. *utique tenebræ occultarent me, velut crepusculo obvolvent me.* Vulg. *forsitan tenebræ conculcabunt me.* Lxx. ἄρα σκότος καταπατήσει με, ut Vulg. al. καλύψει με. Sym. ἴσως σκότος ἐπισκεπάσει με, al. *operient me.* Sym. *forsitan tenebræ obtegent me.* Iterùm 3. p. f. m. cum affix. & 2. p. f. m. item cum affix. Gen. 3. v. 15. הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב *ipsum*, scilicet semen, *conteret tibi caput*, vel *te in capite*, & *tu conteres illi calcaneum.* Merc. Vulg. *ipsa* (mulier) *conteret caput tuum*, & *tu insidiaberis calcaneo ejus.* Vide Glassium & Gorgonum Jesuitam de versione Vulg. differentes, pag. 1415. & seq. in philologiâ sacrâ Salomo-

nis Glassii. Lxx. *αὐτός*, al. *αὐτό σε τηρήσει κεφαλὴν καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν ipse*, vel potius *ipsum* semen; (probabile est Lxx. habuisse *αὐτό*, aut attendisse magis ad sensum, quàm ad Grammaticam exactam, si *αὐτός* exscripsere) *servabit caput tuum: & tu servabis ejus calcaneum.* S. Aug. & cæteri ferè patres, *ipsa servabit*; ita Latini veteres, & Græci codices, *τηρήσει*, & paulo post, *τηρήσεις*, quamvis in Complut. editione sit *τειρήσει conteret*, & *τειρήσεις conteres.* Nobilius. Targum, *ipsa erit observans tibi illud quod fecisti à principio; & tu eris observans ei in fine.* A. E. *ipsum percutiet te in capite, & tu percuties* (id) *in calcaneo*, id est, in pede. R. Sal. *contundet te in capite & tu*, &c. non erit tibi statio & erectio, & mordebis illum in calcaneo ejus, & etiam inde interimes eum. Kimhhi. לְשׁוֹן מַכָּה וּכְתִיתָה *notat percussionem & contusionem*; sensus dicti: ille te *καταπατήσει*, & omni potestate privabit, ita tamen ut patiatur propter peccatum, & potestatem quam tu per seductionem, & vim legis consecutus es in hominem. Cocc. multò gravius in Ecclesia per Christum accipies damnum, quàm sis allaturus: nam Christus semen mulieris, Dominus gloriæ, te *contriturus est sub pedibus suorum velociter*; Rom. 16. v. 20. Jun.

שׁוֹפַךְ Mass. *Schophákh*, Vulg. *Sophach*, nom. proprium principis militiæ Regis Adar-Ezer, 1. Paral. 19. v. 16. Etym. *effundens*, vel *effusus*, à שָׁפַךְ *effudit*; vel *contrivit te*, ex שׁוּף *contrivit*, & affix. 2. p. f. f.

שׁוּפָמִי Mass. *Schoúphamí*, Vulg. *Suphamitæ*, nomen patronymicum à Supham familia Suphamitarum, Num. 26. v. 39. Etym. *conterens eos*, ex שׁוּף *contrivit*, & aff. 3. p. plur. m. vel *quis contrivit*, ex שׁוּף, & interrogativ. מִי *quis?*

שׁוֹפָן Mass. *Schophán*, Vulg. *Sopham*, nomen proprium civitatis possessæ à filiis Gad, Num. 32. v. 35. Etym. *cuniculus*, vel *mus montanus*, ex שָׁפָן, id significante; aut *conterens eas*, ex שׁוּף *contrivit*, & affix. 3. p. plur. f.

שׁוֹפָר m. *buccina, tuba, tuba cornea*, communiter exponitur. Lxx. *σάλπιγξ tuba, κερατίνη buccina.* Cum ב præf. & cum pl. *ἐντόνως intensè*; tubæ clangor clarè in aërem expanditur, & diffunditur, formatus cum impressione spiritûs & manuum, ut ex verbo תָּקַע *clango* adjuncto apparet; forsan à vocis pulchritudine & perspicuitate dicta est, ut nos, *Clairons*, vocamus Gallicè, Merc. Tuba est instrumentum incurvum ex aëre argentove, Av. שׁוֹפָר & שֹׁפָר, *tuba.* Cum præf. הַשּׁוֹפָר & הַשֹּׁפָר, *tuba*, בְּשׁוֹפָר *tubâ*, בַּשּׁוֹפָר *buccinâ*, כַּשּׁוֹפָר *tamquam buccinâ.* Constr. שׁוֹפַר, mutato (ָ) in (ַ). Plur. f. שׁוֹפָרוֹת *buccinas.* Cum præf. הַשּׁוֹפָרוֹת *buccinæ*, בַּשּׁוֹפָרוֹת *buccinis*, וּבַשּׁוֹפָרוֹת *& buccinis.* Plur. f. constr. שׁוֹפְרוֹת *buccinæ.* Cum affix. שׁוֹפְרֹתֵיהֶם *buccinas suas*, m. R. שָׁפַר *pulchrum, elegans, decorum fuit.*

שׁוֹק f. Vulg. & alii, *armus, coxa, crus*; ab excurrendo à coxendice ad talos usque. Av. *sura, tibia.* Lxx. *βραχίων brachium, κνήμη tibia, κωλέα & κωλέαι, armus, σκέλος crus.* Cum præf. 1. Reg. 9. v. 24. & elevavit coquus אֶת־הַשּׁוֹק וְהֶעָלֶיהָ *coxam, & quod* (erat) *super illam*: id est, & femur quod erat super coxam. Al. *crus & quod ei adjunctum*; nempe femur. Al. *cùmque deprompsisset coquus armum quemdam, & quæ hærebant ei.* Vulg. *levavit autem cocus armum.* Lxx. *καὶ ἥψησεν ὁ μάγειρος τὴν κωλέαν & coxerat coquus armum.* Aq. & reliqui, *τὴν κνήμην crus*, sive *tibiam*; in signum honoris armus Sauli de industriâ servatus est; pertinebat ad Præsidem convivii more prisco partes distribuere, & honoratissimis, vel clarissimis partes optimas tribuere. San. וּכְשׁוֹק *& sicut armus.* In forma duali, שֹׁקַיִם *crura*; cum ה demonstrat. injiciente daghésch in ש, הַשֹּׁקַיִם *crura.* Plur. construct. cum præfix. בְּשׁוֹקֵי *in cruribus, in tibiis* viri. Cum affix. שׁוֹקָיו *crura ejus*, m. ab hoc nomine quidam deducunt

HITHPAEL הִשְׁתַּקְשֵׁק *festinanter ambulo, facio me discurrere, cursito*; unde 3. p. plur. m. cum ו parag. Nah. 2. v. 5. in vicis insanient currus בָּרְחֹבוֹת יִשְׁתַּקְשְׁקוּן *dis-*

current in foris, vel *festinanter ambulabunt per plateas*, vel *allident sese per plateas*; à שׂוּק deductum est verbum, quod in ambulando festinanter, coxæ moveantur, aut sese percutiant, inquit R. D. R. Jonah, *percutient coxam ad coxam*, quod sequitur A. E. Vulg. v. 4. *quadrigæ collisæ sunt in plateis.* Vat. *in plateis insanient* ascensores *curruum*, *festinanter ambulabunt*, &c. Al. *audientur sonitus armorum in plateis.* Lxx. ϗ συμπλακήσονται ἐν ταῖς πλατείαις & *collidentur in plateis* (currus). R. שׂוּק in Poël, *facio excurrere*. Vide שָׁקַק.

שׁוּק, unde POEL, שׁוֹקֵק *desidero*, *concupisco*, *appeto*, *facio excurrere*, *exundare*. Lxx. μεθύω *inebrio*, *ebrium reddo*. Adjectivè, κενὴν, Psal. 106. v. 9.

Ben. f. f. שׁוֹקֵקָה *appetens*, *vacua est anima*, Psal. 106. Hebr. 107. v. 9. Vulg. quia satiavit (Dominus), נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה *animam inanem.* Lxx. ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν, idem. Alii, *animam debilem*; quasi diceres, palpitantem, micantem, σφύζουσαν. σφυγμὸς creber ostendit debilitatem & ardorem, qui est in sanguine, vel *animam appetentem*, potum scilicet, nam prima pars versûs de siti agit, posterior de fame. Quidam שֹׁקֵקָה, sumunt pro 3. p. f. f. præteriti Poël, & referunt ad שָׁקַק.

Fut. 2. p. f. m. cum præf. & affix. Psal. 64. Hebr. 65. v. 10. Vulg. visitasti terram וַתְּשֹׁקְקֶהָ & *inebriasti eam.* Lxx. v. 9. ϗ ἐμέθυσας αὐτήν (γῆν) & *inebriasti eam.* Alii, & *desiderare fecisti eam*, id est, visitasti terram pluviâ: postquàm desiderare fecisti eam, & *irrigasti eam.* R. D. in libro radicum. Similiter vertit R. Sal. deducens, à שָׁקַק referente Pagn. & *desiderium dedisti illi*, ut saturaretur, vel *desiderasti eam*, ut eam satiares; vel, & *fecisti eam excurrere*, id est, *exundare.* Av. *visitas terram & obis eam*: id est, non visitas eam obiter, sed penitùs. Cocc. tamquam à שָׁקַק *discursavit.*

HIPHIL הֵשִׁיק, Vulg. & alii, *redundo*, *exundo*, *enato*, *excurro*, *effluo*, *facio excurrere.* Lxx. ὑπερεκχύνομαι *abundanter effundor*, *redundo*, ὑπερχέομαι *superesfundor*, *redundo.*

Praet. 3. p. plur. m. הֵשִׁיקוּ *redundabunt.* Cum præfix. Joël. 2. v. 24. וְהֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים תִּירוֹשׁ וְיִצְהָר, Vulg. & *redundabunt torcularia vino & oleo.* Lxx. ϗ ὑπερεκχυθήσονται, Alex. & alii, ὑπερεκχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου ϗ ἐλαίου & *redundabunt torcularia vino & oleo.* Alii transitivè accipientes vertunt, & *enatare facient torcularia vinum & oleum*; unde R. David exponit per הֵצִיפוּ *supernatare fecerunt*; vel, & *excurrent*, id est, exundabunt; *abundant*, hoc est, passim redundant & diffluunt. Cocc.

שׁוּק m. Vulg. & alii, *platea*, *vicus*, *forum.* Lxx. γωνία *angulus*, ἀγορὰ *platea*: sic dicta quòd homines illuc concurrant & transcurrant. Per (ו), scribitur hoc sensu & plurale per (ו) mobile effertur, שְׁוָקִים. Cum præf. & daghêsch in שׁ ob ה exclusum, בַּשּׁוּק *in plateâ*, *per vicum.* Plur. similiter cum daghêsch in שׁ ob eamdem causam & (ו) mobile, בַּשְּׁוָקִים *per vicos*, *per plateas.* Rad. שָׁקַק *discurro.* Sunt qui à שׁוּק in Poël, *appeto*, *desidero*, deducunt: unusquisque in suo sensu abundet, nihil moror.

שׁוֹר m. *bos.* Lxx. βοῦς *bos*, μόσχος *vitulus*, ταῦρος *taurus.* Chaldaicè, תּוֹר; unde Græci & Latini acceperunt tauri nomen. Av. sic dictus à terribili, vel torvo visu; aut à formâ conspicuâ & insigni; ut R. Bechai notat, Gen. 2. collectivè, *boves*; ut Gen. 32. v. 6. וַיְהִי־לִי שׁוֹר & *fuerunt mihi boves.* Buxt. עֵגֶל est *vitulus*, פַּר *juvencus*, jam adultior, cùm generat & fructificat, שׁוֹר *taurus*, jam plenè distentus & compactus. Cum præfix. וְשׁוֹר & *bos*, וָשׁוֹר & *bovem*, Jud. 6. v. 4. Cum daghêsch in שׁ, הַשּׁוֹר *bos*; וְהַשּׁוֹר & *bos*, בַּשּׁוֹר *cum bove*, כַּשּׁוֹר *sicut bos*, לַשּׁוֹר *bovi*, מִשּׁוֹר *à bove.* Cum affix. שׁוֹרְךָ, & in pausa, שׁוֹרֶךָ *bos tuus*, m. שׁוֹרוֹ *bos ejus*, vel *suus*, m. Cum præf. & affix. וְשׁוֹרְךָ & *bos tuus*, m. לְשׁוֹרְךָ *bovi tuo*, m. וְשׁוֹרוֹ & *bovem ejus*, m. Plur. m. per (ו) mobile, שְׁוָרִים *boves*, in eadem forma, ac דְּוָדִים *lebetes*, à sing. דּוּד *lebes.* Rad. שׁוּר *munus defero*, &c.

שׁוּר Mass. *Schoûr*, Vulg. *Sur*, mentio fit *Sur*, Gen. 16. v. 7. & 20. v. 1. & 1. Reg. 15.

v. 7. Calasius dicit Syriam dici *Sur*, esseque solitudinis nomen è regione Ægypti, quæ & Etham dicitur. Urbem esse שׁוּר, asserunt quidam in Synopsi Critic. & sic vocatam ab eventu, quia ibi Deus Agar ejectam à Sara vidit. Etym. שׁוּר *contemplatus est*, vel *murus*, à שׁוּר id significante, quando ut nomen sumitur.

שׁוּר QAL, *cano*, *canto*, *concino*. Lxx. ᾄδω *cano*, ὑμνέω *carmine laudo*; *aspicio*, *intendo oculos*, seu *aciem oculorum*, *procurro ad observandum*, *observo*, *cerno*, *contemplor*, *intueor*, *inspicio*, *prospicio*, *respicio*. Lxx. ὄπτομαι *video*, θεατὴς εἰμι *spectator sum*, περιβλέπω *circumspicio*, προνοέω *prænosco*, προσνοέω *adverto*, καταμανθάνω *considero*, *intueor*, ἀπομέμφομαι αὐτὸς ἑαυτῷ *me ipsum accuso*; in alio sensu, שׁוּר *porrectis brachiis offero*, seu *defero munera*, *procurro ad porrigendum munus*, *eo*, *tendo*.

וְתָשׁוֹחַ. Vulg. *& tabescet in me anima mea;* videtur legisse וְתִשַּׁח, vel potius וְתִשְׁחַח. Lxx. καὶ καταδολεσχήσει ἐπ' ἐμὲ ἡ ψυχή μου *& recolet super me anima mea*, vel *exercebitur in me anima mea.* Sym. in Hexaplis, ἑαυτῇ προσλαλήσει *seipsam alloquetur.* Lxx. & Sym. videntur legisse per ט, שׂוּחַ à וְתָשִׂיחַ, *meditor, eloquor.* Alii, *& humiliat se in me anima mea*, vel *& incurvabatur*, vel *incurvabitur*, &c. Ca. memoriâ repeto, *& animo meo meditor.* 3. p. plur. m. Job. 38. v. 40. olim 39. v. 2. כִּי־יָשֹׁחוּ בַמְּעוֹנוֹת. Vulg. *quando cubant in antris* (leunculi). Lxx. δεδοίκασι γὰρ ἐν κοίταις αὐτῶν *timuerunt enim in cubilibus suis.* Alii, *quando jacent*, vel *decumbunt*, vel *incurvantur*, vel *deprimunt se in lustris*, vel *habitaculis*, vel *speluncis;* gestum & habitum leonum insidiantium describit, *demittunt se*, &c. Merc. Cum præfix. Psal. 106. Hebr. 107. v. 39. וַיָּשֹׁחוּ. Vulg. *& vexati sunt.* Lxx. καὶ ἐκακώθησαν *& vexati sunt.* Sym. καὶ κατεφθάρησαν *& corrupti sunt.* Lxx. & Sym. videntur legisse וַיִּשָּׁחֲתוּ vel וַיְשַׁחֲתוּ, à שָׁחַת *corrumpo*, in Piël. Alii, *& incurvantur.*

NIPHAL נָשַׁח, significatione τοῦ Qal, *incurvor, deprimor*, &c.

FUT. 3. p. f. m. cum præf. Isai. 2. v. 9. וַיִּשַּׁח אָדָם. Vulg. *& incurvavit se homo.* Lxx. καὶ ἔκυψεν ἄνθρωπος *& procubuit homo.* Al. *& deprimit se homo.* 3. p. f. f. Isai. 29. v. 4. וּמֵעָפָר תִּשַּׁח אִמְרָתֵךְ. Vulg. *& de humo audietur eloquium tuum*, f. Lxx. καὶ εἰς τὴν γῆν οἱ λόγοι σου δύσονται *& in terram intrabunt verba tua.* Vulg. videtur legisse תִּשָּׁמַע. Sym. καὶ ὑπὸ γῆν ἐδαφισθήσεται ἡ λαλιά σου *& sub terrâ prosternetur loquela tua.* Alii, *& è pulvere humile erit eloquium tuum*, vel *mussitabit*, vel *humiliter egredietur sermo tuus;* metu telorum hostilium occultabunt se cives tui in cryptis & locis subterraneis. Grot. 3. p. plur. m. cum præfix. Ecclesi. 12. v. 4. וְיִשַּׁחוּ כָּל־בְּנוֹת הַשִּׁיר *& obsurdescent omnes filiæ carminis.* Lxx. καὶ ταπεινωθήσονται πᾶσαι αἱ θυγατέρες τοῦ ᾄσματος *& humiliabuntur omnes filiæ cantici.* Aq. καὶ κλιθήσονται πάντα τὰ τῆς ᾠδῆς *& jacebunt omnia quæ sunt cantici.* Alii, *& incurvabuntur omnes filiæ cantici*, id est, omnia instrumenta musica. Av. vel *& submissè sunt omnes filiæ cantûs*, id est, cum vocalissimæ virgines ipsi videntur submissè loqui, aut canere. Cocc. vel *deprimenturque omnia canora;* hîc verbum est masculinum cum nomine feminino, illud non utique rarum est in Hebræi textûs locis quibusdam. Quidam periphrasticè denotari aures hominis putant, (per *omnes filias cantici*) in quibus recipitur, & auditur cantionum sonus, notante Salomone Glassio, p. 662. in Philologiâ sacrâ.

HIPHIL הֵשַׁח *deprimo, incurvo, facio succumbere;* unde FUT. 3. p. f. m. cum affix. יַשְׁחֶנּוּ *humiliabit illum* (pavorem), vel *dejiciet illum.* Vide sup. HIPHIL τοῦ שָׁחָה.

HITHPOEL הִשְׁתּוֹחַח vel הִשְׁתּוֹחֵחַ. Vulg. & alii, *tristis sum, dejicio me, humilio me, incurvo me, deprimo me.*

FUT. 3. p. f. f. cum (-) ob pausam, תִּשְׁתּוֹחָח *humiliabit se*, vel *deprimit se.* 2. p. f. f. Psal. 41. Hebr. 42. v. 6. מַה־תִּשְׁתּוֹחֲחִי נַפְשִׁי. Vulg. *quare tristis es, anima mea?* Lxx. v. 5. ἱνατί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; Aq. τί κατακύπτεις; Sym. τί κατατήκῃ; Aq. *quare inclinas te deorsum?* Sym. *quare contabescis, maceraris?* Alii, *cur dejiceris*, vel *dejicis te*, vel *deprimis te*, vel *consternaris, anima mea?* hoc est, quare non bono & erecto animo sum? Cocc.

שחט QAL. Lxx. ἀγρεύω *capio*, θύω *sacrifico*, καταστρωννύω *prosterno*, σφάττω, σφάζω *macto*, τιτρώσκω *vulnero.* Vulg. & alii, *immolo, macto, jugulo, occido, expando.* Cognatum cum שָׁטַח *expando*, nam pecora à Judæis mactantur expansa, ut sanguis largiùs effluat. Hinc per metathesin, σφάζω *sacrifico*, θύω *macto*, pecus ad sacrificandum. Av.

PRAET. 3. p. f. m. שָׁחַט *jugulavit.* Cum præf. וְשָׁחַט *& jugulabit.* Cum præf. & aff. Lev. 3. v. 2. וּשְׁחָטוֹ. Vulg. *quæ immolabitur* (victima). O. καὶ σφάξει αὐτὸ (δῶρον), *& mactabit illud* (donum). 2. p. f. m. cum præf. Exod. 29. v. 11. וְשָׁחַטְתָּ אֶת־הַפָּר. Vulg. *& mactabis eum* (vitulum). Lxx. καὶ σφά-

ζεις τὸν μόσχον & *mactabis vitulum*. 3. p. pl. m. cum (ְ) pro simplici (ְ) sub gutturali, שָׁחֲטוּ *jugularunt*. Cum præf. וְשָׁחֲטוּ & *jugulabunt*. 2. p. plur. m. cum præf. וּשְׁחַטְתֶּם & *mactate*.

Ben. f. m. שׁוֹחֵט *mactans*. Plur. m. constr. שֹׁחֲטֵי *jugulantes*.

Paoul f. m. שָׁחוּט *ductum, tractum*. Sing. fem. cum præf. sub duplici formâ, הַשְׁחֻטָה & הַשְּׁחוּטָה *jugulata*.

Infin. cum præf. וְשָׁחֹט & *jugulando*, לִשְׁחֹט & לִשְׁחוֹט, *ad jugulandum*. Cum ה parag. in fine juxta quosdam & præf. Osee 5. v. 2. וְשַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ. Vulg. tamquam nomen accipiens quod & alii faciunt: & *victimas declinastis in profundum* (al. cum ס, שֵׂטִים). O. ὃ οἱ ἀγρεύοντες τὴν θήραν κατέπηξαν *quod, qui capiunt venationem, confixerunt*; referunt, *quod*, ad *rete*, δίκτυον, quomodo legerint, dicat qui potest; id notatum reperio à Ludovico Cappello Criticæ Sacræ, p. 329. qui sic vertit, hunc textum: *defectores jugulationem occultarunt profundè*, hoc est, callidè jugulant ne deprehendi & convinci possint. Targum; *victimas idolis mactant plurimas*; videtur legisse לְשֵׁדִים pro שֵׂטִים, nam שֵׁדִים sunt *dæmones*, qui in idolis colebantur; (fortè est expositio Targumistæ, non versio). Alii, *in profundum abierunt mactando*, vel & *mactare declinantes profundarunt*. Vide Synopsin Criticorum. Cum præf. & affix. וּבְשַׁחֲטָם & *in jugulare eos*, id est, & *dum jugulant* (filios suos).

Imper. 2. p. plur. m. cum præf. וְשַׁחֲטוּ & *mactate*.

Fut. 3. p. f. m. יִשְׁחַט, & in pausa, יִשְׁחָט *jugulabit*. Cum præf. וַיִּשְׁחַט, & in pausa, וַיִּשְׁחָט & *jugulavit*. Cum præfix. & affix. וַיִּשְׁחָטֵהוּ & *jugulavit eum*, וַיִּשְׁחָטֵם & *jugulavit eos*. 2. p. f. m. תִּשְׁחַט *jugulabis*. 2. p. f. f. cum præf. וַתִּשְׁחֲטִי & *jugulasti*. 3. p. pl. m. יִשְׁחֲטוּ, & in pausâ, יִשְׁחָטוּ *jugulabunt*. Cum præf. וַיִּשְׁחֲטוּ & *jugularunt*. Cum præf. & affix. וַיִּשְׁחָטוּהוּ & *jugulârunt eum*, וַיִּשְׁחָטוּם & *jugularunt eos*. 2. p. plur. m. תִּשְׁחֲטוּ *jugulabitis*.

NIPHAL נִשְׁחַט *jugulor, mactor, immolor*, &c.

Fut. 3. p. f. m. Num. 11. v. 22. הֲצֹאן וּבָקָר יִשָּׁחֵט לָהֶם. Vulg. *numquid ovium & boum multitudo cædetur*, ut possit sufficere ad cibum? Lxx. μὴ πρόβατα καὶ βόες σφαγήσονται αὐτοῖς; *Numquid oves & boves mactabuntur ipsis*? 3. p. f. f. תִּשָּׁחֵט *jugulabitur, immolabitur*.

שחט QAL. Vulg. & alii, *exprimo*. O. ἐκθλίβω *elido*; unde

Fut. 1. p. f. c. cum præf. Gen. 40. v. 11. וָאֶשְׂחַט אֹתָם אֶל־כּוֹס פַּרְעֹה. Vulg. & *expressi eas* (nempe uvas) *in calicem quem tenebam*. Lxx. καὶ ἐξέθλιψα, &c. & *elisi*, &c. Al. & *exprimebam eas in calicem Pharaonis*; fortè à שָׂחַט derivatur latina vox *succus*, & Gall. *écacher*, Ludov. Thomassin.

שְׁחִטָה f. *mactatio*, juxta quosdam, vide supra ad infinitivum, שַׁחֲטָה, unde derivatur, ubi de hac voce actum est, tamquam infinitivo, aut tamquam nomine.

שְׁחִיטָה f. *jugulatio, mactatio*. In formâ constructa, 2. Paral. 30. v. 17. הַלְוִיִּם עַל־שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים. Vulg. Verbaliter expressit: & *idcirco immolarent Levitæ Phase*, his qui non occurrerant sanctificari Domino. Lxx. καὶ οἱ Λευῖται ἦσαν τοῦ θύειν τὸ φασὲκ & *Levitæ erant* (id est, dabant operam), *ut immolarent Pascha*. Alii, & *Levitæ insistebant mactationi Paschæ*, vel *dabant operam mactationi agnorum Paschalium*. Cocc. quæ tamen mactatio alioquin ad Sacerdotes pertinebat, ut observatum est Lev. 1. v. 5. Jun. Rad. שָׁחַט *macto, jugulo*.

שְׁחִין m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἕλκος *ulcus*. Incertus, ἐλέφας *elephantiasis* genus morbi, Job. 2. v. 7. Aq. ἐξανθήματα *eruptio*, Levit. 13. v. 19. Alii & Vulg. *ulcus, inflammatio, apostema*; cognatum cum נָחָשׁ *serpens*: nam ex morsu serpentis generantur apostemata in corporibus læsorum. Av. Cum præfix. בִּשְׁחִין & בַּשְּׁחִין *ulcus*, בִּשְׁחִין *ulcere*, לִשְׁחִין *in ulcus*. R. שָׁחַן inusit. vel Rabbinica vox חָמַם *calesco, calefio*; dicunt autem שְׁחִין, ut exprimant *calorem*, vel *æstum*.

שָׁחִיס m. *sponte nascens*: sive ut R. D. scribit, quod pullulat & germinat à radicibus

feminis; *non satum*, idem quod 4. Reg. 19. v. 29. סָחִישׁ, seges nascens ex semine decidui, ubi vides solam esse transpositionem שׁ & ס. Hinc latinè, *seges*; & Græcè, σάχυς interposito ח. Av. 4. Reg. 19. v. 29. vertunt Lxx. סָחִישׁ, τὰ ἀνατέλλοντα C. αὐτόματα *quæ exoriuntur*, C. *quæ sponte veniunt*. Vulg. *quæ sponte nascuntur*. At Isai. 37. v. 30. שָׁחִיס. Lxx. vertunt, τὸ καταλειμμα *reliquias*. Aq. & Theod. αὐτοφυῆ *sponte nata*. Sym. ἀπὸ δένδρων *de arboribus*. Vulg. *pomis vescere*; unde apparet quòd intellexerint aliquod esse discrimen duas inter has voces. Rad. שָׁחַס inusit.

שְׂחִיף m. Vulg. & alii, *stratum*, *tectorium*, *operimentum*; quædam exemplaria per שׁ efferunt, שְׁחִיף; apud Rabbinos hoc verbum שָׁחַף, est *avellere*, *decorticare*, & forsan inde sumptum est שְׁחִיף, inquit Kimhhi, quasi dicas *lignum decorticatum* & compositum, seu aptatum, seu *limen ligno stratum*, ex ligno aptato factum. Merc. Ezech. 41. v. 16. נֶגֶד הַסַּף שְׂחִיף עֵץ *contra uniuscujusque limen; stratumque lignum*. Lxx. hîc intricati sunt, & aliter legisse intelliguntur ex additamentis quibusdam in hoc versu obscuro & ratione materiæ & ratione præsertim vocis שְׂחִיף ibi tantummodo insumpræ. Vatabl *contra postem opertum ligneis* tabulis. Al. *è regione postis operti ligno*, vel *tectorium ligneum*. Ex contextu patet notio; fortè à tenuitate dicitur, quasi diceres, *tenue lignum*. Cocc. Rad. שָׂחַף Rabbinis, *avello*, *decortico*, & verisimiliter est Peïl.

שְׁחִית f. *fovea*, *fossa*, quasi locus depressus, unde τὸ שְׁחִיתָה, f. cum præf. & affix. forma pluralis femin. Thren. 4. v. 20. נִלְכַּד בִּשְׁחִיתוֹתָם. Vulg. Christus Dominus *captus est in peccatis nostris*. Lxx. συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν. Dion. Alex. in responsionibus ad quæsita Pauli Samosateni legit, διαβολαῖς ἡμῶν. Lxx. *comprehensus est in corruptionibus eorum*; deducebant à שָׁחַת in Piël, *corrumpo*. Dion. Alex. lectionem Nobilius vertit, *calumniis nostris*, tunc scribendum esset διαβολαῖς, veterem, *in deliberationibus nostris*. S. Ambros. *in interitu nostro*. Alii, *in foveis*, vel *retibus eorum*. Psal. 106. Hebr. 107. v. 20. וִימַלֵּט מִשְּׁחִיתוֹתָם. Lxx. καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν *& eripuit eos de corruptionibus ipsorum*. Vulg. *de interitionibus eorum*. Alii, *de retibus*, seu *foveis*, seu *sepulchris eorum*. Rad. שָׁחַח *deprimor*, &c. Alii, שָׁחַת, ut dictum est, assignant.

שְׁחִיתָה Chald. ex forma Peïl, f. *corruptum*, *pravum*, unde Dan. 2. v. 9. cum præfix. וּשְׁחִיתָה. Vulg. *& deceptione plenam* (interpretationem composueritis). Lxx. καὶ διεφθαρμένον (ῥῆμα) *corruptum* (verbum). Alii, *& cum scelere conjunctum* (sermonem proposueritis dicere). Rad. שְׁחַת inusit. Apud Rabbinos invenies שְׁחַת *corrumpor*, *perdor*; & in Hebr. שָׁחַת in Piël, *corrumpo*.

שַׁחַל vel שָׁחָל, m. *leo ferox*, vel *immanis*, mediæ ætatis. Buxt. *leopardus*; animal ex leone & pantherâ natum, vel potiùs, ex pardo & leæna, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus, sed jubis caret; Rabbini tantùm pro leone accipiunt; est autem animal ferox, & sævissimum in laniandis prædis, & discerpendis tam animalibus, quàm hominibus. Hinc συλάω, συλῶ *prædor*, & per metath. λις, λίων *leo*. Av. O. ἀσπὶς *aspis*, λέαινα *leæna*, λέων *leo*, πάνθηρ *panthera*. שַׁחַל *leo ferox*. In pausâ cum (ׇ), שָׁחַל *leo ferox*. Cum præf. Osee 5. v. 14. כַּשַּׁחַל *sicut leo ferox*. Sym. ὡς ὁρμὴ λεαίνης *quasi irruptio leænæ*. Theod. ὡς λὶς *quasi leo*. Aq. ὡς λέαινα *quasi leæna*. Vulg. *quasi leæna*. Alii, *quasi panthera*.

שְׁחֵלֶת f. *onyx*, species aromatis quæ ad suffitum adhibebatur, *unguis*, sive *onyx aromaticus*, *ungula aromatica*. Cum præfix. Exod. 30. v. 34. וּשְׁחֵלֶת. Vulg. *& onycha* (sume tibi). Lxx. ὄνυχα *onycha*. Alii, *& ungulam*, vel *& onycham*, vel *& onychem*; quid sit onyx, docet Bochartus; est unum ex quatuor aromatibus, ex quibus factum fuit sacrum thymiama. Hebræis omnibus שְׁחֵלֶת est *onyx*, sive *unguis odoratus* & Sirachidi etiam. Vide Hieron. lib. 5. p. 803,

& ſeq. Rad. nomen præced. שָׁחַל cum ת heemantico.

שַׁחַף m. Vulg. & alii, *larus* avis immunda, *æſalon* accipitris ſpecies, *fulica*; *larus* autem eſt avis parva & nigra habitans juxta aquas: & tam in aquâ quàm in terrâ degit, quæ & *fulica* appellatur. Pag. *cuculus*, qui laborat ſcabie & tuberibus. Lxx. λάρος *larus*, avis impura. Cum præf. & (·) ob pauſam, הַשָּׁחַף *larus*. Rad. שָׁחַף inuſit.

שַׁחֶפֶת f. *tabes*, *phthiſis*, infirmitas corpus attenuans, *prominentia*, *tuber*, *tumor*, *tumor ſquameus*, *ſcabies*, quæ corpori inducit materiam ſquamoſam & cohæreſcentem, unde fit putrefactio. Hinc σήπω *putrefacio*. Av. Hoc morbi genus facit corpus tenue & producit puſtulas. R. Salom. Cum præf. Lev. 26. v. 16. וְהִפְקַדְתִּי עֲלֵיכֶם בֶּהָלָה אֶת־הַשַּׁחֶפֶת. Vulg. *viſitabo vos quoque velociter in egeſtate & ardore.* O. καὶ ἐπιστήσω … τήν τε ψώραν *& conſtituam … ſcabiem.* Alii, *& conſtituam ſuper vos terrorem*, *tabem*. בַּשַּׁחֶפֶת *tabe*. Lxx. ἀπορίᾳ *egeſtate*, ut & Vulg. Deut. 28. v. 22. Rad. eadem ac vocis præced.

שַׁחַץ m. Vulg. & alii, *inſtitores*, *ſuperbia*, *fortitudo*, *abactor*, *fera*; *ſævitia*, *ſuperbia deſæviens*, *faſtus abominabilis*. Hinc σκαιὸς *ſiniſter*, *ſævus*, σκαιότης *imperitia*. Av. Kimhhi explicat per גַּאֲוָה *ſuperbia*, vel *ferocia*. Job. 28. v. 8. לֹא־הִדְרִיכֻהוּ בְנֵי־שָׁחַץ לֹא־עָדָה עָלָיו שָׁחַל. Vulg. *non calcaverunt eam* (ſemitam) *filii inſtitorum, nec pertranſivit per eam leæna.* O. καὶ οὐκ ἐπάτησαν αὐτὸν (Alex. & C. αὐτὴν) υἱοὶ ἀλαζόνων, οὐ παρῆλθεν ἐπ' αὐτῆς λέων *& non calcaverunt eum*, *eam* (ſemitam), Alex. & C. *filii ſuperborum*, *non tranſiit ſuper eam leo.* Per *filios ſuperborum* intelligunt Græci magnas beſtias, Hebræi feras truces & immanes. Alii, *non calcant eam filii ſuperbiæ*, *non tranſit per eam leo*, vel *filii ſævitiæ*, *filii feræ*, *juvenes feræ.*

שַׁחֲצִימָה Maſſ. *Schàbhatſimàh*, Vulg. *Seheſima*, nomen proprium civitatis in Tribu Iſſachar, Joſue 19. v. 22. Etym. *ſuperbia maris*, ex שַׁחַץ *ſuperbia*, & יָם *mare*; vel *humiliatio jejunii*, ex שָׁחַח *humilio*, & צוֹם *jejunium*.

שָׁחַק QAL. Lxx. συγκόπτω *contundo*, *contero*, λεαίνω *lævigo*, λεπτύνω *extenuo*. Vulg. & alii, *excavo*, *contundo*, *contero*, *detero*, *attero*, *comminuo*.

Praet. 2. p. ſ. m. cum præf. Exod. 30. v. 36. וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק. Vulg. magis attendens ad ſenſum quàm ad verba: *cumque in tenuiſſimum pulverem univerſa contuderis.* Alii, *& contundes ex eo comminuendo*, vel *minutim*, vel *& contundes ex ea* (compoſitione ſcilicet thymiamatis) *attenuando*. 3. p. plur. c. Job. 14. v. 19. אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם. Vulg. *lapides excavant aquæ.* O. λίθους ἐλέανεν, Alex. ἐλέανεν, ὕδατα *lapides lævigarunt aquæ; ut lapides comminuuntur aquâ.* Vatab.

Fut. 1. p. ſ. c. cum præf. & affix. 2. Sam. Vulg. Reg. 22. v. 43. וְאֶשְׁחָקֵם כַּעֲפַר־אָרֶץ. Vulg. *delebo eos ut pulverem terræ.* O. καὶ ἐλέανα αὐτοὺς ὡς χοῦν γῆς *& lævigavi eos ut pulverem terræ.* Alii, *& contudi eos*, vel *comminui eos*, vel *diſtendi*, *contrivi*, *dilatavi eos ſicut pulverem terræ.*

שָׂחַק QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. γελάω *rideo*. Lxx. Sym. ἐκγελάω *derideo*. Lxx. Sym. ἐμπαίζω *illudo*, *derideo*. Lxx. εὐφραίνομαι *gaudeo*, ἐπιγελάω *irrideo*. Sym. item, ἐπιγελάω. Lxx. καταγελάω *derideo*. Sym. προσγελάω *arrideo*, &c. Vulg. & alii, *ludo*, *rideo*, *hilaris ſum*, *jocor*; in malum, *derideo*, *irrideo*, *illudo*, *ſubſanno*, *contemno*; idem planè quod צָחַק. Conſtruitur cum præpoſit. עַל & ל. Hinc σκχάζομαι, σκχέλλομαι & σηχάζομαι, *derideo*; & per metatheſ. καχχάζω & καγχάζω, *cachinnor*. Av.

Praet. 3. p. ſ. m. cum præf. וְשָׂחַק *aut rideat*. 3. p. plur. c. cum (-) ſub gutturali, Job. 30. v. 1. וְעַתָּה שָׂחֲקוּ עָלַי *nunc autem deridènt me* (juniores tempore). O. νυνὶ δὲ κατεγέλασάν μου *nunc autem deriſerunt me.*

Infin. cum præfix. בְּשַׂחוֹק *dum luderet* (Samſon) & tempus לִשְׂחוֹק *ridendi*, vel *ad ludendum*.

Fut. 3. p. ſ. m. Job. 39. v. 7. יִשְׂחַק לַהֲמוֹן קִרְיָה. Vulg. *contemnit* (onager) *multitudinem civitatis.* O. participialiter: καταγελῶν πολυοχλίας πόλεως *deridens frequentem tur-*

bam civitatis ; Alii , *ridet tumultum urbis* ... In pausa , cum (·) loco (-) , יִשְׂחָק *ridebit*. Cum præf. וְיִשְׂחַק לְרַעַשׁ כִּידוֹן , Job. 41. v. 21. Vulg. v. 20. *& deridebit vibrantem hastam* (balæna). O. v. 20. καταγελᾷ δὲ σεισμοῦ πυρφόρου *irridet autem concussionem igniferam*. Alii , *& deridebit vibrationem* , vel *concussionem* , vel *commotionem lanceæ*. 3. p. ſ. f. Job. 39. v. 18. תִּשְׂחַק לַסּוּס וּלְרֹכְבוֹ. Vulg. *deridet* (ſtruthio) *equum & aſcenſorem ejus*. O. καταγελάσεται ἵππου , καὶ τοῦ ἐπιβάτου αὐτοῦ *deridebit equum & aſcenſorem ejus*. Cum præf. וַתִּשְׂחַק *& ridebit*. 2. p. ſ. m. תִּשְׂחַק , & in pauſa , תִּשְׂחָק *ridebis*. 1. p. ſ. c. Job. 29. v. 24. אֶשְׂחַק אֲלֵיהֶם לֹא יַאֲמִינוּ. Vulg. *ſi quando ridebam ad eos , non credebant*. O. ἐὰν γελάσω πρὸς αὐτοὺς , οὐ μὴ πιστεύσωσι. Sym. προσεγέλων αὐτοῖς , οἱ δὲ οὐκ ἐπίστευον *ſi rideam ad eos , non credent*. Sym. *arridebam eis , illi verò non credebant*. Alii , *ridebam ad eos , non credebant* , me jocari , ſive ludere , ſed ſeriò agere , præ gravitate quâ uti conſuetus eram. Merc. &c. Etiam joca mea putabant aliquid occultare ſerii. Grot. In pauſa cum (·) pro (-) , אֶשְׂחָק *ridebo*. 3. p. plur. m. cum (·) loco ſimplicis (·) ob pauſam , יִשְׂחָקוּ *ridebunt*.

PIEL שִׂחֵק *ludo , rideo , jocor* , &c.

PRAET. 1. p. ſ. c. cum præf. 2. Reg. 6. v. 21. וְשִׂחַקְתִּי לִפְנֵי יְהוָה. Vulg. *& ludam* ; omiſit (*ante Dominum*), quia jam ſupra expreſſum fuerat. O. καὶ παίξομαι καὶ ὀρχήσομαι ἐνώπιον κυρίου *& ludam , & ſaltabo coram Domino* ; illud *& ſaltabo* , non eſt in Hebræo ; forſan eſt nota marg. ad explicationem τοῦ *ludam* , luſus enim de quo hîc agitur , eſt ſaltatio , vide 1. Paral. 15. v. 28.

BEN. ſ. m. Proverb. 26. v. 19. וְאָמַר הֲלֹא־מְשַׂחֵק אָנִי. Vulg. *& cùm fuerit deprehenſus , dicit : ludens feci* ; explicationis gratiâ addidit : *cùm fuerit deprehenſus*. O. ὅταν δὲ φωραθῶσι , λέγουσιν , ὅτι παίζων ἔπραξα *cùm verò videntur , dicunt , ludens feci*. Alex. ἐπιφωραθῶσιν *obſervati* , vel *viſi fuerint*. C. φωραθῶσιν *deprehenſi fuerint* ; ſic etiam Procopius. Hieron. in apologiâ contra Rufin , *qui inſidiatur amicis ſuis , cùm viſus fuerit , dicit , ludens feci*. Alii , *& dicit : nonne ludens ego ? & il dit : c'étoit pour rire*. Cum præf. וּמְשַׂחֵק *& ludentem*. Plur. m. מְשַׂחֲקִים *ridentes , ludentes*. Sing. fem. cum duplici (·) , מְשַׂחֶקֶת *ludens*. Plur. fem. cum præf. הַמְשַׂחֲקוֹת *ludentes*.

INFIN. cum præfix. & (·) pro (-) ob maqqaph , Pſal. 103. Hebr. 104. v. 26. לִוְיָתָן זֶה־יָצַרְתָּ לְשַׂחֶק־בּוֹ. Vulg. *draco iſte quem formaſti ad illudendum ei*. O. δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ , idem. Schol. ἀντὶ τοῦ , αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ , id eſt , ut ludat *in ipſo mari*. Alii , *draconem iſtum formaſti ut ludat in ipſo* (mari ſcilicet) , draco iſte juxta quoſdam eſt balæna cui nautæ periclitantes ad luſum dolia vacua objiciunt. Gej. vide Job. 40. & 41. ludit autem balæna , vel cum marinis aquis , vel cum maris incolis cæteris.

FUT. 3. p. ſ. m. cum præf. Jud. 16. v. 25. וִישַׂחֶק־לָנוּ. Vulg. ſenſum , non verba reddens : *& ante eos luderet*. O. καὶ παιξάτω ἐνώπιον ἡμῶν *& ludat coram nobis*. Alii , *& ludat nobis* , vel *& riſum faciat nobis*. 2. p. ſ. m. cum præfix. Job. 40. v. 29. הַתְשַׂחֶק־בּוֹ כַּצִּפּוֹר. Vulg. v. 24. *numquid illudes ei* (balænæ juxta quoſdam) *quaſi avi ?* O. v. 24. παίξῃ δὲ ἐν αὐτῷ ὥσπερ ὀρνέῳ ; *ludeſne cum eo tamquam cum ave ?* Alii , *numquid ludes in eo tamquam ave ?* Sym. μὴ ἐμπαίξεις ; *numquid illudes ?* &c. 3. p. plur. m. יְשַׂחֲקוּ *ludent*. Cum præf. וִישַׂחֲקוּ *& ludant*.

HIPHIL הִשְׂחִיק *rideo , derideo , ſubſanno* , &c. unde BEN. pl. m. 2. Paralip. 30. v. 10. וַיִּהְיוּ מַשְׂחִיקִים עֲלֵיהֶם. Vulg. *illis irridentibus*. O. καὶ ἐγένοντο ὡς καταγελῶντες αὐτῶν *& fuerunt tamquam irridentes eos*. Alii , *& deridebant eos* ; ad verbum , *& fuerunt irridentes eos*.

שַׁחַק m. O. Aq. ἀὴρ *aër*. O. νεφέλη *nubes* , νέφος , idem ; οὐρανὸς *cœlum* , παλαίωμα *antiquitas* , ῥοπὴ *libramentum* , στερέωμα *firmamentum*. Sym. αἰθὴρ *æther*. Vulg. & alii , *momentum* , *pulvis* , *pulvis contuſus & minutiſſimus* , ſeu *tenuiſſimus* , qui ex contuſione oritur & ſpargitur ; *pulviſculus* , *cœlum* , *æther* , *nubes* , *tenuitas nubium* , ſeu *aëris*. Cum præf. Iſai. 40. v. 15. וּכְשַׁחַק מֹאזְנַיִם נֶחְשָׁבוּ. Vulg. *& quaſi momentum ſtateræ reputata ſunt*

(gentes). O. καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, ut Vulg. Alii, *& sicut pulvis tenuissimus stateræ*, aut *bilancium reputatæ sunt*. vel *& ut tenuitas bilancium*, vel *ut pulvisculus trutinæ*, non faciens ῥοπήν. Res levis est, quæ momentum facere potest. Cocc. Psal. 88. Hebr. 89. v. 7. .כִּי מִי בַשַּׁחַק יַעֲרֹךְ לַיהוָה. O. v. 6. ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; *quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?* similiter Vulg. v. 7. Sym. τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραθήσεται τῷ κυρίῳ; *quis enim in æthere æquabitur Domino?* Alii, *quoniam quis in cælo æquabitur Domino?* vel *nam quis in cælo par est Domino?* Plur. m. שְׁחָקִים *cæli*. Cum præf. וּשְׁחָקִים *& cæli*, בִּשְׁחָקִים *in cælis*, לִשְׁחָקִים *ad cælos*. Rad. שָׁחַק *contudit*, *comminuit*.

שְׂחֹק, & cum hhólem pleno, שְׂחוֹק, nam in utrâque formâ reperitur: O. γελοιασμὸς *irrisio*. Incert. ἀγαλλίασις *exultatio*. O. γέλως *risus*, χαρὰ *gaudium*, χλεύασμα *subsannatio*, λόγος *sermo*, εὐφροσύνη *lætitia*. Aq. Sym. Theod. γέλως *risus*. Vulg. & alii, *risus*, *cachinnus*, *irrisio*, *lusus*, *subsannatio*, *lætitia*, *derisio*, *deridiculum*. Cum præf. הַשְּׂחֹק *risus*, בִּשְׂחֹק *in risu*, לִשְׂחוֹק & לִשְׂחֹק, *risui*, כִּשְׂחוֹק *sicut risus*, מִשְּׂחוֹק *præ risu*. R. שָׂחַק *risit*, *lusit*, &c.

שָׁחַר QAL, *nigresco*, *niger sum*, *denigror*, *manè quæro*.

Praet. 3. p. f. m. Job. 30. v. 30. עוֹרִי שָׁחַר מֵעָלָי. Vulg. *cutis mea denigrata est super me*. O. τὸ δὲ δέρμα μου ἐσκότωται μεγάλως *cutis verò mea obtenebrata est valdè*. Ms. Alex. μεμελάνωται μεγάλως *nigra facta est valdè*. Reliqui, ἐμελάνθη εἰς βάθος *nigra facta est in profundum*, id est, multùm, scilicet ex mœrore & vi morbi: ex febri. Confer Thren. 5. v. 10. Synopsis Critic. hîc.

Ben. f. m. Prov. 11. v. 27. שֹׁחֵר טוֹב. Vulg *benè consurgit diluculò*. O. τεκταινόμενος ἀγαθὰ *qui facit bona*. Aq. ὀρθρισμὸς ἀγαθὴ *sectatio matutina boni*. Al. *quærens manè bonum*.

PIEL שִׁחֵר, Vulg. & alii, *vigilo*, *quæro*, *pervestigo*, *manè*, *diluculò*, *sedulò*, *tempestivè*, *studiosè quæro*, *maturo*, *maturè quæro*, *requiro*, *manè surgo*. Lxx. ζητέω *quæro*, ὀρθρίζω *manè surgo*, ποθέω *desidero*. Adverbialiter, ἐπιμελῶς *accuratè*, δῶρον δίδωμι *munus do*, ξανθίζω *flavesco*. Construitur cum accusat. vel cum אֶל־. Av. unde

Praet. 3. p. f. m. cum affix. Proverb. 13. v. 24. וְאֹהֲבוֹ שִׁחֲרוֹ מוּסָר, aliud exemplar, שִׁחֲרוֹ *schibhorô*, *& qui diligit eum* (filium suum) *quærit illi castigationem*, vel *corriget*, *aut erudiet eum quolibet manè*, vel *manè quærit ipsi disciplinam*, vel *maturat illi castigationem*. Vulg. *qui autem diligit illum*, *instanter erudit*. O. ὁ δὲ ἀγαπῶν, ἐπιμελῶς παιδεύει *qui autem diligit*, *accuratè erudit*. Schol. sic explicat conformiùs ad verba Hebræa: (quamvis sensum assequantur. O. & Vulg.) ὀρθρίζει αὐτῷ παιδείαν *manè surgere facit ipsi disciplinam*; sic enim vertendum puto, ut loquendi modo Ecclesiasticorum authorum, & eorum sensui concors sim. 2. p. f. m. cum præfix. & affix. Job. 7. v. 21. וְשִׁחֲרְתַּנִי וְאֵינֶנִּי. Vulg. *& si manè me quæsieris*, *non subsistam*. Lxx. ὀρθρίζων δὲ οὐκ ἔτι εἰμί *manè autem surgens non jam sum*. Sym. καὶ ζητήσεις με, καὶ οὐκέτι ὑπάρξω *& quæres me*, *& ultra non existam*. Ad verbum, *& quæres me manè*, *& non ego*. Vat. *si posteà requiras me*, ut mihi parcas, *non exstabo*. Vide Synopsin Critic. 3. p. plur. c. cum præf. וְשִׁחֲרוּ־אֵל *& diluculò quærebant Deum*.

Ben. plur. m. construct. Job. 24. v. 5. מְשַׁחֲרֵי לַטָּרֶף. Vulg. *vigilantes* (onagri) *ad prædam*. Alii, *manè surgentes ad rapinam*. Apud O. vacat. Aq. ὀρθρίζοντες εἰς ἅλωσιν *manè surgentes ad capturam*. Cum præf & affix. וּמְשַׁחֲרַי *& requirentes me*, c. invenient me.

Infin. cum præf. Prov. 7. v. 15. לְשַׁחֵר פָּנֶיךָ. Vulg. sensum exprimens: *desiderans te videre*; verba sunt meretricis ad juvenem. O. similiter, ποθοῦσα τὸ σὸν πρόσωπον *desiderans faciem tuam*. Alii, *requirendo*, vel *ad requirendum vultum tuum*, m.

Fut. 2. p. f. m. Job. 8. v. 5. אִם־אַתָּה תְּשַׁחֵר אֶל־אֵל. Vulg. *tu tamen si diluculò consurrexeris ad Deum*. O. σὺ δὲ ὄρθριζε πρὸς κύριον *tu verò manè surge ad Dominum*. Alii, *si tu manè quæsieris Deum*, vel *manè surrexeris*

xeris ad Deum. 1. p. f. c. cum affix. & (ּ) sub ultima radicali loco (ׇ) ob pausam, אֲשַׁחֲרֶךָּ *requiro te*, m vel *ad te de luce vigilo.* 3. p. plur. m. cum נ epenthetico, vel abundante post (ּ) pro (ו) ante affix. Prov. 1. v. 28. יְשַׁחֲרֻנְנִי וְלֹא יִמְצָאֻנְנִי. Vulg. *manè consurgent, & non invenient me*, c. Alii, *mane quærent me*, vel *maturabunt ad me*, *nec invenient me*, vel *nec mihi invigilantes me invenient.* O. ζητήσουσί με κακοὶ, καὶ οὐχ εὑρήσουσι *quærent me mali, & non invenient.*

שַׁחַר m. & in pausâ cum (ּ), שָׁחַר. Lxx. ὄρθρος *diluculum.* Cum כ, πρωϊνὸν *matutinum*, Isai. 58. v. 8. βόθυνος *fovea*, Isai. 47. v. 11. ubi certè non legerunt שַׁחְרָהּ; videntur derivasse à שחת versionem suam. Vulg. & alii, *ortus*, *aurora*, *lucifer*, *manè*, *lux*, *splendor*, *diluculum*, *lux prima*, *sol oriens*, *obscuritas fusca*; nominis ratio, quia tunc res incipiunt nosci, sed quasi nigræ. Cum præf. Gen. 19. v. 15. וּכְמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה. Vulg. *cùmque esset mane.* O. ἡνίκα δὲ ὄρθρος ἐγίνετο *postquam autem diluculum factum est.* Alii, *& cùm aurora ascenderet*, vel *ascendisset*, vel *exoriente autem aurorâ*, vel *cùm primùm diluculavit.* In pausa, הַשָּׁחַר *aurora*, בַשָּׁחַר *in aurorâ*, כַּשַּׁחַר *sicut aurora*, Isai. 58. v. 8. אָז יִבָּקַע כַּשַּׁחַר אוֹרֶךָ. Vulg. *tunc erumpet quasi mane lumen tuum.* O. τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου *tunc erumpet matutinum lumen tuum.* Alii, *tunc proferetur*, vel *scindetur velut aurora lumen tuum.* Boot. contendit שַׁחַר, hîc esse in genitivo, vertitque, *velut auroræ, lumen tuum*; quod mihi probabile videtur: aurora latè & citò se diffundit. BA. Cum affix. Isai. 47. v. 11. לֹא תֵדְעִי שַׁחְרָהּ. Vulg. veniet super te malum, *& nescies ortum ejus*, f. Alii, *non scis auroram*, vel *lucem ejus*, vel *cujus ortum*, vel *diluculum*, id est, diem, *συμπλοχῶς ignoras*, vel *ignorabis.* Sic ludificatur astrologos. Jun. O. καὶ οὐ μὴ γνῷς. βόθυνος, καὶ ἐμπεσῇ εἰς αὐτὸν *& non cognosces: fovea, & incides in eam*, jungentes cum sequentibus, hanc vocem. R. שָׁחַר *nigrescere, nigrum esse*; in Piël, *quærere*, *pervestigare*, &c.

שָׁחֹר m. Vulg. & alii, *niger*, *nigrum*, *nigricans*, *fuscus*, *subniger*, instar auroræ antelucanæ, seu instar auri fulvi. Av. Levit. 13. v. 31. וְשֵׂעָר שָׁחֹר אֵין בּוֹ. Vulg. *& capillum nigrum* (si viderit sacerdos). O. καὶ θρὶξ ξανθίζουσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ *& pilus flavescens n n est in eo*; legendum videtur, ἐν αὐτῇ (δέρματι, scilicet) in eâ (cute). Alii, *& pilus niger n n fuerit in eâ.* Plur. m. הַשְּׁחֹרִים שְׁחֹרִים *nigri* (equi) μέλανες. Sing. fem. cum hhólem pleno, שְׁחוֹרָה *nigra*, *obscura*, *fusca*, instar auroræ emicantis. Av. Cant. 1. v. 5. שְׁחוֹרָה אֲנִי וְנָאוָה. Vulg. v. 4. *nigra sum, sed formosa.* O. μέλαινά εἰμι ἐγὼ καὶ καλὴ *nigra sum ego & pulchra.* Alii, *nigra*, vel *fusca sum*, vel *sim, at optabilis*, vel *decora*, vel *optata*; id est, pulchra; quia pulchra optari solent. Eleganti sum formâ & membrorum compositione. Merc. Plur. fem. Cant. 5. v. 11. שְׁחֹרוֹת כָּעוֹרֵב. Vulg. *nigræ* (comæ) *quasi corvus.* Alii, *nigri* (cincinni) *ut corvus*, id est, coracini coloris, qui splendore suo est conspicuus. BA. Vide Synopsin Critic. O. μέλανες ὡς κόραξ (βόστρυχοι) *nigri ut corvus* (cincinni). R. שָׁחַר *nigrescere*, &c. ut in voce præced.

שִׁחוֹר Mass. *Schihhór*, Vulg. *Nilus*, nomen proprium fluminis Ægypti celebris, Isai. 23. v. 3. Etym. *niger*, aut *matutinus*, ex שָׁחַר *nigrum esse*, aut שַׁחַר *aurora*, *manè*, *matutinum*; שִׁחוֹר vocabatur Nilus, à *nigrore*, quod aquæ ejus essent turbidæ ac turbulentæ. Vat. Æthiopibus olim dictus *Siris.*

שַׁחֲרוּת f. Vulg. & alii, *voluptas*, *juventus*, *juventa*, *aurora.* Cum præf. Eccl. 11. v. 10. כִּי־הַיַּלְדוּת וְהַשַּׁחֲרוּת הָבֶל. Vulg. *adolescentia enim & voluptas vana sunt.* Alii, *quia adolescentia & juventus vanitas*, vel *quia pueritia & aurora sunt vanitas*, id est, citò evanescunt. O. ὅτι ἡ νεότης καὶ ἡ ἄνοια ματαιότης *quia adolescentia & stultitia vanitas est.* R. שָׁחַר *nigrum fieri*, &c.

שְׁחַרְחֹרֶת f. *nigra*, *subnigra*, *fusca*, Cant. 1. v. 6. שֶׁאֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת. Vulg. nolite me considerate *quòd fusca sim.* O. ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη *quòd ego nigra facta sim.* Alii, *quòd subnigra sim*, vel *quòd ego fusca.* Rad. שָׁחַר *nigrescere*, &c.

שחריה Maſſ. *Schebharíáh*, Vulg. *Soboria*, nomen proprium filii Ieroham, vel Ierohham, Maſſoret. 1. Paral. 8. v. 26. in Vulg. v. 27. Etym. *aurora Dei*, ex שַׁחַר *aurora*, & יָהּ *Deus*.

שחרים Maſſ. *Schábharáim*, Vulg. *Saharaim*, nomen proprium viri, 1. Paral. 8. v. 8. Etym. *nigri* ; ex שָׁחַר *niger factus eſt*. Porro juxta Me. aliquis hic eſt ex progenie Benjamin, cujus hoc tantùm loco mentio reperitur in Sacrâ Scripturâ, nec dicitur cujus filius fuerit... Habebat duas uxores, quas repudiavit propter cauſas quæ hîc tacentur. Vat.

שחת QAL unde NIPHAL, נִשְׁחַת. Vulg. & alii, *computreſco*, *diſſipor*, *corrumpor*, *perdor*, *diſperdor*, *depravor*.

Præt. 3. p. ſ. m. Jerem. 13. v. 7. וְהִנֵּה נִשְׁחַת הָאֵזוֹר. Vulg. *& ecce computruerat lumbare*. O. καὶ ἰδοὺ διεφθαρμένον ἦν *& ecce corruptum fuerat*. Cum præf. Jerem. 18. v. 4. וְנִשְׁחַת הַכְּלִי. Vulg. *& diſſipatum eſt vas*. O. καὶ ἔπεσε τὸ ἀγγεῖον *& cecidit vas*. Alii, *& perditum eſt vas*. 3 p. ſ. f. cum (ּ) ob pauſam pro (ֶ), Gen. 6. v. 12. וְהִנֵּה נִשְׁחָתָה. Vulg. cùmque vidiſſet Deus terram *eſſe corruptam* ; immutavit paululùm verba abſque detrimento ſenſûs. Alii, *& ecce corrupta erat*. O. καὶ ἦν κατεφθαρμένη *& erat corrupta*.

Ben. plur. f. cum præf. Ezech. 20. v. 44. וְכַעֲלִילוֹתֵיכֶם הַנִּשְׁחָתוֹת. Vulg. *neque ſecundùm ſcelera veſtra peſſima* ; negativa particula hîc apponitur ex ſenſu, & ex præcedentibus verbis. O. καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν τὰ διεφθαρμένα *& ſecundùm adinventiones veſtras corruptas*. Alii, *& ſecundùm ſtudia*, vel *opera veſtra corrupta*.

Fut. 3. p. ſ. f. Exod. 8. v. 20. תִּשָּׁחֵת הָאָרֶץ. Vulg. v. 24. *corruptaque eſt terra*, id eſt, perdebantur omnia quæ erant in terrâ. Vat. per terram intelliguntur homines & animantes. O. v. 24. καὶ ἐξωλοθρεύθη ἡ γῆ *& deſtructa eſt terra*. Sym. ἐφθάρη *corrupta eſt*, &c. Cum præfix. Gen. 6. v. 11. וַתִּשָּׁחֵת הָאָרֶץ. Vulg. *corrupta autem eſt terra*. Terra pro incolis terræ ſumitur, ut patet ex v. ſeq. Vat. O. ſimiliter, ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ.

PIEL שִׁחֵת, Aq. Sym. διαφθείρω *corrumpo*, *perdo*. Lxx. ἀνομέω *iniquè ago*, ἁμαρτάνω *pecco*, λυμαίνω *perdo*, *corrumpo*, καταστρέφω *ſubverto*, ἐκτυφλόω *excæco*, ἐκχέω *effundo*, ἐξαλείφω *deleo*, καταβάλλω *dejicio*, κατασκάπτω *diruo*. Vulg. & alii, *violo*, *irritum facio*, *corrumpo me*, *luſcum facio*, *perdo*, *diſperdo*, *depravo*, *diſſipo*, *corrumpo*, *demolior* ; abſolutè, *perditè ago*, *perperàm ago*.

Præt. 3. p. ſ. m. שִׁחֵת *perditè egit*, *perdidit*. Cum præf. Amos 1. v. 11. וְשִׁחֵת רַחֲמָיו. Vulg. *& violaverit miſericordiam ejus*. O. καὶ ἐλυμήνατο μητέρα ἐπὶ γῆς *& violavit matrem ſuper terram*. Aq. διέφθειρε σπλάγχνα αὐτοῦ *corrupit viſcera ſua*. Sym. διέφθειρε σπλάγχνα ἴδια *corrupit viſcera propria* ; intellexerunt obſcenè. Alii, *& corruperit miſerationes ſuas*, ſcilicet, neceſſitudinem illam & affectum qui inter fratres eſſe debet & ſolet : quaſi diceretur, jus commune naturæ abolevit & exuit humanitatem. Merc. Cum affix. Oſe. 13. v. 9. שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי־בִי בְעֶזְרֶךָ. Vulg. tamquam nomen ſumens : *Perditio tua Iſrael : tantummodò in me auxilium tuum*. O. ſimiliter ut nomen accipiunt : τῇ διαφθορᾷ σου, (Alius. διασπορᾷ σου) Ἰσραὴλ τίς βοηθήσει ; *corruptioni tuæ* (Al. *diſperſui tuo*) *quis auxiliabitur* ? Vat. *perdidit te Iſraël : ſed in me auxilium tuum*, id eſt, vitulus quem coluiſti, fuit cauſa perditionis tuæ... Quidam vertunt, *perditio tua*, ſub. fuit vitulus. Apud Glaſſium, p. 1178. ſic fert verſio ultima partis, *quia in me eſt auxilium tuum*, vel *quia ego in auxilio tuo ſum* ; ita hunc locum explicat R. Qimhhi. R. Salomo Jarchi priori membro hæc verba conjungit, & ellipſin verbi ponit, hoc modo : שִׁחֶתְךָ *perdidit te*, nimirum hoc, *quod in me*, *in auxilium tuum*, ſcilicet, מָרַדְתָּ *rebellaſti*. Vide Synopſ. Critic. Cum præf. & affix. Exod. 21. v. 26. וְשִׁחֲתָהּ *& corruperit eum*, ſ. oculum ſervi aut ancillæ. O. καὶ ἐκτυφλώσῃ *& excæcaverit*. Vulg. *& luſcos eos fecerit*. 2. p. ſ. m. שִׁחַתָּ, contractè, pro שִׁחַתְתָּ *diſperdidiſti*. Cum præf. וְשִׁחַתָּ *& perdes* verba tua dulcia. 3. p. ſ. m. cum (ֲ) ſub gutturali pro ſimplici (ְ), שִׁחֲתוּ *demoliti ſunt* vineam meam ; & cum

(-) in pausa loco (-), Ose. 9. v. 9. הֶעְמִיקוּ שִׁחֵתוּ. Vulg. primum verbum adverbialiter exponens, *profunde peccaverunt.* Alii, *callidum inierunt consilium, corruperunt se.* O. verbis præcedentibus jungunt κατέπηξαν, sic: μανίαν ἐν οἴκῳ Θεοῦ κατέπηξαν· ἐφθάρησαν, insaniam in domo Dei *confixerunt, corrupti sunt.* Alii, *occalluerunt, scelerate agunt*, vel *profunde corrupti sunt*, vel *adauxere corruptionem*; non solum peccârunt in Deum, sed & in proximum contra vitæ honestatem. Vat. Cum præfix. וְשִׁחֲתוּ *& dissipabunt* muros Tyri. 2. p. pl. m. Malach. 2. v. 8. שִׁחַתֶּם בְּרִית הַלֵּוִי, contractè, pro שִׁחַתְּתֶם. Vulg. *irritum fecistis pactum Levi.* O. διεφθείρατε, &c. *corrupistis*, &c. sic alii. Cum præfix. Num. 32. v. 15. וְשִׁחַתֶּם לְכָל־הָעָם הַזֶּה. Vulg. magis sensum quàm verba respiciens: *& vos causa eritis necis omnium.* O. καὶ ἀνομήσετε εἰς ὅλην τὴν συναγωγὴν ταύτην *& inique facietis in totam synagogam hanc.* Alii, *& perdetis universum populum hunc.*

INFIN. Gen. 13. v. 10. לִפְנֵי שַׁחֵת. Vulg. *antequam subverteret* Dominus. Alii, *antequam disperdidisset.* O. πρὸ τοῦ καταστρέψαι, idem. Cum præfix. בְּשַׁחֵת *in subvertere*, id est, *cùm subverteret*, לְשַׁחֵת *ad perdendum.* Cum affix. Ezech. 22. v. 30. לְבִלְתִּי שַׁחֲתָהּ. Vulg. & alii, *ne dissiparem eam* (terram). O. τὸ μὴ εἰς τέλος ἐξαλεῖψαι αὐτὴν *ut non in finem delerem eam.* Cum præf. & affix. לְשַׁחֲתָהּ *ad perdendum eam.* Ezech. 20. v. 17. מִשַּׁחֲתָם. Vulg. *ut non interficerem eos.* O. τοῦ ἐξαλεῖψαι αὐτοὺς *delere eos*; in quibusdam & apud Theodoretum est negatio μὴ ante ἐξαλεῖψαι *ne delerem*, idem mihi videtur sensus. לְשַׁחֶתְכֶם *ad perdendum vos*, m

IMPER. 2. p. plur. m. cum præf. & (-) ob pausam, pro (-), Jerem. 5. v. 10. עֲלוּ בְשָׁרוֹתֶיהָ וְשַׁחֵתוּ. Vulg. *ascendite muros ejus, & dissipate.* O. καὶ κατασκάψατε *& diruite.* Alii, *& perdite.*

HIPHIL הִשְׁחִית, significatio ut in PIEL. LXX. αἴρω *tollo*, εἰς ἀφανισμὸν τίθημι *in interitum pono*, ἐμβάλλω *injicio*, ἐξολοθρεύω *disperdo*, ἐξαλείφω *deleo*, &c. unde

PRAET. 3. p. s. m. הִשְׁחִית *corruperat, corrumperet.* Cum præf. Dan. 8. v. 24. וְהִשְׁחִית עֲצוּמִים. Vulg. *& interficiet robustos.* O. καὶ διαφθερεῖ ἰσχυροὺς *& disperdet robustos* (Rex impudens facie). Alii, *perdet enim robustos.* 1. p. s. c. cum præf. וְהִשְׁחִתִּי, contractè, pro וְהִשְׁחַתְּתִּי *& disperdam* in te regna. 3. p. plur. c. הִשְׁחִיתוּ *perdiderunt.* Cum præf. Jud. 2. v. 19. וְהִשְׁחִיתוּ מֵאֲבוֹתָם. Vulg. *& multo faciebant pejora, quàm fecerant patres eorum.* Alii, *& corrumpebantur magis quàm patres eorum*, vel *& perdebant*, sub. vias suas, &c. O. καὶ πάλιν διέφθειραν ὑπὲρ τοὺς πατέρας αὐτῶν. *Et rursus corrupti sunt plùs quàm patres sui.* S. August. *& iterum corrumpebant.* 2. p. plur. m. cum præf. Deut. 4. v. 25. וְהִשְׁחַתֶּם וַעֲשִׂיתֶם פֶּסֶל, contractè, pro וְהִשְׁחַתְּתֶם. Vulg. tanquam participium vertens primum Verbum & sensum nihilominus exprimens: *deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem.* Alii, *corruperitis autem vos, & feceritis sculptile* imaginem cujuscunque rei. O. καὶ ἀνομήσητε καὶ ποιήσητε γλυπτὸν *& si prævaricati fueritis & feceritis sculptile.*

BEN. s. m. Prov. 6. v. 32. מַשְׁחִית נַפְשׁוֹ הוּא יַעֲשֶׂנָּה. Vulg. qui autem adulter est, propter cordis inopiam *perdet animam suam*; non expressit duo ultima verba hujusce versûs. Alii, *corrumpit animam suam, qui fecerit illud*, id est, qui adulterium commiserit; vel, *& qui hoc facit, animam suam perdit.* O. ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται *perditionem animæ suæ acquirit*; tanquam nomen sumpserunt מַשְׁחִית. Cum præfix. Jerem. 4. v. 7. וּמַשְׁחִית גּוֹיִם. Vulg. *& prædo* (leo) *Gentium* se levavit. Alii, *& interfector Gentium* profectus est. O. καὶ ἐξολοθρεύων ἐθνῶν *& disperdens Gentes.* הֲמַשְׁחִית *an perdes?* הַמַּשְׁחִית *perdens, vastator*, וְהַמַּשְׁחִית *& vastator.* Dan. 10. v. 8. וְהוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי לְמַשְׁחִית. Vulg. *sed & species mea immutata est in me, & emarcui.* O. καὶ ἡ δόξα μου μετεστράφη εἰς διαφθοράν *& gloria mea conversa est in corruptionem.* Vulg. sensum magis attendit quàm verba. O. ut nomen acceperunt. Alii similirer ut nomen, *in deformitatem*, vel *in marcorem*, vel *in tabitudinem.* Ca. sic reddit: *mutata perditaque cor-*

poris elegantia. Alii, *& corruptus est decor meus*, vel *nitor meus;* unde nil mirum Vulg. reddidisse, *& emarcui.* Cum affix. Gen. 6. v. 13. וְהִנְנִי מַשְׁחִיתָם אֶת־הָאָרֶץ. Vulg. *& ego disperdam eos cum terrâ.* Alii, *& ecce ego disperdens eos de terrâ*, vel *itaque ego paratus sum disperdere eos cum terrâ.* O. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ καταφθείρω αὐτοὺς καὶ τὴν γῆν *& ecce ego disperdo eos, & terram.* Plur. m. cum præf. מַשְׁחִיתִם, מַשְׁחִתִּים & מַשְׁחִיתָם, *perdentes, corrumpentes;* ubi (ִ) modo gadhól, modo qatón ponitur absque detrimento sensûs, sed tamen hæc scribendi methodus turbat novitios. Cum præf. הַמַּשְׁחִיתִם *perdentes*, defectivè in ultimâ syllabâ.

Infin. cum (ַ) sine (י), הַשְׁחִת *perdendo*, הַשְׁחִית *perdere.* Cum præf. 1. Paral. 21. v. 15. וּכְהַשְׁחִית *cùmque vastaret* (Angelus Jerusalem). Vulg. passivè, *cùmque percuteretur.* O. καὶ ὡς διέφθειρεν *& quando perdebat* vidit Dominus, לְהַשְׁחִית *ad perdendum*, וּלְהַשְׁחִית *& ad perdendum*, מֵהַשְׁחִית *à perdendo*, seu *ne perderet.* Cum affix. & cum (ֶ) sub ח loco (ִ) ob pausam, הַשְׁחִיתֶךָ *perdere te*, m. הַשְׁחִיתָם *perdere eos.* Cum præf. & affix. לְהַשְׁחִתוֹ *ad perdendum eum* (locum). לְהַשְׁחִיתָהּ *ad perdendam eam* (terram). לְהַשְׁחִיתֶךָ *perdere te*, m. Jerem. 13. v. 14. וְלֹא אֲרַחֵם מֵהַשְׁחִיתָם. Vulg. *neque miserebor ut non disperdam eos.* Lxx. tamquam nomen verterunt: καὶ οὐκ οἰκτειρήσω ἀπὸ διαφθορᾶς αὐτῶν *neque miserebor propter corruptionem eorum*, vel ut alii, *à perditione eorum.*

Imper. 2. p. s. m. cum præf. & affix. Isai. 36. v. 10. וְהַשְׁחִיתָהּ. Vulg. *& disperde eam* (terram). O. καὶ διάφθειρον αὐτὴν *& perde eam;* per inadvertentiam collocavit Roberts. hanc vocem in Infinitivo.

Fut. 3. p. s. m. cum hhiriq gadhól & sine eo, יַשְׁחִית & יַשְׁחִת, *perdet, corrumpet.* Cum præf. & in formâ (ַ), וַיַּשְׁחֵת *& perdidit.* Cum affix. & (ֶ) loco (ִ) ob pausam, יַשְׁחִיתֶךָ *perdet te*, m. 3. p. s. f. cum præf. Ezech. 23. v. 11. וַתַּשְׁחֵת עַגְבָתָהּ מִמֶּנָּה, Vulg. *plusquam illa insanivit libidine*, id est, magis fuit idololatriæ addicta Jerusalem quàm Samaria. O. καὶ διέφθειρε τὴν

ἐπίθεσιν αὐτῆς ὑπὲρ αὐτὴν, Alex. αὐτῇ. Ald. αὐτῆς *& corrupit applicationem suam super hanc.* Eodem sensu intelligendum est ac si diceretur: plus fuit corrupta Jerusalem quàm Samaria. Aq. ἐπιπόθησιν *concupiscentiam* vertit, pro ἐπίθεσιν, & fortè vox ἐπίθεσιν irrepsit in Lxx. loco alterius vocis, quamvis nihil definire velim. Alii, *& corrupit amorem suum*, vel *applicationem suam*, vel *amasiationem suam præ illâ*, vel *corruptiùs egit amasiam.* 2. p. s. m. תַּשְׁחִית *corrumpes, perdes;* & in formâ (ַ) תַּשְׁחֵת *perdes.* Cum præfix. הֲתַשְׁחִית *an perdes?* Cum affix. אַל־תַּשְׁחִיתֵהוּ *ne perdas eum.* Cum præf. & affix. Psal. 77. Hebr. 78. v. 45. וַתַּשְׁחִיתֵם. Vulg. *& disperdidit eos*, rana; sumpsit in 3. p. s. f. ut O. καὶ διέφθειρεν αὐτούς. Alii, *& perdidisti eos*, vel *& dissipavit eos*, id est, eorum regionem. Mu. meliùs fortasse sumi debet vox illa in 3. p. s. f. hîc tamen relinquo sequens Robertson & Buxtorfii Concordantias. 2. p. s. f. cum præf. sine (י) τῦ (ִ) comite, Ezech. 16. v. 47. וַתַּשְׁחִתִי מֵהֶן בְּכָל־דְּרָכָיִךְ. Vulg. *penè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis.* Lxx. καὶ ὑπέρκεισαι αὐτὰς ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου *& supergressa es eas in omnibus viis tuis.* Aq. Sym. Theod. καὶ διέφθειρας ὑπὲρ αὐτὰς *& corrupta es super illas.* Alii, *& corrupta es præ illis in omnibus viis tuis.* 1. p. s. c. אַשְׁחִית *perdam.* Cum affix. 2. Paral. 12. v. 7. לֹא אַשְׁחִיתֵם. Vulg. quia humiliati sunt *non disperdam eos.* O. οὐ καταφθερῶ αὐτούς *non disperdam eos.* Cum præf. & aff. וְאַשְׁחִיתֵךְ *& perdam te*, f. 3. p. pl. m. Isai. 11. v. 9. לֹא־יָרֵעוּ וְלֹא־יַשְׁחִיתוּ. Vulg. *non nocebunt, & non occident.* O. καὶ οὐ μὴ κακοποιήσουσιν, οὐδὲ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα *nec nocebunt, nec poterunt perdere quemquam.* Alii, *neque perdent*, id est, nec injuriam inferent, nec detrimento afficient, Vat. Cum præf. וַיַּשְׁחִיתוּ & וַיַּשְׁחִתוּ, *& perdiderunt.* 2. p. plur. m. cum ן paragogico, Deut. 4. v. 16. פֶּן־תַּשְׁחִתוּן. Vulg. *ne forte decepti faciatis*, &c. magis attendit ad sensum quàm ad litteralem versionem. O. μὴ ἀνομήσητε *nolite prævaricari*, vel *ne feceritis iniquitatem.* Alii, *ne forte corrum-*

pamini, vel *ne perdatis eas*, id est, animas, ex v. 15. vel *ne perverse quid agatis.* 1. p. plur. c. cum ה paragog. Jerem. 11. v. 19. נַשְׁחִיתָה עֵץ בְּלַחְמוֹ. Vulg. *mittamus lignum in panem ejus.* O. ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, legerunt נַשְׁלִיחָה *mittamus*, pro נַשְׁחִיתָה *corrumpamus*; sic annotat Ludovicus Cappellus Criticæ Sacræ, p. 286. sicque vertit: *corrumpamus ligno* (toxico nempe) *panem ejus*; hypallage pro נַשְׁחִיתָה בְּעֵץ לַחְמוֹ, vel legerunt נָשִׁיתָה *ponamus*, à שׁוּת *posuit.* Glas. Alii, *mittamus venenum mortiferum in cibo ejus*, vel *perdamus ligno* (subaud. venenato) *cibum ejus.* Vide Synopsin Criticorum. Cum præf. Jerem. 6. v. 5. וְנַשְׁחִיתָה אַרְמְנוֹתֶיהָ. Vulg. *& dissipemus domos ejus* (Jerusalem). Alii, *& demoliamur palatia ejus.* O. καὶ διαφθείρωμεν τὰ θεμέλια αὐτῆς *& dissipemus fundamenta illius.*

HOPHAL הָשְׁחַת *corrumpor*; unde Ben. s. m. juxta quosdam Prov. 25. v. 26. cum (ֳ hhatouph) pro (ְ) sub littera characteristica, וּמָקוֹר מָשְׁחָת. Vulg. fons turbatus pede, *& vena corrupta*, justus cadens coram impio. O. per comparationem interpretati sunt. ὥσπερ εἴ τις πηγὴν φράσσοι καὶ ὕδατος ἔξοδον λυμαίνοιτο, οὕτως καὶ τὰ λ. *sicut, si quis fontem obstruat; & aquæ exitum disperdat, sic*, &c. (ut) fons conculcatus, *& vena corrupta* est justus inclinans sese coram impio. Vat... in Codicibus ut & in Ms. Bibliothecæ nostræ, inquit Coccejus, est scriptum cum (ַ), מַשְׁחָת.

שַׁחַת m. & in pausa, שָׁחַת. Vulg. & alii, *fovea, scrobs, rete, laqueus, sepulchrum, exitium, corruptio.* Lxx. διαφθορὰ *corruptio*, βόθρος *fovea.* Psal. 93. Hebr. 94. v. 13. cum (ָ) ob pausam, עַד יִכָּרֶה לָרָשָׁע שָׁחַת. Vulg. *donec fodiatur peccatori fovea.* O. similiter, ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος, Prov. 26. v. 27. כֹּרֶה שַׁחַת בָּהּ יִפֹּל *qui alteri fodit foveam, in eam cadet.* Cum præf. & affix. Ezech. 19. v. 4. & 8. בְּשַׁחְתָּם נִתְפָּשׂ. Vulg. v. 4. *& non absque vulneribus suis ceperunt eum* (Joachaz hic sub nomine leonis designatum). At v. 8. magis ad litteram *in vulneribus earum captus est*; mihi videtur

respexisse בְּשַׁחְתָּם, tamquam in Infinitivo Piël, cum præf. & affix. *cùm perderet eas* (Gentes scilicet) captus est; unde vertit, *in vulneribus earum.* O. ἐν τῇ διαφθορᾷ αὐτῶν συνελήφθη *in corruptione earum captus est*, id est, in ipso actu corruptionis, perditionis, exitii Gentium ex parte Joachaz, ipse captus est. Alii, *in fovea*, vel *scrobe*, vel *reti*, vel *laqueo earum captus est.* Rad. שָׁחַת in Piël, *perdidit, corrupit.*

שָׁט m. *remex, qui remos agit*; unde plur. m. Ezech. 27. v. 8. הָיוּ שָׁטִים לָךְ. Vulg. *fuerunt remiges tui.* O. ἐγένοντο κωπηλάται σου, idem. Al. *naucleri tui.* Ezech. 27. v. 26. cum præf. Vulg. In aquis multis adduxerunt te, הַשָּׁטִים אֹתָךְ *remiges tui.* Qimhhi in lib. Radicum vult אֹתָךְ, idem hic esse, quòd antea לָךְ, pro *remiges tibi*, id est, *remiges tui*... Quidam volunt esse Participium Qal, *remis agentes te.* Buxt. quod certè in idem recidit. O. οἱ κωπηλάται σου *remiges tui.* Rad. שׁוּט *circumivit, peragravit*, &c.

שָׂטָה QAL. Vulg. & alii, *erro, polluor, abstrahor, diverto, declino, recedo, averto me, deflecto*; cognatum cum שָׂטַן *adversatus est*, & cum שָׂטַם *odio habuit.* Hinc per metath. τείνω *extendo*, &c. Av. O. ἐκκλίνω *declino*, παραβαίνω *transgredior.*

PRAET. 2. p. s. f. Num. 5. v. 19. וְאִם־לֹא שָׂטִית טֻמְאָה תַּחַת אִישֵׁךְ. Vulg. *& si non polluta es deserto mariti toro*; benè sensum expressit. O. εἰ μὴ παραβέβηκας μιανθῆναι ὑπὸ (Alex. πλὴν) τὸν ἄνδρα τὸν σεαυτῆς. Sar. voculæ εἰ sub asterisco præmittit καὶ; quod concordat Hebr. textui: *si non prævaricata es ut inquinareris sub viro tuo.* Sar. *& si non*, &c. Alii, *& si non declinasti pollutione*, vel *ad impuritatem sub viro tuo*: quasi diceretur; si fidem viro tuo datam servasti.

IMPER. 2. p. s. m. Proverb. 4. v. 15. דֶּרֶךְ רְשָׁעִים שְׂטֵה מֵעָלָיו *declina ab eâ*, nempe *viâ malorum.* Vulg. concisè, *declina.* O. ἔκκλινον δὲ ἀπ' αὐτῶν *declina verò ab eis* (viis malorum).

FUT. 3. p. s. m. in formâ apocopata absque tertia radic. ה, & cum (ֵ) ante du-

plex (י), Prov. 7. v. 25. אַל־יֵשְׂטְ אֶל־דְּרָכֶיהָ לִבֶּךָ. Vulg. *ne declinet ad vias ejus cor tuum.* יֵשְׂטְ pro יִשְׂטֶה. Vulg. *ne abstrahatur in viis illius* (meretricis) *mens tua.* O. μὴ ἐκκλινάτω, &c. *ne declinet*, &c. 3. p. f. f. Num. 5. v. 12. כִּי־תִשְׂטֶה אִשְׁתּוֹ *cùm declinaverit uxor ejus.* Vulg. vir *cujus uxor erraverit ;* fatis intelligitur qualis fit error ille. O. ἐάν παραβῇ ἡ γυνὴ αὐτοῦ *si prævaricata fuerit uxor ejus.*

שִׁטָּה m. Vulg. & alii, *spina*, *cedrus*, aut ejus *lectissima* quædam *species ;* est nomen arboris spinosæ, cujus lignum est imputrescibile: *spina*, vel *cedrus*. Av... videtur notari *cedrus optima.* Quidam, *pinum* intelligunt. Coccejus. S. Hieron. arborem in eremo nascentem esse tradit, spinæ albæ similem ; cujus lignum imputribile & omnium lignorum levissimum est, robore, soliditate, nitore, & pulchritudine cætera facilè superans. *Setim* ille appellavit : unde & arca fœderis, & tabernaculum & omnia ejus vasa sunt facta magnâ ex parte, quæ lignea scilicet fuere. Merc. Isai. 41. v. 19. אֶתֵּן בַּמִּדְבָּר אֶרֶז שִׁטָּה. Vulg. *dabo in solitudinem cedrum & spinam.* Alii, *dabo in deserto cedrum Schittæ*, vel *Sittæ*, vel *Setbim.* Cedri proprium genus est, unde *ligna Setim.* Grot. Alii, *lectissimam cedrum.* Apud O. vacat. Pl. m. Exod. 25. v. 5. וַעֲצֵי שִׁטִּים, Schmidius, *& ligna Schittim* (cedrorum nobilissimarum sic dictarum). Vulg. *& ligna Setim.* O. καὶ ξύλα ἄσηπτα *& ligna imputribilia*, quod cedro maximè convenit. Cast. Erat hoc genus ligni quod in deserto circa montem Sinai crevit. Quidam sic dictum volunt à loco, Num. 25. v. 1. ubi maxima horum lignorum copia. Synopsis Critic. hic. Rad. שָׁטַט inusit. Sunt qui referunt ad שׁוּט *circumivit*, &c.

שָׁטַח QAL. Vulg. & alii, *expando*, *sicco*, *extendo*, *dilato*, *expono in latitudinem ;* cognatum cum שָׁחַט *mactavit*, pecudem expansam. Hinc πτάζω *extendo*, *distendo*, &c. Av. Lxx. καταστρωννύω *sterno*, ψύχω *frigidum facio*, *torreo*, *sicco*, *refrigero*, Mſ. Alex. κοιτάζω *jacère facio.*

Praet. 3. p. plur. c. cum præf. & affix. Jerem. 8. v. 2. וּשְׁטָחוּם לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ. Vulg. *& expandent ea ad solem & lunam* (ossa eorum qui habitaverunt Jerusalem). O. καὶ ψύξουσιν αὐτά, &c. C. *extendent.* Alii, *& expandent ea soli & lunæ ;* fortè legendum κοιτάξουσι *jacère facient*, non ψύξουσι.

Ben. f. m. Job. 12. v. 23. שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם וַיַּנְחֵם. Vulg. *& subversas* (Gentes) *in integrum restituit.* Alii, *expandit gentes & ducit eas*, vel *pandit gentibus* locum, vel *gentes dissipat*, vel *expandens.* O. καταστρωννύων ἔθνη καὶ καθοδηγῶν αὐτά *sternens gentes & in via deducens eas.*

Infin. שָׁטוֹחַ *expandendo.*

Fut. 3. p. f. f. cum præf. 2. Reg. 17. v. 19. וַתִּשְׁטַח עָלָיו הָרִפוֹת. Vulg. participialiter & præf. (כ) per *quasi* vertit; *quasi siccans ptisanas.* Alii, *& diffudit super illud* (tegumentum) *molam fractam*, vel *& expandit*, stravit, *super eo molam* (grana commolita), vel *& expandit super eum* (puteum) *contusa grana*, vel *hordeum*, vel *triticum contusum.* Ptisana est hordeum decorticatum. Mar. O. καὶ ἔψυξεν (Al. ἐκοίτασεν) ἐπ' αὐτῷ ἀραφώθ, (Alex. Mſ. Ἀραφώθ) *& siccavit super illud* (velum) *Araphoth ;* ubi vides vocem ipsam Hebraicam nonnihil immutatam ut in Alex. Mſ. in quo insuper per ἐκοίτασεν, intelligi mihi videtur, *incurvavit*, id est, *jacere fecit ;* quibus verbis ad alias versiones revocamur. 3. p. pl. m. cum præfix. Num. 11. v. 32. וַיִּשְׁטְחוּ לָהֶם שָׁטוֹחַ. Vulg. *& siccaverunt eas* (coturnices). Alii, quas *expanderunt sibi expandendo*, vel *& expanderunt sibi :* passim acervos accumularunt. O. καὶ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμούς *& refrigeraverunt sibi refrigeria.*

PIEL שִׁטַּח pro שִׁטֵּחַ, *expando ;* unde Praet. 1. p. f. c. Psal. 87. Hebr. 88. v. 10. שִׁטַּחְתִּי אֵלֶיךָ כַפָּי. Vulg. & alii, *expandi ad te manus meas.* O. v. 9. διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου, idem.

שְׁכֶם & שֶׁכֶם, m. O. ζυγός *jugum*, νῶτος & νῶτον, *dorsum*, τράχηλος *collum*, ὠμία & ὦμος, *humerus*. Vulg. & alii, *humerus*, *pars*, *portio*, *latus*, *dorsum*, *tumulus*, *agger*, *angulus*, *junctura*. Gen. 9. v. 23. וַיָּשִׂימוּ עַל־שְׁכֶם שְׁנֵיהֶם *& posuerunt super humerum ambo* (vestem). Vulg. pluraliter, *humeris suis* (imposuerunt pallium). In pausâ cum dupl. (‥), שֶׁכֶם *ad latus*, vel *sicut humerum*, vel *metam* (pones eos). Cum ה locali, שְׁכֶמָה *Sichemam versùs*, vel *versùs Sichem*. Cum affix. שִׁכְמוֹ *humerus ejus*, vel *suus*, m. pro varietate locorum, שִׁכְמָהּ *humerus ejus*, f. שִׁכְמֶךָ, cum (‥) sub מ pro (·) ob pausam, *humero tuo*, m. שִׁכְמִי *humero meo*, c. שִׁכְמָם *humero eorum*, vel *suo*, m. Cum præf. & affix. מִשִּׁכְמוֹ *ab humero suo*, m. Job. 31. v. 22. (sine mappiq), מִשִּׁכְמָה *ab humero suo*, f. Alii deducunt tamquam à שִׁכְמָה, f. sine affix. vertuntque verba illa, כְּתֵפִי מִשִּׁכְמָה תִפּוֹל *humerus meus*, inde *à scapulâ cadat*. Ibi R. Salom. שִׁכְמָה, explicat רֹחַב הַכָּתֵף ὠμοπλάτην. Coccei. Alii, *scapula mea ab humero decidat*. Vulg. *humerus meus à juncturâ suâ cadat*,

O. ἀποσταίη ἄρα ὁ ὦμός μου ἀπὸ τῆς κλειδὸς *discedat humerus meus à juncturâ.* Olympiod. κλεῖδα vocat juncturam humeri cum collo. Theodotio autem & Symmachus pro κλειδὸς, ille quidem reddidit, ἀπὸ τοῦ αὐχένος *à cervice, & jugulo :* hic autem ἀπὸ τοῦ ἀκρωμίου *à summo humero.* S. Aug. *discedat humerus meus à jugulo meo.* Nobilius .... Rad. שָׁכַם inusit. in Hiphil, *manè surrexit*, &c. sunt qui שְׁכֶם pro ipsâ radice ponunt, tanta est varietas; unusquisque in suo sensu abundet; puto magis satagendum esse de vero sensu scripturæ quàm de radice Verborum, maximè ubi est aliquod dubium, quod non facilè tollatur.

שֶׁכֶם Mass. *Schékhem*, Vulg. *Sechem*, 1°. nomen filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, Num. 26. v. 31. 2°. nomen filii Semida, 1. Paral. 7. v. 19. ab hoc metropolis Samariæ in Tribu Manasse, quæ Sichem dicitur. Etym. *pars*, sive *portio*, vel *humerus*, aut *matutinatio*, vel *itio quæ fit manè ;* ex שָׁכַם inusit. in Hiphil, *manè surrexit.* Calasius.

שְׁכֶם Mass. *Schekhém*, Vulg. *Sichem*, 1°. nomen proprium viri qui fuit filius Hemor Hevæi, Gen. 33. v. 19. & 34. v. 2. 2°. metropolis item Samariæ in limitibus Manasse, Gen. 12. v. 6. Josue 20. v. 7. quam ædificavit Jeroboam, 3. Reg. 12. v. 25. Hanc postea dictam Neapolim Hieronymus in traditionibus Hebraicis refert. Dicitur & *Sichar* corruptè. Etym. ut supra in voce præcedenti. Calas.

שִׁכְמִי Mass. *Schikhmí*, Vulg. *Sechemita*, nomen gentilitium, Judic. 9. v. 56. Num. 26. v. 31. Etym. ut supra. Calas.

שָׁכַן vel שָׁכֵן, QAL. Vulg. & alii, *operio, figo tabernacula, adsum, requiesco, jaceo, permaneo, habito, dego, inhabito, moror, commoror, maneo, resideo, sedeo, insideo, procumbo, recumbo, cohabito, incolo, occupo, nidifico, sepelior.* O. ἐπισκιάζω *obumbro*, ἀναπαύομαι *requiesco*, παροικέω *accolo, habito.* Aq. O. κατασκηνόω *habito.* O. Aq. σκηνόω *incolo.* Sym. O. κατοικέω *habito.* O. ἐπικαλοῦμαι *invocor*, ob aliam lectionem, Deut. 12. v. 5. Sym. ἠρεμέω *quiesco.* O. αὐλίζομαι *habito*, ἐπέρχομαι *supervenio.* Sym. ἐδράζομαι *insideo.* O. χαρακόω *consepio.* Ab hoc verbo שָׁכַן, σκηνέω, σκηνόω, σκηνῶ *habito*, σκῆνος, σκηνὴ, σκήνωμα, *scena, habitatio.* Av. Construitur absolutè, cum accusat. & præposit. עִם, עַל & בְּ. Buxt.

PRAET. 3. p. s. m. Exod. 40. v. 35. כִּי־שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן. Vulg. *nube operiente omnia.* Alii, *nam decubuerat in illud* (tentorium) *nubes*, m. vel *eò quòd habitaret super eo nubes.* O. ὅτι ἐπεσκίαζεν ἐπ᾽ αὐτὴν (τὴν σκηνὴν) ἡ νεφέλη *quia obumbrabat super ipsum nubes.* In forma (-), pro (-) ob pausam, שָׁכֵן *habitat*, vel *requiescit.* Cum præf. Isai. 32. v. 16. וְשָׁכַן בַּמִּדְבָּר מִשְׁפָּט. Vulg. *& habitabit in solitudine judicium.* Alii, *habitabit tamen in deserto judicium.* O. καὶ ἀναπαύσεται *& requiescet*, &c. 3. p. s. f. Psal. 93. Hebr. 94. v. 17. כִּמְעַט ׀ שָׁכְנָה דוּמָה נַפְשִׁי. Vulg. *paulominus habitasset in inferno anima mea.* O. παρ᾽ ὀλίγον *habitasset ... properè procubuisset* (in) *silentio anima mea.* Cocc. Alii, *parum absfuisset, quin habitasset*, &c. 2. p. s. m. שָׁכַנְתָּ *habitasti.* 2. p. s. f. cum (י) paragogico, Jerem. 51. v. 13. שכנתי עַל־מַיִם רַבִּים; legendum docent Massorethæ absque (י). Vulg. *quæ habitas super aquas multas.* Hæc vox est composita, inquit R. D. ex שֹׁכֶנֶת participio femin. & שָׁכַנְתְּ præterito. 2. p. s. f. & ratio compositionis est, quasi diceretur, ab initio habitâsti, & etiam adhuc, veniente super te malo, habitas. Pagn. meliùs fortasse legeretur in participio, שֹׁכֶנֶת, cui concordat Ald. edit. κατασκηνοῦσα. O. tamen Vatic. Jerem. 28. v. 13. in plurali vertunt participialiter, κατασκηνοῦντας ἐφ᾽ ὕδασι πολλοῖς, quæ locutus est (Dominus) super .... *habitantes in aquis multis.* Cum præf. וְשָׁכַנְתָּ *& habitabis* (in agro). 1. p. s. c. Proverb. 8. v. 12. אֲנִי חָכְמָה שָׁכַנְתִּי עָרְמָה. Vulg. *ego sapientia habito in consilio.* Alii, *ego* (enim) *sapientia habito* (cum) *prudentiâ*, vel *adsum & cohabito prudentiæ.* O. κατεσκήνωσα *inhabitavi.* Cum præf. וְשָׁכַנְתִּי *& habitabo.* 3. p. plur. c. Psal. 67. Hebr. 68. v. 7. אַךְ־סוֹרְרִים שָׁכְנוּ צְחִיחָה. Vulg. *similiter eos qui exasperant*,

qui habitant in sepulchris (educit). Alii, *tantùm refractarii jacebant in sterili*, vel *contra autem rebelles habitarunt in siccitate*. Schmidius. O. ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις, ut Vulg... Sym. in futuro vertit, κατοικήσουσι *habitabunt*... Aq. in præterito, ἐσκήνωσαν *incoluerunt*. Cum præf. וְשָׁכְנוּ *& habitabunt*.

Ben. f. m. שֹׁכֵן *habitans*. Cum (י) parag. Mich. 7. v. 14. שֹׁכְנִי לְבָדָד יַעַר. Vulg. pluraliter vertit (videturque legisse שֹׁכְנֵי), *habitantes solos in saltu*. Alii, *habitantem* (gregem) *solum sylvam*. O. κατασκηνοῦντας *incolentes*; sicque confirmatur lectio quam Vulg. tribuimus, nempe שֹׁכְנֵי. Cum præf. הַשֹּׁכֵן & הַשֹּׁכֵן, *habitans*. Pl. m. cum præf. הַשֹּׁכְנִים *habitantes*. Constr. שֹׁכְנֵי *habitantes* (domos luti), vel *qui habitant*, vel *habitatores*. Cum præf. וְשֹׁכְנֵי אָרֶץ *& incolæ terræ*, vel *& qui moramini in terrâ*. Cum præf. & aff. Job. 26. v. 5. מִתַּחַת מַיִם וְשֹׁכְנֵיהֶם *sub aquis & qui habitant cum eis*, m. Schmidius, *inferius aquæ* (commoventur) *& habitatores earum*.... Var. de metallis loquitur, quasi diceret: imò extendit sese providentia Dei ad infimas terræ partes, ubi nascuntur inanimata, hoc est, metalla, gemmæ, & id genus alia. Vide Synopsin Criticorum.

Paoul plur. m. construct. cum præf. Judic. 8. v. 11. וַיַּעַל גִּדְעוֹן דֶּרֶךְ הַשְּׁכוּנֵי בָאֳהָלִים. Vulg. *ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur*. Alii, *ascendit autem Gideon viâ habitantium in tentoriis*, vel *viâ morantium*, vel *degentium*, vel *collocatorum in tentoriis*, hoc est, Arabum scenitarum. Jun. O. τῶν σκηνούντων ἐν σκηναῖς *tabernacula habentium*, ἄλλ. κατοικούντων *habitantium*.

Infin. cum præf. וַיְהִי בִּשְׁכֹּן *& fuit cùm habitaret*; vel ad verbum, *in habitando*. Psal. 67. Hebr. 68. v. 19. וְאַף סוֹרְרִים לִשְׁכֹּן יָהּ אֱלֹהִים. Vulg. *etenim non credentes inhabitare Dominum Deum* (accepisti). Alii, *atque etiam refractarios ut componant se ad manendum* (in) *decentiâ Dei*, vel *ut inhabitent* (in tabernaculo) *Jah Dei*, vel *ut inhabitet Dominus Deus*, vel *ut permaneat Jova Deus*, vel *ut habitarent apud te, ô Domine Deus*. Schmidius, *etiamque rebelles* (quod attinet, erunt) *ad habitandum* (in iis) *Jah Deum*. O. καὶ γὰρ ἀπειθοῦντες τοῦ κατασκηνῶσαι. Deinde versu 19. sic incipiunt: κύριος ὁ Θεός. Aq. καὶ περ ἀπειθεῖς τοῦ κατασκηνῶσαι. O. subdistinguentes vertunt: *etenim inobsequentes* (sunt) *ad inhabitandum*. Deinde, *Dominus Deus*, &c. notandum participium esse in nominandi casu, ideo addidi (sunt). Aq. *& etiam rebelles inhabitare*. Sym. ἔτι καὶ ἐν ἀπειθοῦσι κατασκηνῶσαι *insuper & in inobsequentibus ad inhabitandum*; quæ certè non pariunt sensum clarum propter nimiam tenacitatem verborum. Cum præf. & affix. Deut. 12. v. 5. לְשִׁכְנוֹ תִדְרְשׁוּ *ad habitare eum* (locum quem elegerit Dominus) *quæretis*. Alii, ut nomen vertunt: *habitaculum* (inquam) *ejus quæretis*, vel *ut insideat eum*, vel *ut habitetis in eo, curabitis*. Vulg. *&* (ut) *habitet in eo venietis*; retulit ad Deum; & verbum תִדְרְשׁוּ neglexit. O. καὶ ἐπικληθῆναι καὶ ἐκζητήσετε *&* (ut nomen Dei) *invocetur, & exquiretis*. Aliter legerint necesse est, videnturque affixum (ו) vocis לְשִׁכְנוֹ sejunxisse, & legisse consequenter, וְתִדְרְשׁוּ *& exquiretis*; quomodo autem residuum vocis legerint, fateor, non video, לְשִׁכְנִי *ut inhabitem*; ad verbum, *ad habitare me*, c.

Imper. 2. p. f. m. שְׁכֹן, & cum maqqaph, שְׁכָן־אֶרֶץ *inhabita, incole terram*, vel *mane in terrâ*. Cum præfix. Psal. 36. Hebr. 37. v. 27. וּשְׁכֹן לְעוֹלָם. Vulg. *& inhabita in sæculum sæculi*. Similiter O. καὶ κατασκήνου εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Sym. καὶ ἡσυχάσεις *& quiesces*, &c. S. Hieron. *& inhabita in sempiterno*. 2. p. plur. m. cum præfix. וְשִׁכְנוּ *& habitate*) in petrâ).

Fut. 3. p. f. m. Gen. 16. v. 12. וְעַל־פְּנֵי כָל־אֶחָיו יִשְׁכֹּן. Vulg. *& è regione universorum fratrum suorum figet tabernacula* (Ismaël). Alii, *quanquam coram omnibus fratribus suis habitabit*. O. κατοικήσει *habitabit*. Cum maqqaph, Job. 38. v. 19. אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ יִשְׁכָּן־אוֹר. Vulg. indica mihi, si nosti, omnia, *in quâ viâ lux habitet*. (Aliud exemplar sine maqqaph,

maqqáph, legit אֵיזֶה). Alii, *ubinam* (est) *via* (ad locum ubi) *habitat lux?* vel *quæ* (sit) *via* (in quâ) *habitet*, vel *habitabat lux?* indica *quâ terræ parte lux commoretur*, & quâ tenebræ. Merc. O. ποίᾳ δὲ γῇ αὐλίζεται τὸ φῶς; Chrys. οἱ ἄλλοι, σκηνοῖ, ἤγουν *quâ autem in terrâ habitet lux?* Alii, qui in Hexaplis nominantur, nempè Aq. *habitat*. Theod. *quiescit*. Cum præf. וַיִּשְׁכֹּן *& habitabit* (in tentoriis Schemi.) Job. 15. v. 28. וַיִּשְׁכּוֹן עָרִים נִכְחָדוֹת, vel וַיִּשְׁכֹּן. Vulg. *habitavit* (impius) *in civitatibus desolatis*. Alius, *& habitat in urbibus excisis*. O. αὐλισθείη δὲ πόλεις ἐρήμους *habitet autem civitates desertas*. 3. p. f. f. תִּשְׁכֹּן & תִּשְׁכָּן, *habitabit*. Cum maqqáph, Job. 3. v. 5. תִּשְׁכָּן־עָלָיו עֲנָנָה. Vulg. *occupet eum* (diem) *caligo*. Alii, *habitet super eo nubes*. O. ἐπέλθοι ἐπ' αὐτὴν γνόφος. Aq. νέφωσις. Sym. ἀχλύς. Theod. συνοχία, vel ut in Hexaplis, συνέφεια, in quibus hæ variæ versiones referuntur ad vocem חֹשֶׁךְ *obscuritas*; at in O. Lamberti Bos, ad vocem עֲנָנָה. O. *superveniat in eam* (diem) *caligo*. Aq. *nubilum*. Sym. *obscuritas*... Theod. (in Nobilio pro eo, Theodoretus citatur) *densitas nubium*. In Hexaplis, *nubium coactio*, vel si malit quis, *nubium congregatio*. 1. p. f. c. Isai. 57. v. 15. מָרוֹם וְקָדוֹשׁ אֶשְׁכּוֹן. Vulg. participialiter, *in excelso & in sancto habitans*. Alii, (equidem) *in alto & sancto* (loco) *habito*. O. participialiter, ὕψιστος ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος *altissimus in sanctis requiescens*. Cum maqqaph, Ezech. 43. v. 7. אֲשֶׁר אֶשְׁכָּן־שָׁם בְּתוֹךְ בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל לְעוֹלָם. Vulg. *ubi habito in medio filiorum Israël in æternum*. Alii, *ubi habitabo*, &c. vel *in quo habitabo ibi*; redundat, *ibi*. Expositio autem est illius quod dixerat, *& locum plantarum pedum meorum*. Vatabl. O. ἐν οἷς κατασκηνώσει τὸ ὄνομά μου ἐν μέσῳ... *in quibus habitabit nomen meum*, &c. videntur legisse יִשְׁכָּן־שְׁמִי, in tertia pers. pro prima, & שְׁמִי pro שָׁם. Cum ה parag. אֶשְׁכְּנָה (si) *habitavero* (in extremis maris). Cum præf. Job. 29. v. 25. וָאֶשְׁכּוֹן כְּמֶלֶךְ בַּגְּדוּד. Vulg. *cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu*. Alii, *& habitabam ut rex in turmâ*; non solus procumbebam, sed cum multis. Coccei. Vel, *& habitabo*, &c. O. καὶ κατεσκήνουν ὡς τὸ λ. *& habitabam*, &c. Insuper cum ה paragogico, Psal. 54. Hebr. 55. v. 7. אָעוּפָה וְאֶשְׁכֹּנָה. Vulg. *& volabo, & requiescam?* O. καὶ πετασθήσομαι καὶ ἀναπαύσω, idem. Sym. πετασθῆναι καὶ ἐδρασθῆναι *ad volandum & insidendum?* S. Hieron. *ut volem, & requiescam?*... *avolabo* (enim) *ubi habitem*. Schmidius.... 3. p. plur. m. Nahum. 3. v. 18. יִשְׁכְּנוּ אַדִּירֶיךָ. Vulg. *sepelientur principes tui*, m. O. βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισε τοὺς δυνάστας σου *rex Assyrius consopivit fortes tuos*; sic jungunt & vertunt O. qui, secundùm Ludov. Cappellum Criticæ Sacræ, lib. 4. p. 260. legerunt יָשְׁכְּבוּ, (per ב pro נ), quæ lectio videtur omnino melior atque commodior, est enim vox illa synonyma voci præcedenti נָמוּ *sopiti sunt*... mihi videntur legisse שָׁכְבוּ, quod per præteritum reddiderunt, ἐκοίμισε *consopivit*; lectio illa יִשְׁכְּבוּ mihi videtur congruere versioni Vulg. *sepelientur*; significat enim *jacebunt, dormient*; unde potuit reddere Vulg. interpres, *sepelientur*; vel voci יִשְׁכְּנוּ, prout est in textu Massorethico, significationem *sepulturæ* attribuit. Alii, *jacent*, vel *desident*, vel *requiescent*, subaudi in sepulchris, *magnifici tui*. In pausâ, cum hhòlem pro (ֹ), Jerem. 49. v. 31. בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ. Vulg. *soli habitant*. O. μόνοι καταλύουσι *soli habitant*. Alii, *solitaria habitant*. Cum præfix. וְיִשְׁכְּנוּ *& habitabunt*, וַיִּשְׁכְּנוּ *& habitârunt*. 3. p. plur. f. Ezech. 17. v. 23. כָּל־כָּנָף בְּצֵל דָּלִיּוֹתָיו תִּשְׁכֹּנָּה (aliud exemplar sine daghésch in נ, תִּשְׁכֹּנָה) utraque vox contractè, pro תִּשְׁכֹּנְנָה. Vulg. *& universum volatile sub umbra frondium ejus nidificavit*. Alii subdistinguentes & ad præcedentia referentes duas primas voces, sic reddunt; habitentque sub illo omnis avis *cujuscumque alæ; in umbrâ ramorum illius habitent*. O. καὶ πᾶν πετεινὸν ὑπὸ τὴν σκιὰν (Compl. addit. τῶν κλάδων) αὐτοῦ ἀναπαύσεται *& omne volatile sub umbra* (Complut. *ramorum*) *ejus requiescet*.

PIEL שִׁכֵּן. O. κατασκηνόω *habitare facio*,

κατασκηνόω habitare facio, ἐπικαλοῦμαι *invocor.* Vulg. & alii, *habito, ſum, inhabitare facio, inhabitandum do, colloco ad habitandum, fixum eſſe facio, figo.*

PRAET. 3. p. ſ. m. Pſal. 77. Hebr. 78. v. 60. וַיִּטֹּשׁ מִשְׁכַּן שִׁלוֹ אֹהֶל שִׁכֵּן בָּאָדָם. Vulg. *& repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, ubi habitavit in hominibus.* O. οὗ κατεσκήνωσεν *ubi habitavit*, &c. Ald. Complut. ὃ κατεσκήνωσεν *quod collocavit*, vel *quod habitare fecit.* Alii, *ideò deſeruit habitaculum ſchiluntis; tentorium* (ubi) *habitavit inter homines*, vel *quod collocârat*, vel *fixerat in hominibus.* 1. p. ſ. c. Jerem. 7. v. 12. אֲשֶׁר שִׁכַּנְתִּי שְׁמִי שָׁם בָּרִאשׁוֹנָה. Schmid. *ubi habitare feci nomen meum olim* (de Silo id dicitur). Vulg. in 3. p. vertit, *ubi habitavit nomen meum à principio*; ad litteram poſſet verti: *quia habitare feci*, vel *collocavi nomen meum illîc*, &c. O. οὗ κατεσκήνωσα τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ ἔμπροσθεν *ubi collocavi*, vel *habitare feci nomen meum ibi antea.* Cum præf. Jerem. 7. v. 7. וְשִׁכַּנְתִּי אֶתְכֶם. Vulg. *habitabo vobiſcum.* Alii, *tunc habitare faciam vos*, vel *collocabo vos*, m. O. καὶ κατοικιῶ ὑμᾶς *& habitare faciam vos.*

INFIN. cum præf. Deut. 12. v. 11. לְשַׁכֵּן שְׁמוֹ שָׁם. Vulg. *ut ſit nomen ejus in eo* (loco). Alii, *ad figendum nomen ſuum ibi*; ubi faceret nomen ſuum reſidere; hoc eſt, ut diceretur Dominus ibi habitare, videlicet in nube, & deinde ſolo nomine, quatenus domus erat futura typus & figura manifeſtationis Dei in carne. Coccei. Vel *ad habitare faciendum*, &c. O. ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ *ut invocetur nomen ejus ibi.* Suſpicor aliquam mutationem eſſe in O. aut fortè ſic verterunt, quia finis habitationis nominis Dei in loco ſelecto, eſt invocatio populi ejus, id eſt, ideo ibi habitat Deus, quia ibi invocari vult à populo ſuo.

FUT. 1. p. ſ. c. cum præf. & ה paragog. Jerem. 7. v. 3. וַאֲשַׁכְּנָה אֶתְכֶם בַּמָּקוֹם הַזֶּה. Vulg *& habitabo vobiſcum in loco iſto.* Alii, *tum habitare faciam vos in loco hoc.* Sym. *& confirmabo vos*, &c. ex Hieron. citatur in Hexaplis abſque Græco. O. καὶ κατοικιῶ

ὑμᾶς *& habitare faciam vos*; in ſenſu enim tranſitivo eos accipi exigit regimen, & Hebraica vox; maluit Vulg. interpres in ſenſu intranſitivo vertere, nec in eo culpandus; quid enim de ſenſu demis, ſi dicas, *habitabo vobiſcum*, pro *habitare faciam vos*, præſertim cùm de Deo dicitur?

HIPHIL הִשְׁכִּין, ſignificatio τοῦ PIEL, hîc eadem eſt; exempla ſequuntur, in ſenſu tranſitivo ſcilicet.

PRAET. 1. p. ſ. c. Ezech. 32. v. 4. וְהִשְׁכַּנְתִּי עָלַיִךְ כָּל־עוֹף הַשָּׁמַיִם. Vulg. *& habitare faciam ſuper te omnia volatilia cœli.* Alii, *& faciam ut reſideat ſuper te omnis ales cœli.* O. καὶ ἐπικαθιῶ ἐπὶ σὲ, καὶ τὰ λ. *& ſedere faciam ſuper te*, &c. vel *& collocabo ſuper te.*

FUT. 3. p. ſ. m. in forma (-), Pſal. 7. v. 6. וּכְבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן. Vulg. *& gloriam meam in pulverem deducat*.... Cocceius, *& gloriam meam* (præſtantiſſimum mei) *faciat in pulverem procumbere*, vel, ut alii, *in pulvere faciat habitare.* O. καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι, ut Vulg. *& gloriam meam in pulverem deducat*; vel *in pulvere faciat habitare.* Cum præfix. Gen. 3. v. 24. וַיַּשְׁכֵּן מִקֶּדֶם לְגַן־עֵדֶן אֶת־הַכְּרֻבִים. Vulg. *& collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim.* Alii, *& fecit ut reſiderent* (manerent) *ab Oriente horti Eden Cherubini*, vel *& habitare fecit .... Cherubinos.* O. καὶ κατῴκισεν αὐτὸν (Ἀδὰμ) ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, καὶ ἔταξε τὰ χερουβὶμ *& collocavit eum contra paradiſum voluptatis: & ordinavit Cherubim*; duplici verbo expreſſerunt, וַיַּשְׁכֵּן, majoris claritatis gratiâ. 2. p. ſ. m. Job. 11. v. 14. וְאַל־תַּשְׁכֵּן בְּאֹהָלֶיךָ עַוְלָה. Vulg. *&* (ſi) *non manſerit in tabernaculo tuo injuſtitia*; ſumpſit Vulg. interpres תַּשְׁכֵּן, tamquam tertiam perſonam femininam, imò videtur legiſſe תִּשְׁכֹּן, ut cæteri de quibus infrà. Alii, *& ne ſinas reſidere in tentoriis tuis injuſtitiam*, vel *& ne facias habitare in tentoriis tuis perverſitatem.* O. cum Vulg. ſimiliter Aq. Sym. & Theod. in tertiâ perſonâ f. interpretati ſunt. O. quidem ſic. ἀδικία δὲ ἐν διαίτῃ σου μὴ αὐλισθήτω *iniquitas autem in habitatione tuâ non maneat.* Aq. μὴ σκηνωσάτω ἐν σκέπῃ σου παρανομία. Sym. &

Theod. ſimiliter exceptis his , *ἐν σκηνῇ σου* , pro *ἐν σκέπῃ σου*. Aq. *ne habitet in tentorio tuo iniquitas*. Sym. & Theod. *in tabernaculo tuo* ; hi omnes videntur legiſſe תִּשְׁכֹּן, in 3. p. ſ. f. futuri τῦ Qal , pro תַּשְׁכֵּן. 3. p. plur. m. cum præf. Joſ. 18. v. 1. וַיַּשְׁכִּינוּ שָׁם אֶת־אֹהֶל מוֹעֵד. Vulg. *ibique* (in Silo) *fixerunt tabernaculum teſtimonii*. Alii , *& habitare fecerunt ibi tabernaculum conventûs*. O. *καὶ ἔπηξαν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου & fixerunt ibi tabernaculum teſtimonii*.

שְׁכַן PEAL , Chald. *habito , commoror* ; unde

Fut. 3. p. plur. f. Dan. 4. v. 18. וּבְעַנְפּוֹהִי יִשְׁכְּנָן צִפְּרֵי שְׁמַיָּא. Vulg. participial. vertit : *& in ramis ejus commorantes aves cœli* ... Schmid. *&* (quod) *in ramis ejus habitaculum habuerint aves cœlorum*. O. *καὶ ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ κατεσκήνουν τὰ ὄρνεα τοῦ οὐρανοῦ & in ramis ejus habitabant aves cœli* , vel *commorabantur*.

PAEL שַׁכִּן , Praet. 3. p. ſ. m. ex terminatione hhiriq pro (-), Eſdr. 6. v. 12. וֵאלָהָא דִּי־שַׁכִּן שְׁמֵהּ תַּמָּה. Vulg. *Deus autem qui habitare fecit nomen ſuum ibi* ; ſic alii. O. *καὶ ὁ Θεὸς οὗ κατασκηνοῖ τὸ ὄνομα ἐκεῖ & Deus cujus inhabitat nomen ibi* ; videntur legiſſe שְׁכֵן pro שַׁכִּן , quoniam verterunt intranſitivè.

שָׁכֵן adject. m. O. Verbaliter , *κατασκηνόω* , *κατοικέω* , *οἰκέω habito* , *ὁμορέω confinis ſum*. Adjectivè , *γείτων vicinus* , *πάροικος advena* , *ὁ περίοικος circumhabitator*. Vulg. & alii , *habitans , habitator , vicinus* ; ſic dictus , quòd propè habitet ; *inhabitator*. Conſtr. שְׁכֵן שֹׁמְרוֹן *vicinus Samariæ*. Cum præf. & affix. וּשְׁכֵנוֹ *& vicinus ejus* , m. Plur. m. cum affix. וְאֶל כָּל־שְׁכֵנָיו *& ad omnia vicina ejus* , m. Cum præf. & affix. וּשְׁכֵנָיו *& vicini ejus* , m. לִשְׁכֵנָיו *vicinis ejus* , m. וְאֶת־שְׁכֵנֶיהָ *& vicinos ejus* , f. וּשְׁכֵנֶיהָ *& vicini ejus* , f. שְׁכֵנַיִךְ *vicini tui* , f. Cum (י) parag. quod non eſſe legendum docent Maſſorethæ , & cum (·) pro (-) ob pauſam , שְׁכֵנַיִכִי *vicinis tuis* , f. ſcribunt & legunt Maſſorethæ , שְׁכֵנַיִךְ. Jerem. 12. v. 14. כֹּה אָמַר יְהוָה עַל־כָּל־שְׁכֵנַי הָרָעִים. Vulg. *hæc dicit Dominus adversùm omnes vicinos meos peſſimos* , c. וְלִשְׁכֵנַי *& vicinis meis* , c. לִשְׁכֵנֵינוּ *vicinis noſtris* , c. Sing. fem. cum præf. & affix. (quaſi à ſingul. שְׁכֶנֶת) מִשְּׁכֶנְתָּהּ , & *petet mulier à vicinâ ſuâ*. Plur. fem. (quaſi à ſingul. שְׁכֵנָה) , cum præf. הַשְּׁכֵנוֹת *vicinæ*. Rad. שָׁכַן *habitavit , manſit*.

שְׁכַנְיָה vel שְׁכַנְיָהוּ , Maſſ. *Schkhaniáh & Schkhaniahóu* , Vulg. *Sechenias* vel *Sechenia* , nomen viri , 1. Paral. 3. v. 21. & 24. v. 11. 2. Paral. 31. v. 15. cum præf. וּשְׁכַנְיָהוּ *& Sechenias* , לִשְׁכַנְיָהוּ *Sechenia*. Etym. *vicinus Dominus* , aut *habitat Dominus* ; ex שָׁכַן *habitavit* , vel שָׁכֵן *vicinus* , & יָהּ *Dominus*.

שָׁכַר QAL. Vulg. & alii , *inebrior , ſitim expleo , poto , largiùs bibo , ebrius ſum , bacchor , furo , inſanio , temulentus ſum*. O. *μεθύω ebrius ſum* , *μέθη ebrietas*. Agg. 1. v. 6... *μεθύσομαι inebrior*. Cognatum cum שָׁקַר in Piél , *ſcurriliter egit* : nam ebrii ſcurriliter ſe gerunt. Hinc *σκιέρα ſicera* , *σκαίρω ſalto* , ut ebrius : *σκαρίζω tripudio*. Av.

Praet. 3. p. plur. c. Iſai. 29. v. 9. שָׁכְרוּ וְלֹא־יַיִן. Vulg. in imperandi modo (videtur legiſſe שִׁכְרוּ) *inebriamini & non à vino*. Alii , *ebrii ſunt & non vino* ; ut ebrii neſciunt , quid dicant , aut quid faciant : ita illi. Coccei ; vel *inebriati ſunt ſine vino*. O. in hoc verſu voces Hebræas breviaverunt , & tranſpoſuerunt. Confer & judica.

Paoul ſ. f. conſtr. cum præf. Iſai. 51. v. 21. Vulg. idcirco audi hoc paupercula , וּשְׁכֻרַת וְלֹא מִיָּיִן *& ebria non à vino*. Alii , *& ebria , & non à vino* ; titubans , vacillans. Coccei , vel *& ebria , ſed non à vino*. O. *καὶ μεθύουσα οὐκ ἀπὸ οἴνου & ebria non à vino*. Hîc eſt ellipſis ſubſtantivi poſterioris , ſubauditur enim צָרוֹת poſt וּשְׁכֻרַת , *& ebria afflictionibus* , aut רָעוֹת *malis*. Quidam ad enallagen ſtatûs conſtructi pro integro referunt. Glaſſius.

Infin. cum præf. & ה paragogico , hhólem tranſpoſito & mutato in (· hhatoúph ſub prima radicali שׁ , Agg. 1. v. 6. שָׁתוֹ וְאֵין־לְשָׁכְרָה. Vulg. in præterito vertit , *bibiſtis , & non eſtis inebriati*. Alii , *bibendo , ſed non ad inebriandum* , vel *& non eſt ad ebrietatem* : poteſt enim eſſe & ma-

kor, ſeu Infinit. & nomen, Pagn.... eſt Infin. cum paragoge, Cocceio, vel *ſed minimè ad ebrietatem*, vel *ſaturitatem*, vel *hilaritatem*, quia non ſatis fuit vini. Grot. non ad ſitim reſtinguendam. Vatabl. O. ἐπίετε ϗ οὐκ εἰς μέθην *bibiſtis, & non ad ebrietatem*; ſicut nomen ſumpſerunt.

IMPER. 2. p. plur. m. cum præf. Cant. 5. v. 1. שְׁתוּ וְשִׁכְרוּ דּוֹדִים. Vulg. *& bibite, & inebriamini, chariſſimi.* Alii, *bibite, & inebriamini amoribus*, aut ſuavitatibus amoris implemini. Coccei.... nempe ſpiritali ebrietate. Calov. O. ϗ πίετε, ϗ μεθύσθητε ἀδελφοί *& bibite, & inebriamini, fratres.*

FUT. 3. p. ſ. m. cum præfix. & (ּ) pro (ּ) ob pauſam, Gen. 9. v. 21. וַיֵּשְׁתְּ מִן־הַיַּיִן וַיִּשְׁכָּר. Vulg. *bibenſque* (Noë) *vinum inebriatus eſt.* Alii, *& bibit de vino, & inebriatus eſt.* O. ἐμεθύσθη *inebriatus eſt.* 2. p. ſ. f. תִּשְׁכְּרִי *inebriabis te.* 3. p. plur. m. cum ן paragogico, & (ּ) in penult. pro (ּ), Iſai. 49. v. 26. וְכֶעָסִיס דָּמָם יִשְׁכָּרוּן. Vulg. *& quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur*, Cocceius (mutuo) *inebriantur.* Qui cum gaudio ſanguinem fundit, videtur cum bibere. O. ϗ πίονται ὡς οἶνον νέον τὸ αἷμα αὐτῶν, ϗ μεθυσθήσονται *& bibent, quaſi vinum novum, ſanguinem ſuum, & inebriabuntur.* Cum præfix. Gen. 43. v. 34. וַיִּשְׁתּוּ וַיִּשְׁכְּרוּ עִמּוֹ. Vulg. *biberuntque & inebriati ſunt cum eo.* Alii, *ita biberunt, & ad ſatietatem biberunt cum ipſo*... Sanctus Auguſtinus refert peccatum ebrietatis fuiſſe olim excuſatum à quibuſdam hoc Joſephi exemplo, qui cum fratribus inebriatus eſſe dicitur. Verùm rectè Hieron. in Tr. Hebr. obſervat, שָׁכָר *ſatietatem*, non ejuſmodi immodicum exceſſum idiomate linguæ Sanctæ notare. Adde Joan. II. v. 10... hæc Theodoricus Hackſpanius in hunc locum annotat, p. 244. primæ partis notarum Philologicarum. Vide Synopſin Criticorum, in quâ exponitur vox Hebræa, *potaverunt liberaliter*, citra crapulam tamen. O. ἔπιον δὲ, ϗ ἐμεθύσθησαν μετ' αὐτοῦ *& biberunt, & inebriati ſunt cum eo.* Nobilius ſequentia hic annotat. S. Hieron. Idioma linguæ Hebraïcæ eſt, ut *ebrietatem* pro *ſatietate* ponat. Quod etiam notat S. Auguſtinus, quæſt. 144.

PIEL שִׁכֵּר *inebrio, potu dulci inebrio*; unde BEN. ſ. f. cum duplici (ּ) ante ת, Jerem. 51. v. 7. מְשַׁכֶּרֶת כָּל־הָאָרֶץ *inebrians* (calix) *omnem terram.*

INFIN. Habac. 2. v. 15. וְאַף שַׁכֵּר *etiamque inebriando.* Vulg. participialiter, *& inebrians*, ut aſpiciat nuditatem ejus. O. ſimiliter, ϗ μεθύσκων *& inebrians.*

FUT. 3. p. ſ. m. cum præf. & affix. 2. Reg. 11. v. 13. וַיְשַׁכְּרֵהוּ *& inebriavit eum* (Uriam). O. ϗ ἐμέθυσεν αὐτὸν, idem. 1. p. ſ. c. cum præf. & affix. Iſai. 63. v. 6. וַאֲשַׁכְּרֵם בַּחֲמָתִי. Vulg. *& inebriavi eos in indignatione meâ.* Alii, *& inebriabo eos in æſtu meo.* Sym. Theod. ϗ ἐμέθυσα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου *& inebriavi eos in furore meo.* Apud O. vacat.

HIPHIL הִשְׁכִּיר *inebrio, inebriari facio*; unde PRAET. 1. p. ſ. c. cum præf. Jerem. 51. v. 57. וְהִשְׁכַּרְתִּי שָׂרֶיהָ. Vulg. *& inebriabo principes ejus.* O. ϗ μεθύσει μέθῃ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῆς *& inebriabit ebrietate præfectos ejus*; fortè legerunt וְהִשְׁכִּיר, in 3. p. ſ. m. aut non adhæſerunt litteræ. Cum præfix. & affix. Jerem. 51. v. 39. וְהִשְׁכַּרְתִּים *& inebriabo eos*, ut exultent, & dormiant ſomnum æternum. Faciam eos vociferari, ut ebrii ſolent, & tum procumbere. Cocceius. O. ϗ μεθύσω αὐτοὺς *& inebriabo eos.*

IMPER. 2. p. plur. m. cum affix. & (ּ) pro (ו) in penult. Jerem. 48. v. 26. הַשְׁכִּירֻהוּ כִּי עַל־יְהוָה הִגְדִּיל *inebriate eum, quia contra Dominum ſe extulit.* O. μεθύσατε αὐτὸν, &c. *inebriate eum*, &c.

FUT. 1. p. ſ. c. Deut. 32. v. 42. אַשְׁכִּיר חִצַּי מִדָּם *inebriabo ſagittas meas ſanguine*, vel *ebria faciam tela mea ex ſanguine.*

HITHPAEL הִשְׁתַּכֵּר, cum metatheſi ſolita ש & ת. Vulg. & alii, *ebrius ſum, inebrior, ebrium ago, inebrio me ipſum*; unde Futur. 2. p. ſ. f. cum ן paragogico, & & (ּ) in penult. pro (ּ) ob pauſam, 1. Reg. 1. v. 14. עַד־מָתַי תִּשְׁתַּכָּרִין *uſquequò ebria eris?* O. ἕως πότε μεθυσθήσῃ; *quouſque eris ebria?* Alii, *quouſque ages ebriam?* vel *ut ebriam te geres?*

שָׂכַר QAL. Vulg. & alii, *mercede conduxit, locavit, mercedem dedit, emit, mercatus est.* Quidam cum radice סָכַר viciná, quæ est *obstruere*, conferentes, exponunt, *certo pretio circumscribere, & concludere*, quod est, *conducere*, ne quis ultrà liber, sed alicui addictus sit, & obstrictus. Merc. O. μισθοῦμαι *mercede conduco*, σὰρξ *caro*. Proverb. 26. v. 10. ob aliam lectionem.... simili de causâ ibid. συντρίβω *contero*. Aq. Theod. μισθόω *mercede conduco*.

PRAET. 3. p. s. m. Deut. 23. v. 5. וַאֲשֶׁר שָׂכַר עָלֶיךָ אֶת־בִּלְעָם. Vulg. pluraliter expressit, *& quia conduxerunt contra te Balaam.* Alii, *& quia conduxit contra te Bileamum.* O. καὶ ὅτι ἐμισθώσαντο, &c. *& quia mercede conduxerunt*, &c. Cum affix. Nehem. 6. v. 12. שְׂכָרוֹ *mercede conduxerat eum* (falsum prophetam). O. qui vertunt ἐμισθώσαντο, videntur legisse sine affix. in 3. p. pl. c. שָׂכְרוּ *mercede conduxerunt.* Vulg. similiter legisse videtur cum additamento tamen affixi, cùm verterit: *conduxissent eum*, vel est singularis numerus pro plurali, ut multa sunt exempla in Sacrâ Scripturâ. 1. p. s. c. cum affix. Gen. 30. v. 16. כִּי שָׂכֹר שְׂכַרְתִּיךָ. Vulg. *quia mercede conduxi te*, m. Alii, *quia conducendo conduxi te.* O. μεμίσθωμαι γάρ σε *mercede enim conduxi te.*

BEN. s. m. cum præf. Proverb. 26. v. 10. וְשֹׂכֵר כְּסִיל וְשֹׂכֵר עֹבְרִים. Vulg. *& qui imponit stulto silentium, iras mitigat.* Alii, *& mercedem reddit stulto, & mercedem reddit transgressoribus*, vel *& conducens stultum, & conducens transeuntes*, vel admodum confundit omnia, *qui mercedem dat insano, & mercedem dat transgressoribus.* Alii, aliter, ut videri potest in Synopsi Critic. id unum addam. Alii dicunt שֹׂכֵר, significare סֹכֵר *obstruens*, aut *claudens*; quasi diceretur, *obstruit os stulto & transgressoribus.* Quidam in Vatabl.... juxta hanc ultimam expositionem vertisse videtur Vulg. interpres, *& qui imponit stulto silentium*; quomodo autem quæ sequuntur, legerit, non facile est dicere. O. totum versum sic vertunt: Πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων, συντρίβεται γὰρ ἡ ἔκστασις αὐτῶν. Theod. quod Hebraice protulimus, sic reddit: καὶ φιμῶν ἄφρονα φιμοῖ χόλους. Sym. καὶ ὁ φράσσων ἄφρονα ἐμφράσσει ὀργὰς αὐτοῦ. O. *multis procellis jactatur omnis caro imprudentum: conteritur enim ecstasis eorum.* In hac versione sunt hæc notanda, 1°. conjunctim legerunt initium versus cum וְשֹׂכֵר, videnturque legisse pro hac voce בָּשָׂר *caro*, & vocem sequentem כְּסִיל pluraliter extulerunt: 2°. legerunt, ut probabile est, pro וְשֹׂכֵר iterato, וְשֻׁבַּר *& conteretur*; quomodo verò pro עֹבְרִים legerint, nunc non video. Pro ἔκστασις in uno libro est, ἔκτασις *extensio*. Theod. *& fraenans imprudentem frænat iras.* Sym. *& qui cohibet imprudentem, obstruit iras ejus.* Pl. m. שֹׂכְרִים *mercede conducentes.* Cum præf. Esdr. 4. v. 5. cum ס pro שׂ, וְסֹכְרִים עֲלֵיהֶם יוֹעֲצִים. Vulg. per præteritum vertit: *conduxerunt autem adversus eos consiliatores.* Ad verbum, *& conducentes* (erant).

PAOUL s. m. Nehem. 6. v. 13. לְמַעַן שָׂכוּר הוּא. Vulg. *acceperat enim pretium.* Alii, *ut ideò conductus fuerit*, vel *ideò conductus ipse* (fuit).

INFIN. שְׂכֹר *conducendo.* Cum præf. לִשְׂכֹּר לָהֶם *ut conducerent sibi*, vel *ad conducendum sibi.*

FUT. 3. p. s. m. cum præf. Jud. 9. v. 4. וַיִּשְׂכֹּר בָּהֶם *& mercede conduxit iis* (nummis argenti). Vulg. *qui conduxit sibi ex eo* (argento viros inopes & vagos). Cum præf. & affix. Jud. 18. v. 4. וַיִּשְׂכְּרֵנִי *& mercede conduxit me*, c. O. καὶ ἐμισθώσατό με *& conduxit me.* 3. p. plur. m. Isai. 46. v. 6. יִשְׂכְּרוּ צוֹרֵף וְיַעֲשֵׂהוּ אֵל. Vulg. participialiter, *conducentes aurificem, ut faciat Deum.* Alii, *conducunt conflatorem, qui formet illud* (argentum, aurum in) *Deum.* O. καὶ μισθωσάμενοι χρυσοχόον ἐποίησαν χειροποίητα *& conducentes aurificem fecerunt opera manuum.* Ad sensum, non ad verba attenderunt. Cum præf. וַיִּשְׂכְּרוּ *& conduxerunt.*

NIPHAL נִשְׂכַּר *mercede conducor, servire cogor, me loco*; unde PRAET. 3. p. plur. c. cum (·) sub secunda radicali pro (·) ob pausam, 1. Reg. 2. v. 5. שְׂבֵעִים בַּלֶּחֶם נִשְׂכָּרוּ.

Vulg. *repleti priùs pro panibus se locaverunt.* Alii, *saturi pane conducuntur*, vel *conducti sunt.* Qui priùs vescebantur ad saturitatem usque, laborârunt inopiâ, usque adeò ut pro victu habendo locaverint operam suam. Vatabl. O. ἠλαττώθησαν *minorati sunt.* Aq. συνετρίβησαν *contriti sunt*, qui legit haud dubiè נִשְׁבָּרוּ, cum נ pro כ ex Drusio, & שׁ pro שׂ. Alius, ἐμισθώθησαν *se locaverunt.*

HITHPAEL הִשְׂתַּכֵּר, cum metathesi שׂ & ת, unde BEN. s. m. cum præf. & sine præfix. conjunctim, Agg. 1. v. 6. וְהַמִּשְׂתַּכֵּר מִשְׂתַּכֵּר אֶל־צְרוֹר נָקוּב. Vulg. *& qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.* Alii, *& qui locat se mercede, locat se mercede* (ponenda) *in sacculo pertuso*, seu *perforato*, vel *& mercedem lucrifaciens* (est) *lucrifaciens in crumenam perforatam.* Quasi dolium Danaidum, quod semper perfluit; pecunia illi inutilis est. Frustrà labor impensus est. In Synopsi Criticorum. O. καὶ ὁ τοὺς μισθοὺς συνάγων συνήγαγεν εἰς δεσμὸν τετρυπημένον *& mercedes congregans congregavit in sacculum pertusum.*

שָׂכָר m. O. μισθὸς *merces*, ναῦλον *naulum.* Verbaliter, μισθόω *mercede conduco*, ob aliam utique punctuationem. Vulg. & alii, *merces, edis, præmium* pro labore, *lucrum.* Cum præf. וְשָׂכָר *& merces.* Construct. שְׂכַר *merces.* Cum præfix. וּשְׂכַר *& merces.* Cum affix. שְׂכָרוֹ *merces ejus*, m. שְׂכָרָהּ *mercedem ejus*, f. שְׂכָרְךָ *merces tua*, m. In pausa cum (ָ) pro (ְ) sub ר, שְׂכָרֶךָ *merces tua*, m. שְׂכָרֵךְ *merces tua*, f. שְׂכָרִי *merces mea*, c. Cum præf. & affix. Exod. 22. v. 14. אִם־שָׂכִיר הוּא בָּא בִּשְׂכָרוֹ. Vulg. *maximè si conductum venerat pro mercede operis sui*, m. Alii, *si mercede conductum sit : veniet pro mercede suâ.* Coccejus, *venit in mercedem suam ;* sicque explicat cum præcedentibus: si homo conductus est, accipit mercedem suam, etiamsi perierit res ei commissa, domino præsente. Non enim tum ejus periculo est: si pecus conducta est, locator petit mercedem; nam ea debetur ex conducto: hæc simplex sententia. O. ἐὰν δὲ μισθωτὸς ᾖ, ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ

μισθοῦ αὐτοῦ *si autem mercenarius fuerit ; erit ei pro mercede ejus.* In hoc versu ex Glassii sententiâ est ellipsis Verbi ex membro præcedente repetendi : *si mercede conductum est* (ne rependito) *venerat pro mercede suâ ;* columnâ 1220. Philologiæ Sacræ. R. שָׂכַר *mercede conduxit.*

שָׂכָר Masf. *Sakhar*, Vulg. *Sachar*, nomen proprium 1°. patris τοῦ *Ahhiam*, unius è ducibus Davidis, 1. Paral. 11. v. 35. 2°. filii quarti τοῦ Obed-edom, 1. Paral. 26. v. 4. qui 2. Reg. 23. v. 33. dicitur *Sarar*, juxta Calasium; sic vocatur in Vulg. in Hebr. habes *Scharar*, de eo infra. Etym. שָׂכָר *merces*, à שָׂכַר *mercede conduxit.*

שֵׁכָר m. Vulg. & alii, *ebrietas, sicera ;* per siceram Calasius intelligit omnem potum inebriantem, vel sitim explentem, etiam vinum: sed quando, inquit, vino jungitur, notat vinum factitium ex pomis, aut aliis fructibus, aut etiam hordeo, ut cerevisia; huic concinunt alii, qui vertunt hanc vocem : *inebriativum, inebrians potus, potus factitius* qui facilè inebriat, *potus factus ex fructibus.* Huc respexit Hieron. scribens ad Nepotianum : sicera, inquit, Hebræo sermone omnis potio nominatur quæ inebriare potest, sive illa quæ frumento conficitur, sive pomorum succo : aut cum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem; aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem: coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Buxt. in Lexico. O. μέθη *ebrietas*, μέθυσμα *potus inebrians*, σίκερα *sicera*, οἶνος *vinum.* Cum præfix. וְשֵׁכָר *& sicera*, Isai. 28. v. 7. תָּעוּ מִן־הַשֵּׁכָר שָׁגוּ בָּרֹאֶה. Vulg. *erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem.* Schmidius, *aberrant per siceram, errant inter videntes*, בַּשֵּׁכָר *in siccrâ*, וּבַשֵּׁכָר *& in siccrâ*, Mich. 2. v. 11. אַטִּף (alia exemplaria, אַטִּיף) לְךָ לַיַּיִן וְלַשֵּׁכָר. Vulg. *stillabo tibi in vinum & in ebrietatem.* Alii, *prophetabo tibi pro vino & pro sicerâ ;* quæstûs causâ prædicam tibi quod gratissimum est. Vatabl. Rad. שָׁכַר *inebriatus est.*

שֶׂכֶר m. Prov. 11. v. 18. וְזֹרֵעַ צְדָקָה שֶׂכֶר אֱמֶת. Vulg. *seminanti autem justitiam merces fide-*

lis; hoc autem loco שֶׂכֶר *venit*, pro שֶׂכַר ex Cocceio (formâ ſcilicet conſtructâ nominis præcedentis שֶׂכֶר), qui ſic reddit: *ſeminans autem juſtitiam mercedem veritatis*, id eſt, veram, permanentem (facit, acquirit). Alii, *ferentis verò juſtitiam merces eſt fida*, vel *ſed ferens juſtitiam, mercedem veritatis*, ſupple, facit; ita ut ſit oppoſitio inter impium qui facit mercedem mendacii, & inter eum qui ſerit juſtitiam, & ſic facit mercedem veritatis. O. σπέρμα δὲ δικαίων μισθὸς ἀληθείας *ſemen autem juſtorum, merces veritatis*; videtur ſupplendum, *eſt*. Cùm O. verterint σπέρμα. δὲ δικαίων, evidens eſt aliter legiſſe voces וְזֹרֵעַ צְדָקָה, forſitan legebant וְזֶרַע צַדִּיקִים. Rad. שָׂכַר *mercede conduxit*.

שֶׂכֶר m. alio ſenſu venit juxta quoſdam, Iſai. 19. v. 10. וְהָיוּ שָׁתֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים כָּל־עֹשֵׂי שֶׂכֶר אַגְמֵי־נָפֶשׁ. Vulg. *& erunt irrigua ejus flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces*. Schmidius, *unde erunt fundamenta ejus contuſa: omnes facientes mercedem* (ex) *ſtagnis animæ* (deſiderii). Alii, vocem שֶׂכֶר vertunt, per *clauſuram*, vel *excipulum*, locum in quo concluduntur aquæ, vel *rete*, vel *concluſionem*, vel *venationem*. Vide Synopſin Criticorum. Cocceius vertit, *quæſtum facientes ſtagnorum animæ*, hoc eſt, de ſtagnis voluptuariis. Metaphora eſt... ex quibus patet quoſdam vocem hanc derivare à שָׂכַר *mercede conduxit*; alios verò à סָכַר *obſturavit, clauſit*; ita ut ש ſit pro ס. O. quinque ultimas voces hujuſce verſûs ſic reddunt: καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὸν ζῦθον λυπηθήσονται, καὶ τὰς ψυχὰς πονέσουσι *& omnes qui faciunt zythum, mœrebunt, & animis laborabunt*; videntur legiſſe שֵׁכָר pro שֶׂכֶר; & aliter pro reliquis, quæ non ſunt hujus loci. R. D. ſic exponit: *omnes facientes clauſuram* (erunt) *anxii animo*; legit עַגְמֵי pro אַגְמֵי. Aben-Eſra per *ſtagna animæ*, intelligit locum ubi ſunt piſces.

שִׁכֹּר & שִׁכּוֹר, m. Vulg. & alii, *ebrius, ebrioſus, temulentus*. Lxx. μεθύων *ebrius*. Cum præf. & daghéſch ob ה excluſum, Job. 12. v. 25. וְיַתְעֵם כַּשִּׁכּוֹר. Vulg. pluraliter, *& errare eos faciet quaſi ebrios*. O. πλανηθείησαν δὲ ὥσπερ ὁ μεθύων *errent autem tamquam ebrius*. Vide notam Nobilii in hunc locum. Plur. m. Joël. 1. v. 5. הָקִיצוּ שִׁכּוֹרִים *expergiſcimini ebrii*. O. ἐκνήψατε οἱ μεθύοντες ἐξ οἴνου αὐτῶν, (fortè eſt additamentum quod apud O. irrepſit); *evigilate, qui ebrii eſtis, ex vino veſtro*. Nobilius. Conſtruct. שִׁכֹּרֵי & שִׁכּוֹרֵי, *ebrii*. Rad. שָׁכַר *inebriatus eſt*.

שִׁכֹּרָה ſ. f. unde cum præf. 1. Reg. 1. v. 13. וַיַּחְשְׁבֶהָ עֵלִי לְשִׁכֹּרָה *& reputavit eam Eli ebriam*. Vulg. *æſtimavit ergo eam Heli temulentam*. O. καὶ ἐλογίσατο αὐτὴν Ἡλὶ εἰς μεθύουσαν, Alius, ὡς μεθύουσαν *& reputavit eam Heli in ebriam*. Alius, *ut ebriam*. Hoc collegit Eli à geſtu incondito & indecoro, quòd, ebriæ inſtar, os diſtorqueret: à precum multiplicatione: à circumſtantiâ temporis. Varii interpretes in Synopſi Criticorum. Rad. שָׁכַר *inebriatus eſt*.

שִׁכָּרוֹן m. Vulg. & alii, *ebrietas, ebrioſitas*. O. μέθη *ebrietas*; unde cum præf. Ezech. 39. v. 19. וּשְׁתִיתֶם דָּם לְשִׁכָּרוֹן. Vulg. *& bibetis ſanguinem in ebrietatem*, Alii, *ad ebrietatem*, vel *uſque ad ebrietatem*. O. εἰς μέθην *in ebrietatem*. R. שָׁכַר *inebriatus eſt*, &c.

שִׁכְּרוֹנָה Maſſ. *Schicrónah*, Vulg. *Sechrona*, nomen civitatis in Tribu Dan, Calaſ. Joſ. 15. v. 11. Etym. *ebrietas ejus*, ſ. ex שָׁכַר *inebriatus eſt*, & affix. 3. p. ſ. f.

שַׁל m. *error, imprudentia, peccatio, ſecuritas, temeritas*; unde cum præf. 2. Reg. 6. v. 7. וַיַּכֵּהוּ שָׁם הָאֱלֹהִים עַל־הַשַּׁל. Vulg. *& percuſſit eum* (Ozam) *Dominus ſuper temeritate*. Alii, *propter errorem* quem ſcilicet fecit, dum tenuit arcam, calcitrantibus bobus... Quòd ſcilicet feciſſet τὸ μὴ δέον. Cocceius... Vel *& percuſſit eum ibi Deus propter hoc imprudens factum*, quo præter munus ex lege familiæ ſuæ commiſſum, geſtandi ſcilicet arcam humeris, eam plauſtro impoſuit, quod peccatum Sacerdotum & Levitarum omnium commune fuit: & nunc contra legem, Num. 4. v. 15. rem ſanctam attingit: quod peccatum peculiare eſt illius: ideò peculiariter in eum animadvertit Deus. Jun. Apud O. vacat. Alex. ἐπὶ τῇ προπετείᾳ. Com-

plut. ἐπὶ τῇ προπετείᾳ *super temeritate.* Aq. ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ *super insaniâ.* R. שָׁלָה in Hiphil, *errare fecit, fefellit.*

שֶׁל, vocula Hebræis usitata pro articulo genitivi casûs. Hinc בְּשֶׁל *propter*, בְּשֶׁלִּי *propter me*, c. בְּשֶׁלְּמִי *propter quem*, שֶׁלָּמָּה *propter quid*, pro בְּשֶׁלְּמָה, & (-) est loco (-), Gussetius quem consulere potes ad vocem מִי ... Rabbinis est articulus genitivi casûs, est iis sic usitatissimus. Hebraïcè cum ב ab initio, est *propter*. Buxt. ... Particula composita ex שֶׁ (quod valet אֲשֶׁר) & לְ. Hebræi usurpant separatim; Scriptura conjunctim, ut Cant. 3. v. 7. הִנֵּה מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה (cum daghésch in ל pro compensatione τοῦ ל præfix.) *ecce, lectus ejus, qui* (scilicet) *Salomoni.* Vulg. *en lectulum Salomonis*, valet, ut Cant. 1. v. 1. שִׁיר הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *Canticum Canticorum: quod* (est) *Salomoni.* Cant. 1. v. 6. & 8. v. 12. cum aff. כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea*, c. vel *vinea quæ mihi* (est). Separatim ponitur cum præf. Eccle. 8. v. 17. בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל הָאָדָם לְבַקֵּשׁ. Vulg. *& quanto plus laboraverit ad quærendum.* Alii, *quantumvis laboret homo quærere;* quæ phrasis sic potest explicari: in quotacumque parte ejus, quod homo laboraverit quærere. Cocceius.... Schmidius verò, *dum laborat quidem homo quærendo.* O. ὅσα ἂν μοχθήσῃ ἄνθρωπος τοῦ ζητῆσαι *quæcumque laborabit homo quærere.* Cum præf. & affix. Jon. 1. v. 7. וְנֵדְעָה בְּשֶׁלְּמִי הָרָעָה הַזֹּאת לָנוּ. Vulg. *& sciamus quare hoc malum sit nobis.* Schmidius, *ut cognoscamus, propter quid, quod cui* (fiat) *malum hoc nobis.* Alii, *propter quem*, vel *propter quid*, vel *cujus gratiâ malum istud nobis;* supple, evenit, vel accidit. Tempestatem judicant non naturalem esse, sed ob scelus alicujus immissam. Merc. O. τίνος ἕνεκεν *cujus causâ, quare, cur?* .... Cocceius reddit: *propter quod cujus?* sive simpliciter: *propter quem?* & v. 12. בְּשֶׁלִּי *propter me*, c. Hoc facile resolvere: *propter* (id) *quod meum est.* 4. Reg. 6. v. 11. הֲלוֹא תַּגִּידוּ לִי מִי מִשֶּׁלָּנוּ אֶל־מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל. Vulg. *quare non indicatis mihi, quis proditor mei sit apud regem Israël?* benè sensum expressit. Schmidius, *annon indicabitis mihi, quis de iis, qui nobis, ad regem Israëlis* (defecerit?) Verba sunt regis Syriæ. Alii, *quis ex nostris*, vel *quis è nobis* (est) *pro rege Israël?* vel (transfugerit) *ad regem Israël?* O. τίς προδίδωσί με; *quis prodit me?* Cant. 1. v. 7. שַׁלָּמָה, pro אֲשֶׁר לָמָּה *nam quare?* Cocceius...vel *quia ad quid?* vel *quare enim?* O. μήποτε *ne forte.* Vulg. *ne.* Porrò מִשֶּׁלָּנוּ *ex nostris*, est ex simplice שֶׁ & לָנוּ, & præpositione מִן, Buxt.

שַׁלְאֲנָן adject. m. *tranquillissimus*, cum epenthesi ל, vel potius, ut Kimhhi scribit in libro Radicum, est vox composita ex שַׁאֲנָן & שָׁלֵו, & notatur eo summè tranquillus, id est, tranquillissimus. Buxtorf. Job. 21. v. 23. כֻּלּוֹ שַׁלְאֲנַן וְשָׁלֵיו. Vulg. iste moritur robustus & sanus, *dives & felix.* Alii, *totus ipse tranquillus*, seu *securus*, aut *opulentus, & fortunatus*, seu *felix*, vel *totus tranquillus & quietus*, id est, tutus & securus, neque in rebus suis malum aut damnum expertus, neque animi ullâ nubeculâ inquietatus; alludit ad שָׁלֵו, Coccei. Vide Synopsin Criticorum. O. ὅλος δὲ εὐπαθῶν καὶ εὐθηνῶν *totus autem benè affectus & prosperè agens.* Theod. ὅλος δὲ εὐθηνῶν καὶ εὐπαθῶν *totus in abundantia & felicitate.* In Hexaplis. Rad. שַׁאַן inusit. in Piël, *tranquillus fuit, quievit*, &c.

שלב QAL, inusit. unde PUAL שֻׁלַּב *ad formam scalæ per gradus componi, scalari formâ disponi, connecti, committi;* ex quo PAOUL plur. f. Exod. 26. v. 17. שְׁתֵּי יָדוֹת לַקֶּרֶשׁ הָאֶחָד מְשֻׁלָּבֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ. Vulg. *in lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur.* Alii, *duæ incastraturæ* (erunt) *tabulæ uni dispositæ ut gradus scalæ, altera contra alteram*, vel *scalari formâ dispositæ*, vel *duæ manus* (erunt) *asseri unicuique, combinatæ una ad alteram* ... Coccei. Asseris spissitudo mediâ sui parte erat minuenda utrinque, ut quasi manus esset apprehendendo vicino asseri: ita ut alter extremus haberet instar gradûs supra gradum: quæ gradatio quum in assere vicino responderet,

ſponderet, manu unius aſſeris, vel orâ impoſitâ manui vel oræ vicini aſſeris, quaſi graduum complicatio fieret: ne ſcilicet hiaret rima, quum tabernaculum compoſitum eſſet. O. *δύο ἀγκωνίσκους τῷ στύλῳ τῷ ἑνὶ, ἀντιπίπτοντας ἕτερον τῷ ἑτέρῳ*, ſupple, *ποιήσεις* ex præcedentibus, *duos anconiſcos columnæ uni, contracadentes unum alteri*, ſupple, *facies*, vel, ut fert verſio apud Aug. à Nobilio citatum: *duos anconiſcos* (al. anconicos) *columnæ uni conſiſtentes ex adverſo:* ſimiliter ſupple, *facies.*

שְׁלַבִּים plur. m. Vulg. & alii, *juncturæ, gradus, ſcalæ;* metaphoricè, *prominentiæ gradatæ, tranſmiſſuræ, limbi;* unde cum præf. 3. Reg. 7. v. 28. וּמִסְגְּרֹת בֵּין הַשְּׁלַבִּים. Vulg. *& ſculpturæ inter juncturas.* Alii, *clauſuræ autem inter ſcalas.* & tabulis gradatim prominentes. M. vide Synopſin Criticorum. O. *καὶ* (*ἔργον*) *συγκλειστὸν ἀναμέσον τῶν ἐξεχομένων & (opus) concluſum inter juncturas.* Rad. שָׁלַב inuſit. in Puäl, *ſcalari formâ diſponi*, &c.

שָׁלַג QAL, unde τῦ HIPHIL, Fut. 2. p. ſ. m. juxta quoſdam, vel 3. p. f. f. juxta alios, cum (-) pro (ִ), Pſal. 67. Hebr. 68. v. 15. בְּפָרֵשׂ שַׁדַּי מְלָכִים בָּהּ תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן. Vulg. *dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon.* O. *ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς, χιονωθήσονται ἐν Σελμών*, idem. Alii, *cùm diſperſerit*, vel *diſſipaverit Omnipotens reges in eâ* (terra Chanaan) *niveſcet*, hoc eſt, *albeſcet* (ſicut nix, quæ eſt) *in* (monte) *Selmon*, hoc eſt, grata erit ac jucunda, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 130. col. 1. vel *niveſces*, id eſt, *ſicut nix albeſces*, vel *ninget in Salmon*, vel *niveus eris.* R. D. *albeſcet tamquam nix* congregatio quæ fuit in tenebris. Vide Synopſ. Critic. Rad. שֶׁלֶג *nix;* ſunt qui שָׁלַג ab inuſit. שָׁלַג deducunt: unicuique liberum ſit abundare in ſuo ſenſu.

שֶׁלֶג m. Vulg. & alii, *nix.* O. *χιών nix, δρόσος ros;* in pausâ cum (ָ) pro (ֶ), שָׁלֶג *nix.* Cum præf. & in pausâ, 2. Reg. 23. v. 20. בְּיוֹם הַשָּׁלֶג *in die nivis.* Vulg. *in diebus nivis*, וְהַשֶּׁלֶג *& nix*, בַּשֶּׁלֶג, & in pausâ, כַּשָּׁלֶג *ſicut nix*, לַשֶּׁלֶג *nivi*, מִשֶּׁלֶג *præ nive;* in pausâ, מִשָּׁלֶג *à nive*, וּמִשֶּׁלֶג *& præ nive* candidus fiam. Vulg. *& ſuper nivem* dealbabor.

שָׁלָה QAL. Vulg. & alii, *diſſimulo, abundo, quieſco, pacifico, pacificus ſum, pacificor, felix, fortunatus, ſalvus ſum;* quæ ultima vox latina ad Hebræam alludit; *vaco, tranquillè, in quiete, & in otio vivo*, atque inde *ſecurus & felix ſum;* tertia radicalis interdum in (ו) commutatur. Hinc *σχολέω, σχολάζω vaco*, & latinè, *ſchola*, & Germanicè, *ſchul:* ubi vacantes bonis artibus oportet quieſcere à laboribus manuariis, &c. Av. O. *εἰρηνεύω ſum in pace.* Aq. *εὐπαθέω benè eſt mihi.* O. *εὐθηνέω abundo, εὐθηνία abundantia.* Sym. *ἠρεμία quies*, Pſal. 29. v. 7.

PRAET. 1. p. ſ. c. Job. 3. v. 26. tertiâ radicali mutatâ in (ו), & ſic more perfectorum Verbo conjugato, לֹא שָׁלַוְתִּי, loco τῦ שָׁלִיתִי. Vulg. *nonne diſſimulavi?* Alii, *non fueram tranquillo animo*, vel *non tranquillus fui*, vel *nondum habeo pacem.* O. *οὔτε εἰρήνευσα.* Aq. *οὐκ εὐπάθησα.* O. *neque fui in pace.* Aq. *non benè fuit mihi.* 3. p. pl. c. Jerem. 12. v. 1. שָׁלוּ כָּל־בֹּגְדֵי בָגֶד. Vulg. Quare.... *benè eſt omnibus qui prævaricantur & iniquè agunt?* Alii, *tranquilli ſunt*, vel *felices & ſecuri ſunt omnes perfidi?* qui fœdus Dei irritum faciunt. Cocceius.... vel cur.... *pacem habent, feliciter agunt, fortunati ſunt omnes prævaricantes prævaricationem?* O. *εὐθήνησαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα; abundaverunt omnes qui prævaricantur prævaricationes?*

INFIN. juxta quoſdam more perfectorum cum (ו) pro tertia radicali ה, & cum præf. & affix. Pſal. 29. Hebr. 30. v. 7. וַאֲנִי אָמַרְתִּי בְשַׁלְוִי. Vulg. *ego autem dixi in abundantiâ meâ*, c. Alii ad verbum, *in tranquillum me eſſe*, vel clarius, *dum quietus, pacificus*, ſeu *tranquillus eſſem ego*, vel *in proſperitate mea*, vel *in tranquillitate mea;* vides alios ut nomen ſumere hanc vocem, de quâ plura dicemus infra, ſub nomine שַׁלְוָה *pax, quies, tranquillitas.* O. ut nomen vertunt, *ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου in*

abundantiâ meâ. Sym. ἐν τῇ ἡσυχίᾳ μου *in quiete meâ.*

FUT. 3. p. f. m. juxta quosdam, contractè יִשַׁל pro יִשְׁלֶה, quod tamen alii referunt ad נָשַׁל *evello.* Job. 27. v. 8. כִּי יֵשֶׁל אֱלוֹהַּ נַפְשׁוֹ. Vulg. *& non liberet Deus animam meam?* Alii pro varietate radicis à quâ deduci putant vocem hanc, exponunt: *si evellat*, vel *cùm evulserit*, seu *extraxerit ab illo Deus animam ejus?* Hi volunt esse pro יַשֵּׁל futur. HIPHIL, aut pro יִשַּׁל futur. Qal, à verbo נָשַׁל *evello, extraho.* R. D. à שָׁלָה deducens vertit: *si requiescere fecerit*, aut *secundaverit Deus animam ejus?* Alii, *cùm oblivisceturs*, vel *errare fecerit* scilicet è corpore *Deus animam ejus?* vel *cùm pacatam reddiderit Deus animam ejus?* hypocritæ. Cocceius. *Quum frustrabitur Deus animam ejus?* ut quæ amat, in hac vitâ cogatur relinquere pro יִשְׁלֶה, sed potest etiam explicari ex נָשַׁל. O. πεποιθὼς ὅτι κύριον ἆρα σωθήσεται; *confidensne super Dominum salvabitur?* Ms. Alex. μὴ πεποιθὼς ὅτι κύριον εἰ ἆρα σωθήσεται; quæ verba non satis intelligo. August. apud Nobilium; *& confidit in Domino, si fortè salvatur?* Aliud legerint necesse est: de loco hoc apud Cappellum altum silentium. 3. p. pl. m. Job. 12. v. 6. יִשְׁלָיוּ אֹהָלִים לְשֹׁדְדִים. Vulg. *abundant tabernacula prædonum;* protractè cum (ּ) ante (י) mobile pro tertia radic. ה, nam regulariter esset יִשְׁלוּ *tranquilla erunt.* Alii, *tranquilla sunt tentoria iis qui vastitatem faciunt*, vel *prosperè agunt*, &c. id est, in summâ pace ac tranquillitate sunt tentoria prædonibus. Vatabl. O. hîc aliter legerunt. Confer & judica.

NIPHAL נִשְׁלָה. Vulg. & alii, *negligo, erro, vacans, otiosus efficior, torpeo, remissus sum;* unde FUT. 2. p. plur. m. 2. Paralip. 29. v. 11. בָּנַי עַתָּה אַל־תִּשָּׁלוּ. Vulg. *filii mei, nolite negligere.* Alii, *filii mei, nunc ne erretis*, vel *ne remissi sitis*, vel *ne committatis errorem.* O. μὴ διαλίπητε *ne delinquite.*

HIPHIL הִשְׁלָה, unde Fut. 2. p. f. m. 4. Reg. 4. v. 28. הֲלֹא אָמַרְתִּי לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי. Vulg. *numquid non dixi tibi: ne illudas me?* Alii, *ne fallas me?... ne facias me errare?... ne secundines me*, id est, ne des mihi prolem: quasi diceret, mallem non edisse, quàm quòd mortuus est natus; sed remotum est. Merc. vel *ne securam reddas me?* Vide Synopsim. Duro sermone utitur, & prophetam ferè insimulat mendacii. Mart. O. ὅτι οὐκ εἶπα, οὐ πλανήσεις μετ' ἐμοῦ; *siquidem nonne dixi, non decipies mecum?* non satis assequor vim vocis πλανήσεις, in hoc loco.

שְׁלֵה Chald. m. *quietus, tranquillus;* Hebr. שָׁלֵו, idem. Dan. 4. v. 1. Vulg. Ego Nabuchodonosor שְׁלֵה הֲוֵית בְּבַיְתִי *quietus etiam in domo mea*, c. Alii, *tranquillus eram....* O. εὐθηνῶν ἤμην ἐν τῷ οἴκῳ μου *abundans eram in domo mea.* Theod. εὐθηνῶν *tranquillus, benè habens;* sic in Hexaplis. Rad. שְׁלָה inusit. in Scripturis. Apud Rabbinos significationem habet hanc, *tranquillus sum, quietus sum, quiesco.*

שֵׁלָה Mass. *Scheláh*, Vulg. *Sela*, nomen tertii filii Judæ ex uxore vocatâ Sue filiâ hominis Chananæi, Gen. 38. v. 5. & 1. Paral. 4. v. 21. Etym. apud Calas. *dissolvens*, sive *discalceans*, ex נָשַׁל *dissolvo, discalceo;* vel Syriacè, *illudens*, sive *decipiens*, ex שלה *illudo, decipio.*

שִׁלֹה, vel שִׁילוֹ, vel שִׁלוֹ, variè enim scribitur, ut mox videbimus: Mass. *Schilóh*, & *Schiló*, Vulg. *Silo*, nomen civitatis in Tribu Ephraim, Jos. 21. v. 2. cum præfix. בְּשִׁלֹה *in Schilóh*, & 22. v. 9. מִשִּׁלֹה *de Schilóh....* Jerem. 7. v. 12. item cum præfix. cum (ו) pro ה & (י) pro (ֹ), בְּשִׁילוֹ *in Schiló.* Jud. 21. v. 19. sine (י) τοῦ hhiriq comite, בְּשִׁלוֹ *in Schiló;* in Silo divisio terræ sanctæ facta est pro septem tribubus filiorum Israël, quæ necdum acceperant possessiones suas, & ibi longo tempore mansit arca Dei, Jos. 18. v. 1. & 2... In Silo denuò congregati sunt Israëlitæ, ut pugnarent contra duas tribus, Ruben scilicet & Gad, & dimidiam partem Tribûs Manasse, Jos. 22. v. 12.... In Silo natus est Achias propheta, 3. Reg. 14. v. 4. Hæc ex Calasio; vide etiam

Adriani Relandi Palæstinam, p. 1016. ad vocem *Silo*. Etym. eadem Calasio ac vocis præcedentis שָׁלָה; interpretatur insuper Calasius hanc vocem, *pax*, vel *abundantia*, à שָׁלָה *pacificus fuit*, &c. Vide שׁילה, in alio sensu.

שַׁלְהֶבֶת f. Vulg. & alii, *succensio*, *flamma* despolians omnia; habet prothesin literæ ש ex usu Chaldæis frequenti, quibus שַׁלְהוֹבִיתָא est *flamma*. Buxtorf... Avenario componitur ex שָׁלַל *spoliavit*, & לֶהָבָה *flamma*: atque per synæresin contrahuntur literæ in utraque radice similes. Ezechiel. 21. v. 3. לֹא־תִכְבֶּה לַהֶבֶת שַׁלְהֶבֶת. Vulg. *non extinguetur flamma succensionis*. Alii, *flamma flammæ gravis*, *flamma flammæ*, *flamma inflammatissima*, *flamma flamma*: dictio geminatur ad rem corroborandam. Vide Synopsim. O. participialiter vertunt: ἡ φλὸξ ἡ ἐξαφθεῖσα *flamma accensa*. Cum (ָ) pro (ֶ) ob pausam, Job. 15. v. 30. יֹנַקְתּוֹ תְּיַבֵּשׁ שַׁלְהָבֶת. Vulg. *ramos ejus arefaciet flamma*, id est, liberos, vel divitias, &c. impii. Synops. O. τὸν βλαστὸν αὐτοῦ μαράναι ἄνεμος *stirpem ejus arefaciet ventus*. Hic fortè est transpositio in O. in Hebr. enim postea fit mentio venti; vide & judica. Rad. לָהַב inusit.

שַׁלְהֶבֶתְיָה, vel cum maqqaph, שַׁלְהֶבֶת־יָהּ, Cant. 8. v. 6. רְשָׁפֶיהָ רִשְׁפֵּי אֵשׁ שַׁלְהֶבֶתְיָה. Vulg. *lampades ejus*, *lampades ignis*, *atque flammarum*. Videtur legisse in plurali, שַׁלְהָבֹת, & suppleviſſe, *atque*. Alii, *carbones ejus* (sunt) *carbones igniti*, *flamma Dei*, vel *flamma ingens*, vel *maxima*, *vehementissima*. Quidam volunt esse vocem unicam, alii contendunt esse duas, quod videtur probabilius, nempè à לָהַב inusit. & יָהּ *Deus*. O. videntur legisse in plurali, שַׁלְהֲבֹתֶיהָ, quasi à שַׁלְהֶבֶת, cùm verterint φλόγες αὐτῆς *flammæ ejus*.

שָׁלֵו adject. m. *tranquillus*, *pacificus*, *quietus*, *opulentus*, Job. 16. v. 12. שָׁלֵו הָיִיתִי *tranquillus fui*. Vulg. *ego ille quondam opulentus*. Ad sensum respexit, non ad verba, O. cum verbo seq. junxerunt; εἰρηνεύοντα διεσκέδασέ με *in pace cùm essem*, *discerpsit me*. Plur. m. שְׁלֵוִים *tranquilli*; unde constr. cum præf. Psal. 72. Hebr. 73. v. 12. וְשַׁלְוֵי עוֹלָם הִשְׂגּוּ־חָיִל. Vulg. *& abundantes in sæculo obtinuerunt divitias*. Alii, *& tranquilli sæculi qui amplificârunt copias*... *& securi mundi multiplicant opes*. O. καὶ εὐθηνοῦντες *& abundantes*. Sing. fem. שְׁלֵוָה, unde cum præfix. Zach. 7. v. 7. בִּהְיוֹת יְרוּשָׁלַםִ יֹשֶׁבֶת וּשְׁלֵוָה. Vulg. *cùm adhuc Jerusalem habitaretur*, *& esset opulenta*. Alii, *ac tranquilla*, prosperè agens & carens hostium metu. O. καὶ εὐθηνοῦσα *& abundans*. Alii, καὶ εὐφραίνουσα *& lætans*. Rad. שָׁלָה *pacificus fuit*, &c.

שָׁלוּ Chald. sing. fem. Vulg. & alii, *culpa*, *error*, *defectus*, *negligentia*, *blasphemia*, Dan. 6. v. 5. וְכָל־שָׁלוּ וּשְׁחִיתָה לָא הִשְׁתְּכַחַת עֲלוֹהִי. Vulg. eò quòd fidelis esset (Daniel) *& omnis culpa & suspicio non invenirentur in eo*. Alii, propterea quòd fidelis ille, *& ullus error*, *aut culpa non inventa est contra eum*. O. καὶ πᾶσαν πρόφασιν καὶ παράπτωμα καὶ ἀμπλάκημα οὐχ εὗρον κατ' αὐτοῦ, sic O. qui abbreviarunt hunc locum ut conferenti patebit; unde sic vertunt, *& omnem occasionem*, *& delictum*, *& peccatum* (a) *non invenerunt in illo*. Nobilius ad hanc vocem (a) sic scribit, καὶ ἀμπλάκημα. S. Hieron. pro *suspicione*, Theod. & Aq. ἀμβλάκημα interpretati sunt, quæ Chaldaicè dicitur *Essata*, in Hexaplis, *Essàitha*; cumque ab Hebræo quærerem, quid significaret; respondit vim verbi sonare δέλεαρ, quam nos *illecebram*, sive σφάλμα, hoc est, *errorem*, dicere possumus. Porrò Euripides in Medea, ἀμπλακίας per π, & non per β, ἁμαρτίας, id est, *peccata* appellavit... Dan. 3. v. 29. דִּי־יֵאמַר שָׁלָה (legendum docent Massoret. שָׁלוּ) עַל־אֱלָהֲהוֹן. Vulg. à me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus & lingua, *quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum* Sidrach, &c. Alii, *qui dixerit errorem contra Deum illorum*, qui irreverenter de eo locutus fuerit. O. βλασφημίαν *blasphemiam*. Rad. שָׁלָה inusit. in scripturis: at usitata apud Rabbinos.

שְׂלָו sing. fem. *coturnix*. O. ὀρτυγομήτρα *coturnix*; avis sic dicta, quod in abun-

dantia frumenti otioſa, quieta ac ſecura deſideat, & luxui dedita corporis pinguedine ingrandeſcat; communis eſt generis Avenario. Sunt qui velint à שְׁלָיו derivari: etiamſi hoc ſcribatur cum puncto dextero. Item, qui, invitis, ut aiunt, Maſſorethis, mallent legere שְׂלָו; ſed Orientales populi, vicini Hebræis, non inviti mutant שׁ in שׂ vel ס, Cocceius. Cum præf. & daghéſch in שׁ, הַשְּׁלָו *coturnix.* Plur. m. שַׂלְוִים *coturnices.*

שַׁלְוָה ſing. fem. *pax, quies, tranquillitas, ſalus, felicitas, gaudium, abundantia, proſperitas*, vacuitas moleſtiarum & metûs mali. Coccei. Pſal. 121. Hebr. 122. v. 7. שַׁלְוָה בְּאַרְמְנוֹתָיִךְ. Vulg. *& abundantia in turribus tuis*, f. Alii, *tranquillitas in palatiis tuis*, vel *quies*, &c. O. καὶ εὐθηνία *& abundantia*, aut legerunt וְשַׁלְוָה, aut ſuppleverunt (ו) ante שַׁלְוָה. Alii, εὐπάθεια... ἠρεμία... ἡσυχία... *animi remiſſio & oblectatio, bona corporis habitudo... quies... quies*, vel *otium.* Cum præf. Proverb. 17. v. 1. טוֹב פַּת חֲרֵבָה וְשַׁלְוָה־בָהּ. Vulg. *melior eſt buccella ſicca cum gaudio.* Alii, *melius eſt panis ſiccus cum tranquillitate.* Oppoſitum רִיב *contentio.* Ad verbum, *& pax, & tranquillitas in eo*, vel *in eâ*, pro varietate præcedentium. O. ἐν εἰρήνῃ *in pace*; præcedit in O. μεθ' ἡδονῆς *cum voluptate* in pace, quod videtur eſſe duplex interpretatio vocis de quâ hîc agimus. בְּשַׁלְוָה *in tranquillitate*, וּבְשַׁלְוָה *& in tranquillitate.* Conſtr. cum præf. Prov. 1. v. 32. וְשַׁלְוַת כְּסִילִים תְּאַבְּדֵם. Vulg. *& proſperitas ſtultorum perdet illos.* Alii, *& ſecuritas*, vel *& tranquillitas.* O. καὶ ἐξετασμὸς ἀσεβεῖς ὀλεῖ, Aq. & Sym. καὶ εὐθηνία ἀφρόνων ἀνελεῖ αὐτούς. O. *& examinatio impios perdet*; ſic in Hexaplis. Alii, *& inquiſitio*; quod mihi videtur obſcurum. Aq. Sym. *& proſperitas amentium interficiet eos.* Juxta quoſdam occurrit hæc forma ſing. fem. conſtructa cum præf. & affix. Pſal. 29. Hebr. 30. v. 7. בְּשַׁלְוִי *in tranquillitate mea*, c. quod eſt contractum pro בְּשַׁלְוָתִי: (ſicut & dicitur פִּשְׁתִּי pro פִּשְׁתָּתִי, *linum meum*, c.) ſed poſſit etiam abſolutum hujus nominis fingi שֶׁלִי, Buxt. At Cocceio rectius eſt בְּשַׁלְוִי pro בְּשַׁלְוָתִי, *in proſperitate meâ.* Vide Infinit. Qal ad Verbum שָׁלָה. Plur. f. שַׁלְוֹת, unde cum præf. & affix. Jerem. 22. v. 21. דִּבַּרְתִּי אֵלַיִךְ בְּשַׁלְוֹתַיִךְ. Vulg. *loquutus ſum ad te in abundantia tua*, f. Alii, *in tranquillitatibus tuis... in proſperitatibus tuis... rebus tuis proſperè fluentibus.* O. ἐν τῇ παραπτώσει σου *in ruina tuâ*; fortè ſic verterunt, quia proſperitatem, abundantiam, tranquillitatem ut occaſionem peccari, & conſequenter ruinæ, habuerunt; aut ſi id non valet, aliud quid legiſſe videntur. Vide ad finem vocis ſequentis, שְׁלוֹת. Rad. שָׁלָה *pacificus fuit*, &c.

שְׁלֵוָה Chald. ſing. fem. unde cum præfix. Dan. 4. v. 24. הֵן תֶּהֱוֵה אַרְכָא (Alius, אַרְכָה) לִשְׁלֵוְתָךְ. Vulg. *forſitan ignoſcet delictis tuis*, m. Alii, *ſit prolixitas tranquillitati tuæ*, vel *ſi futura ſit diuturnitas tranquillitati tuæ*, vel *felicitati.* Alias interpretationes vide in Synopſi Criticorum. O. in ſenſu Vulg. ſumpſerunt: ſic enim reddunt; ἴσως ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου ὁ Θεὸς *fortaſſis erit longanimis delictis tuis, Deus.* Theod. ἴσως ἔσται μακρόθυμος. Alius, μακροθυμία *longanimitas*: nihil ampliùs additur in Hexaplis ad hunc locum: non tamen inferendum Theodot. & alium citatum non legiſſe quæ ſequuntur, aut quid ſimile. Cùm ergo O. verterint τοῖς παραπτώμασί σου, aliter legerint neceſſe eſt quàm legunt Maſſoretha; quomodo verò; noſtrum non eſt definire. Vulg. autem interpres O. hîc ſequi maluit, quod temeritate damnandum non eſt. R. שְׁלָה inuſit. Cocceius notat Græcos παραπτώματα explicare, quaſi eſſet שְׁלוֹת. D. in Synopſi ſimilem conjecturam facere videtur ſaltem implicitè & æquivalenter. Vide ibi.

שִׁלּוּחִ m. *munus, donum, tranſmiſſum donum, dos, dimiſſio, miſſivum, miſſile, miſſio, emiſſarius, donarium.* O. ἀποστολὴ *miſſio*, ἄφεσις *dimiſſio.* Participialiter, ἐξαποστελλόμενοι *emiſſi*; unde plur. m. Mich. 1. v. 14. לָכֵן תִּתְּנִי שִׁלּוּחִים עַל מוֹרֶשֶׁת גַּת. Vulg. *propterea dabit emiſſarios ſuper hereditatem Geth.* Alii, *propterea da libellum-dimiſſionis*, vel *munera, dona ſuper hereditate Gath.* Qim-

hhi interpretatur מִנְחוֹת, referente Cocceio. Alii aliter, tanta est varietas. O. ἐξαποστελλομένας *emissos*, qui videntur legisse שִׁלּוּחִים, plur. m. τοῦ Paoúl Qal. Cum (ְ) pro (ו), 3. Reg. 9. v. 16. וַיִּתְּנָהּ שִׁלֻּחִים לְבִתּוֹ אֵשֶׁת שְׁלֹמֹה. Vulg. *& dedit eam* (Pharao τὴν Gazer) *in dotem filiæ suæ uxori Salomonis*. O. in edit. Complut. καὶ ἔδωκεν αὐτὴν ἀποστολὰς τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, &c. *& dedit eam missiones filiæ suæ*, &c. melius in Hexaplis sub nomine alius, habes ἀποστολάς, ibique in nota vertitur *in sponsalia*. Porrò per vocem *alius* indigitatur, ut opinor, Complut. editio: multa enim habet quæ desunt in O. etiam apud Lambertum Bos, quæ hîc expressit minutiori caractere. Cum affix. Exod. 18. v. 2. אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ. Vulg. sensum attendens reddit: tulit (Jethro) Sephoram uxorem Moysi *quam remi erat*. Alii, *postquam dimisisset eam* domum, vel *post dimissiones ejus*, f.... *post dona*, aut *dotes ejus*. O. μετὰ τὴν ἄφεσιν αὐτῆς *post dimissionem illius*. Eodem sensu intellexerunt quo Vulg. & alii aliquot sumpserunt. Alius, ἐξ ἀποστολῆς αὐτῆς *ex dimissione ejus*. Quod mihi videtur esse nota marginalis, ad exprimendam celeritatem Jethro, pro recipiendâ filiâ suâ. R. שָׁלַח *misit*, *dimisit*, &c.

שְׁלוּחוֹת plur. f. à sing. fem. שְׁלוּחָה; unde cum aff. Isai. 16. v. 8. (ו) mutato in (ְ), שְׁלֻחוֹתֶיהָ נִטְּשׁוּ. Vulg. *propagines ejus relictæ sunt*, f. (vineæ Sibmæ). Alii, *emissiones ejus*, seu *rami ejus extenderunt se*, vel *evelluntur*. Ca. *cujus porrectæ radices* mare transeunt, vel *palmites*, vel *nobiles surculi ejus* (regionis) *evulsæ sunt*. O. οἱ ἀποσταλμένοι ἐγκατελείφθησαν. Aq. Sym. ἀποσταλμένοι ἀπ' αὐτῆς κατελείφθησαν. O. Nobilius sic interpungit in versione sua: *qui missi estis; derelicti sunt*. Aq. Sym. *missi ab ea derelicti sunt*. O. Aq. & Sym. videntur sumpsisse שְׁלֻחוֹתֶיהָ, tamquam Paoúl שָׁלַח, cum affix. 3. p. f. f. in quo etiam vides discrepantiam generis f. nempe in masculinum conversi; hæc omnia obscuritatem pariunt, quam tollere longum esset. Rad. שָׁלַח *mitto*, &c.

שָׁלוֹם, & sine (ו), שָׁלֹם, m. *pax, prosperitas, incolumitas, integritas*. Adjective in quibusdam locis à quibusdam exponitur *pacificus*, *sanus*, *salvus*. O. εἰρήνη *pax*, ἀγωγή *educatio*, σωτηρία *salus*, σωτήριον *salutare*, χαρά *gaudium*. Adjectivè, εἰρηνικός *pacificus*, ἵλεως *propitius*, ὅσιος *sanctus*, τέλειος *perfectus*, φίλος *amicus*. Cum præposit. ב, בְּשָׁלוֹם ὑγιὴς *sanus*. Verbaliter, ἀποδίδωμι *reddo*, εἰρηνεύω *pacem habeo*, εὐθηνέω *abundo*, ὑγιαίνω *sanus sum*, χαίρω *gaudeo*. Cum præf. וְשָׁלוֹם *& pax*, הֲשָׁלוֹם לוֹ *num pax illi* (est?) Zach. 8. v. 19. וְהָאֱמֶת וְהַשָּׁלוֹם אֱהָבוּ *veritatem modò & pacem amate*. Vulg. *veritatem tantùm & pacem diligite*, בְּשָׁלוֹם *in pace*, Job. 15. v. 21. בַּשָּׁלוֹם שׁוֹדֵד יְבוֹאֶנּוּ. Vulg. *& cum pax sit, ille semper insidias suspicatur*; de impio agitur. Alii, *in pace devastator venit super eum*... Cocceius, *ne in pace vastator in se irruat*. Panici terrores; in pace timet vastatorem: sonus in auribus, non extra aures & animum improbi. O. ὅταν δοκῇ ἤδη εἰρηνεύειν, &c. Alex. εἰρηνεύσασθαι, &c. *cùm putaverit se esse jam in pace*. Paraphrasticè reddiderunt... וּבְשָׁלוֹם *& in pace deducemini*, לְשָׁלוֹם *ad pacem*, *paci*. Isai. 9. v. 6. וּלְשָׁלוֹם אֵין־קֵץ. Vulg. *& pacis non erit finis*. Thren. 3. v. 17. וַתִּזְנַח מִשָּׁלוֹם נַפְשִׁי. Vulg. *& repulsa est à pace anima mea*. Alii, *& remota est à pace anima mea*. O. ἐξ εἰρήνης *à pace*. Construct. שְׁלוֹם *pax*. Cum præf. 4. Reg. 10. v. 13. וַנֵּרֶד לִשְׁלוֹם בְּנֵי־הַמֶּלֶךְ. Vulg. *& descendimus ad salutandos filios regis*. Alii, *ad* (dandam) *pacem filiis regis*, vel *ad pacem filiorum regis*, וְלִשְׁלוֹם *& de pace*. Cum affix. Jerem. 38. v. 22. cum (ָ) in penult. ob pausam, וְיָכְלוּ לְךָ אַנְשֵׁי שְׁלֹמֶךָ. Vulg. adjectivè vertit: *& prævaluerunt adversum te viri pacifici tui*, m. Alii, *pacis tuæ*. O. εἰρηνικοί σου *pacifici tui*. At in Abdiâ, v. 7. Vulg. vertit, *pacis tuæ*, O. verò, ut suprà, nempè εἰρηνικοί σου. שְׁלוֹמִי *pax mea*, c. *pacis meæ*, c. pro varietate loci. Isai. 53. v. 5. מוּסַר שְׁלוֹמֵנוּ עָלָיו. Vulg. *disciplina pacis nostræ super eum* (Christum). In quibusdam exemplaribus scribitur cum (ו) quiescente, seu abundante post (ֹ), שְׁלוֹמֵנוּ. Alii, *castigatio pacis nostræ*, vel *pa*-

cificationum nostrarum, vel *retributionum nostrarum super eum*, subaudi, *est*, vel *fuit*, vel *imponitur ei*, *incumbit ei*, vel *mulcta enim correctionis nostræ ei imposita est.* Castigationes quæ nobis omnibus perfectè simul comprehensis debuerant contingere, venerunt super ipsum.... fuit castigatus ut haberemus pacem. Vide Synopsin Criticorum. Schmidius, *castigatio pacis nostræ super eo* (fuit); fortè posset verti: *castigatio ejus* (erit) *pax nostra*, vel *eruditio* (nostra) *pax nostra in eo* (est) quæro, non definio; certè D. Paulus ad Ephes. 2. v. 14. sic habet: *αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ipse est enim pax nostra*, nempè Christus. O. *παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν disciplina pacis nostræ super eum.* Quod versioni Vulg. quadrat. Deut. 23. v. 7. לֹא־תִדְרֹשׁ שְׁלֹמָם *non quæres pacem eorum*; (Moabitarum & Ammonitatum). Cum præf. & affix. Jerem. 29. v. 7. כִּי בִשְׁלוֹמָהּ יִהְיֶה לָכֶם שָׁלוֹם *nam in pace ejus*, f. (urbis quo migrare facit Deus) *erit vobis pax.* Plur. m. Jerem. 13. v. 19. הָגְלָת יְהוּדָה כֻּלָּהּ הָגְלָת שְׁלוֹמִים. Vulg. *translata est omnis Juda transmigratione perfectâ.* Alii, *captiva abducta est Jehuda universa, captiva abducta est Schelomim* (Hierosolyma), vel *omnino*... (in) *perfectionibus*, id est, omninò... *deportata est* (civitas) *pacatorum*, id est, pacatissima. O. *ἀπῳκίσθη Ἰούδας, συνετέλεσαν ἀποικίαν τελείαν translatus est Judas: consummaverunt transmigrationem perfectam.* Tres ultimas voces aliter legerunt, fortè כִּלּוּ גָלוּת שְׁלֵמָה *consummaverunt deportationem perfectam.* Valeat si valet, nil enim definio, sed conjicio. Cum præfix. Psal. 68. Hebr. 69. v. 23. וְלִשְׁלוֹמִים לְמוֹקֵשׁ. Vulg. *& in retributiones & in scandalum.* Alii, *& quoad pacem in rete*, aut *offendiculum*, vel *& in retributiones ad corruendum*... *& in universum, in decipulum*, vel *& pro retributionibus* (sit ipsis) *tendicula.* O. *καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδαλον*; ut Vulg. qui videtur legisse וְלִשְׁלוּמִים *& in retributiones*, O. verò וּלְשִׁלּוּם, in sing. *& in retributionem.* Plur. m. construct. שְׁלֹמֵי, unde cum præf. & affix. Psal. 54. Hebr. 55. v. 21. שָׁלַח

יָדָיו בִּשְׁלֹמָיו. Vulg. *extendit manum suam in retribuendo*; similiter O. *ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι.* Aq. *ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ.* Theodor. *τοῦτο οἱ τρεῖς οὕτως ἡρμήνευσαν· ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτόν.* Aq. *misit manum suam in pacificos ejus.* Sic in Hexaplis; juxta Theodor. tres illud sic interpretati sunt: *extendit manum suam ad pacem habentes cum eo.* S. Hieron. *ad pacifica.* Alii, *in pacificos ejus*, hoc est, in colentes secum pacem; vel *in pacatos suos.* Vide Synopsin Criticorum. Cum (ֻ) pro hhólem, 2. Reg. 20. v. 19. אָנֹכִי שְׁלֻמֵי אֱמוּנֵי יִשְׂרָאֵל. Vulg. *nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israël?* Alii, *ego pacificarum fidelium in Israël?* Schmidius sic vertit aliqua inserendo: *Ego* (sum, cives mei sunt) *perfecti* (inter perfectos) *veritatum Israëlis*; vel, *ego* (sum una) *ex pacificis & fidelibus* (urbibus) *Israël*... Cocceius. *Ego* (sum) *pacifici fideles Israëlis*; quasi diceretur: Ego Abel sum civitas pacificorum & fidelium in Israële. O. *ἐγώ εἰμι εἰρηνικὰ τῶν στηριγμάτων Ἰσραήλ ego sum pacifica de firmamentis Israël*; sic Nobilius. Hæc mihi in O. obscura videntur. Rad. שָׁלַם *pacem habeo*, &c.

שִׁלּוּם vel שִׁלֻּם, m. *retributio, compensatio, persolutio æqua, merces*; unde cum præf. Mich. 7. v. 3. הַשַּׂר שֹׁאֵל וְהַשֹּׁפֵט בַּשִּׁלּוּם. Vulg. *princeps postulat, & judex in reddendo est.* Alii, *princeps petens* (est munus) *& judex* (judicat) *pro mercede*, vel *pro retributione.* O. jungentes cum sequentibus vertunt: *καὶ ὁ κριτὴς εἰρηνικοὺς λόγους ἐλάλησε & judex pacifica verba locutus est.* Osee 9. v. 7. בָּאוּ יְמֵי הַשִּׁלֻּם *venerunt dies retributionis*, quibus, ut notat Cocceius, merces danda iis, qui amaverunt *ὑποφάνειαν* Domini; & ira reddenda contemnentibus eum. O. *ἥκασιν αἱ ἡμέραι τῆς ἀνταποδόσεώς σου venerunt dies retributionis tuæ.* Plur. m. Isai. 34. v. 8. שְׁנַת שִׁלּוּמִים לְרִיב צִיּוֹן. Vulg. *annus retributionum judicii Sion.* O. *καὶ ἐνιαυτὸς ἀνταποδόσεως κρίσεως Σιὼν & annus retributionis judicii Sion.* Sing. f. שִׁלֻּמָה, unde constr. cum præf. Psal. 90. Hebr. 91.

v. 8. וְשִׁלֻּמַת רְשָׁעִים תִּרְאֶה. O. *καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει & retributionem peccatorum videbis.* Rad. שָׁלַם in Piël, *retribuo, rependo*, &c.

שַׁלּוּם Maſſ. *Schalloúm*, Vulg. *Sellum, Sallem*, 1°. nomen filii Siſmai, 1. Paral. 2. v. 40. 2°. filii Joſiæ, 1. Paral. 3. v. 15. Jerem. 22. v. 11. ubi & שַׁלֻּם in quibuſdam exemplaribus dicitur. 3°. filii Nephthali, 1. Paral. 7. v. 13. qui Gen. 46. v. 24. dicitur שִׁלֵּם, in Vulg. *Sallem.* Ex quibus vides שַׁלּוּם, שַׁלֻּם, cum שִׁלֵּם promiſcuè uſurpari. Etym. *pacificus*, ſive *perfectus*, aut *retribuens*, ex שָׁלַם *pacem habeo*, in Piël, *retribuo, perficio*, &c.

שְׁלוֹמִית Maſſ. *Schelomíth*, Vulg. *Selomith*, nomen proprium viri patris quorumdam ex his qui cum Eſdra Jeroſolymam petierunt. Eſdr. 8. v. 10. Etym. ut in voce præced.

שַׁלּוּן Maſſ. *Schallóun*, Vulg. *Sellun*, nomen filii Cholhoza qui portam fontis ædificavit, Nehem. 3. v. 15. Etym. apud Calaſ. *manens*, aut *qui manet*, ex לִין *maneo*, &c. alias etiam affert etymologias quas hûc non refero; quia mihi videntur nimis remotæ: poſſum addere Etym. eſſe ex שׁ, ab אֲשֶׁר deducto, & לִין, ſupra relato, quamquam non omnimodè & plenè hæc ſatisfaciat etymologia, ut & aliæ multæ.

שָׁלַח QAL. Vulg. & alii, *mitto, applico, dimitto, extendo, emitto, demitto, immitto, præmitto, remitto, tranſmitto*, &c. Cùm agitur de miniſtro aut nuntio, *lego, as, ablego*: at de manu, *extendo, porrigo*: plerumque, *lædo, percutio, occido, vim infero*; ſi de digito ſit quæſtio, *innuo, annuo, oſtendo, monſtro*; ſi de aquâ: *fundo, effundo.* Calaſius. Cognationem habet hoc Verbum cum שָׁלַךְ *abjecit*, nam quod abjicitur, emittitur. Hinc Græci, *στέλλω mitto.* Av. Conſtruitur cum accuſativo & præpoſitionibus עַל, אֶל, ל & ב. Buxt. Verſionem τῶν O. majoris claritatis gratiâ ſuo præciſè loco referemus aliquoties, maximè cùm novo verbo utentur.

PRAET. 3. p. ſ. m. שָׁלַח *miſit, dimiſit*, &c. pro loci varietate. Cum præf. Jerem. 25. v. 4. וְשָׁלַח יְהוָה אֲלֵיכֶם אֶת־כָּל־עֲבָדָיו. Vulg. *& miſit Dominus ad vos omnes ſervos ſuos.* O. ipſum Dominum loquentem inducentes; *καὶ ἀπέστελλον πρὸς ὑμᾶς τοὺς δούλους μου & mittebam ad vos ſervos meos.* Cum affix. Jerem. 28. v. 9. אֲשֶׁר־שְׁלָחוֹ יְהוָה בֶּאֱמֶת cognoſcetur propheta, *quòd miſerit eum Dominus in veritate.* Vulg. ſcietur propheta, *quem miſit Dominus in veritate.* O. *γνώσονται τὸν προφήτην ὃν ἀπέστειλεν αὐτοῖς κύριος ἐν πίστει cognoſcent prophetam quem miſit eis Dominus in fide.* לֹא שְׁלָחֲךָ *non miſit te*, m. אֲשֶׁר שְׁלָחֵךְ *qui miſit te*, f. שְׁלָחַנִי, & in pauſâ, שְׁלָחָנִי *miſit me*, c. Ezech. 13. v. 6. dicentes (ſtulti Prophetæ) dictum Domini, וַיהוָה לֹא שְׁלָחָם *cùm Dominus non miſerit eos.* O. *καὶ κύριος οὐκ ἀπέσταλκεν αὐτοὺς & Dominus non miſit eos.* 1. Reg. 25. v. 40. דָּוִד שְׁלָחָנוּ אֵלַיִךְ *David miſit nos*, c. *ad te.* 3. p. ſ. f. Prov. 9. v. 3. שָׁלְחָה נַעֲרֹתֶיהָ *miſit puellas ſuas.* Cum præf. Deut. 25. v. 11. וְשָׁלְחָה יָדָהּ וְהֶחֱזִיקָה בִּמְבֻשָׁיו. Vulg. neglecto pronomine: *miſeritque* (uxor) *manum, & apprehenderit verenda ejus*, viri qui rixatur contra maritum ſuum, abſcindes manum ejus. Alii, *ita ut emittat manum ſuam, & apprehendat pudenda ejus.* O. participialiter: *καὶ ἐκτείνασα τὴν χεῖρα ἐπιλάβηται τῶν διδύμων αὐτοῦ.* Ald. & C. addunt *αὐτῆς*, poſt *χεῖρα & extendens manum* (Ald. & C. ſuam) *apprehenderit teſtes ejus.* 2. p. ſ. m. שָׁלַחְתָּ *miſiſti*; in pauſâ, אֲשֶׁר שָׁלָחְתָּ *quos miſiſti.* Cum affix. Exod. 5. v. 22. לָמָּה זֶּה שְׁלַחְתָּנִי *quare miſiſti me*, c. vel *ut quid hoc? quare hoc? quamobrem jam? miſiſti me.* Hæc non contumaciæ verba ſunt, vel indignationis, ſed inquiſitionis & orationis, ait Auguſtinus, quæſt. 14. in Exod. O. *καὶ ἱνατί ἀπέσταλκάς με; & ut quid me miſiſti?* אֲשֶׁר שְׁלַחְתָּנוּ *quò miſiſti nos*, c. vel *ad quam* (terram) *miſiſti nos.* 1. p. ſ. c. Jerem. 23. v. 21. לֹא־שָׁלַחְתִּי אֶת־הַנְּבִאִים וְהֵם רָצוּ *non mittebam prophetas, & ipſi currebant.* Cum præf. וְשָׁלַחְתִּי *& mittam, & extendam manum meam*, pro loci varietate. Cum affix. Iſai. 55. v. 11. וְהִצְלִיחַ אֲשֶׁר שְׁלַחְתִּיו. Vulg. *& proſperabitur in his ad quæ miſi illud*, (verbum meum) m. Alii, *& pro-*

ſperè aget (id) *ad quod miſi illud*; quæ dixi evenient. Grot. O. καὶ εὐοδώσω τὰς ὁδούς σου, καὶ τὰ ἐντάλματά μου *& proſperas faciam vias tuas, & præcepta mea.* Apud Nobilium Cyrillus, ὁδούς μου *vias meas.* S. Hieron. *ejus.* Quid legerint O. non eſt facilè divinare, vel fortè hîc manum exteram experti ſunt. Inſuper videntur eſſe additamentum illa verba, καὶ τὰ ἐντάλματά μου: nempè aliquis legens ὁδούς μου, ut habet Cyrillus; poſuit in margine explicationis gratiâ, τὰ ἐντάλματά μου; quod poſteriores in textum induxerunt: ſi id valet, valeat: non affirmo, ſed conjicio. שְׁלַחְתִּיךָ *miſi te*, m. לֹא שְׁלַחְתִּים *non miſi eos.* 3. p. pl. c. לֹא שָׁלְחוּ *non miſerunt.* Cum præf. וְשָׁלְחוּ *& mittent, & miſerunt.* 2. p. pl. m. שְׁלַחְתֶּם *miſiſtis.* Cum præf. 2. Reg. 15. v. 36. וּשְׁלַחְתֶּם בְּיָדָם אֵלַי כָּל־דָּבָר אֲשֶׁר תִּשְׁמָעוּ *per quorum manum mittetis ad me, omne verbum quod audiveritis.* Vulg. *& mittetis per eos ad me*, &c. 1. p. plur. c. in pauſa, אֲשֶׁר שָׁלָחְנוּ *quos miſimus.*

Ben. ſ. m. שׁוֹלֵחַ & שֹׁלֵחַ, *mittens.* Cum præf. Job. 5. v. 10. וְשֹׁלֵחַ מַיִם עַל־פְּנֵי חוּצוֹת. Vulg. *& irrigat aquis univerſa.* Alii, *& qui mittit aquas ſuper facies platearum.* Iſai. 18. v. 2. הַשֹּׁלֵחַ בַּיָּם צִירִים. Vulg. *qui* (fortè legendum, *quæ*), *mittit in mare legatos.* O. & Theod. ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα *qui mittit in mare obſides.* Aq. πρεσβευτὰς *legatos.* Sym. ἀποστόλους *legatos.* Cum affix. 1. Reg. 21. v. 3. אֲשֶׁר־אָנֹכִי שֹׁלֵחֲךָ. Vulg. nemo ſciat rem, *propter quam miſſus es à me*; paſſivè expreſſit abſque ſenſûs læſione. Alii, vir ne ſciat quicquam, quod ad verbum attinet, *ad quod mittens ſum te*, m. O. δι᾽ ὃ ἐγὼ ἀποστέλλω σε *propter quod ego mitto te*, 2. Reg. 24. v. 13. וּרְאֵה מָה־אָשִׁיב שֹׁלְחִי דָּבָר. Vulg. *& vide quem reſpondeam, ei qui me miſit, ſermonem.* O. τῷ ἀποστείλαντί με *ei qui miſit me*, c. Plur. m. Ezech. 8. v. 17. וְהִנָּם שֹׁלְחִים אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם. Vulg. *& ecce applicant ramum ad nares ſuas.* Vide Synopſim Criticorum in quâ multa referuntur propter vocem הַזְּמוֹרָה. O. hîc intricati ſunt, & longum eſſet indagare quid legerint. Plur. conſtr. שֹׁלְחֵי, unde

cum præf. & affix. לְשֹׁלְחָיו *his qui miſerunt eum* (pigrum), m. לְשֹׁלְחֶיךָ *mittentibus te*, m. vel *iis qui miſerunt te.*

Paoul ſ. m. שָׁלוּחַ *miſſus.* Sing. fem. Ezech. 2. v. 9. וְהִנֵּה־יָד שְׁלוּחָה אֵלָי *& ecce manus miſſa ad me.* O. ἐκτεταμένη *extenſa.* In forma (ְ) pro (וּ), Gen. 49. v. 21. נַפְתָּלִי אַיָּלָה שְׁלֻחָה. Vulg. *Nephthali cervus emiſſus.* Alii, *Naphthali* (eſt) *cerva dimiſſa*, vel *libera*, quæ nimirùm velociſſimè fugit. O. Νεφθαλεὶμ στέλεχος ἀνειμένον *Nephtali virgultum reſolutum.* S. Ambroſius in Nobilio, *vitis remiſſa.* Vide Bochartum de Animalibus ſcripturæ parte prima, col. 896. ubi ſic vertit hunc verſum: *Nephthali ut arbor ſurculoſa*, vel *patula & ramoſa*) *edit ramos pulchritudinis*, id eſt, pulchros & eximios.

Infin. Num. 22. v. 37. הֲלֹא שָׁלֹחַ שָׁלַחְתִּי אֵלֶיךָ *nonne mittendo miſi ad te?* Cum ſimplici (ְ) pro (ָ) ſub prima radicali, שְׁלֹחַ *mittere.* Pro quo quaſi contractè שְׁלֹחַ *emittere* (digitum) vel *extendere.* Cum præf. וְשָׁלוֹחַ & וְשָׁלֹחַ, *& mittendo*, בִּשְׁלֹחַ *in mittendo, cùm mitteret*, וּבִשְׁלֹחַ *& cùm mitteret*, vel *& in mittendo*, לִשְׁלֹחַ *mittere, mittendo, ad mittendum* pro loci exigentiâ. 1. Reg. 26. v. 11. מִשְּׁלֹחַ יָדִי בִּמְשִׁיחַ יְהוָה abſit mihi à Domino, *ut mittam manum meam in unctum Domini.* O. ἐπενεγκεῖν *inferre, injicere*, &c. Cum præf. & affix. & in pauſâ, עַד שָׁלְחֶךָ *donec mittas tu* (hædum), m. בְּשָׁלְחִי אֹתָם *cùm ego mitterem eos*, c.

Imper. 2. p. ſ. m. שְׁלַח *mitte.* Cum præf. וּשְׁלַח *& mitte.* Cum ה parag. Gen. 43. v. 8. שִׁלְחָה הַנַּעַר אִתִּי *mitte puerum mecum.* Cum affix. שָׁלְחֵנִי *mitte me*, c. 2. p. plur. m. שִׁלְחוּ *mittite.* In pauſâ, שְׁלָחוּ *mittite.* Cum præf. וְשִׁלְחוּ *& mittite.*

Fut. 3. p. ſ. m. יִשְׁלַח *mittet.* Cum præf. Dan. 11. v. 42. וְיִשְׁלַח יָדוֹ בַּאֲרָצוֹת *mittet itaque manum ſuam in terras.* O. καὶ ἐκτενεῖ, &c. *& extendet*, &c. וַיִּשְׁלַח *& miſit, & immiſit, & emiſit*, &c. Cum affix. יִשְׁלָחֶנּוּ *mittet eum*, m. יִשְׁלָחֲךָ *mittet te*, m. Cum præfix. & affix. וַיְשַׁלְּחֵהוּ *& miſit eum*, m. וַיִּשְׁלָחֲךָ *& miſit te*, m. וַיִּשְׁלָחֵנִי *& miſit me*, c. וַיִּשְׁלָחֵם *& miſit, emiſit eos*, m. 3. p. ſ. f. cum

cum præf. וַתְּשַׁלַּח & *emiſit.* 2. p. ſ. m. Job. 1. v. 12. רַק אֵלָיו אַל־תִּשְׁלַח יָדֶךָ *ſed in ipſum ne mittas manum tuam.* O. ἀλλ' αὐτοῦ μὴ ἅψῃ *ſed ipſum ne tangas*... In pauſa, Exod. 4. v. 13. שְׁלַח־נָא בְּיַד־תִּשְׁלָח. Vulg. *mitte quem miſſurus es.* Alii, *mitte, age, per manum* (ejus quem) *mittes.* Coccei. Quid ſi ſic intelligamus? mitte angelum tuum, angelum fœderis, quem miſſurum te promiſiſti.... O. προχείρισαι δυνάμενον ἄλλον, ὃν ἀποστελεῖς *elige alium qui poſſit, quem mittes.* Cum præf. 2. Paral. 2. v. 2. וַתִּשְׁלַח־לוֹ אֲרָזִים. Vulg. *& miſiſti ei ligna cedrina.* Cum affix. תִּשְׁלָחֵנִי *mittes me*, c. תְּשַׁלְּחֵם *mittes eos*, m. תִּשְׁלָחֵנוּ *mittes nos*, c. 1. p. ſ. c. אֶשְׁלַח, & in pauſa, אֶשְׁלָח *mittam.* Cum præf. וְאֶשְׁלַח *& mittam, ut mittam*, וָאֶשְׁלַח *& miſi.* Inſuper cum ה parag. וְאֶשְׁלְחָה *& mittam*, וָאֶשְׁלְחָה *& miſi.* Cum aff. אֶשְׁלָחֲךָ *mittam te*, m. Cum præf. & affix. וְאֶשְׁלָחֲךָ *& mittam te*, m. וְאֶשְׁלָחֵם *& mittam eos*, m. 3. p. pl. m. לֹא־יִשְׁלְחוּ *non mittent*, vel *non extendent* juſti in perverſitatem manus ſuas. Cum præfix. וַיִּשְׁלְחוּ *& miſerunt.* 3. p. plur. f. תִּשְׁלַחְנָה *miſerunt* ad viros, venientes è longinquo. At Judic. 5. v. 26. difficultas eſt in hac voce quam variè vertunt, ut mox videbimus. יָדָהּ לַיָּתֵד תִּשְׁלַחְנָה וִימִינָהּ לְהַלְמוּת עֲמֵלִים. Vulg. *ſiniſtram manum miſit ad clavum, & dexteram ad fabrorum malleos.* Alii, *manus ſua arripuit clavum, & dextera ſua malleum laborantium*, vel *manus ejus* (ſub. ſiniſtra) *ad clavum mittent ſeſe, & dextera ejus ad malleum laborantium*, id eſt, fabrorum. Ordo turbatus, & futurum pro præterito, pro *manus ejus ad clavum, & dextera ejus ad malleum laborantium miſerunt ſeſe*, id eſt, tequiſierunt clavum & malleum.... Diputat תִּשְׁלָחֶנָּה poni, pro תִּשְׁלָחֶנָּה, nec dubitat quin, ſi textus vocalibus careret, ita legendum eſſet; unde ſic vertit: *manum ſuam ad clavum, miſit eam*, pro *ad clavum miſit*, pleonaſmo affixi Hebræis uſitatiſſimo. Vide Synopſ. Criticorum, ex quâ hæc excerpſi. Alii aliter ſolvere nituntur difficultatem. O. videntur legiſſe תִּשְׁלַח; vertunt enim ἐξέτεινε *extendit*, ut

& Vulg. reddens vocem hanc, *miſit.* 2. p. plur. m. Gen. 37. v. 22. וְיָד אַל־תִּשְׁלְחוּ־בוֹ *manum autem ne injiciatis in eum.* O. χεῖρα δὲ μὴ ἐπενέγκητε αὐτῷ *manum autem non inferatis ei.* In pauſa cum (ֹ) pro ſimplici (ְ), תִּשְׁלָחוּ *mittetis.* 1. p. plur. c. cum ה paragogico, נִשְׁלְחָה *mittamus* viros coram nobis. Cum præf. וְנִשְׁלְחָה *& mittamus*, & videamus.

NIPHAL נִשְׁלַח, unde in INFIN. juxta normam הִשָּׁלַח; ſed præter normam venit ut ſequitur cum præfix. Eſth. 3. v. 13. וְנִשְׁלוֹחַ סְפָרִים בְּיַד הָרָצִים *& miſſæ ſunt epiſtolæ per manum curſorum*, vel *& mittendo*, &c. *& ut mitterentur*, &c. Juxta quoſdam eſt ipſum præteritum Niphal, cum hhólem pleno ante (ַ) furtivum, præter morem, pro וְנִשְׁלַח *& mittebantur.* Poſſet quis legere וְנִשְׁלְחוּ, per tranſpoſitionem (ו) & ח, & tunc nulla eſſet anomalia. Vulg. *miſſæ ſunt.* O. videntur legiſſe in præteriti 3. p. ſ. m. ſicque efferunt: καὶ ἀπεστάλη διὰ βιβλιοφόρων *& miſſum eſt per tabellarios*; fortè וְנִשְׁלוֹחַ, ſumi poſſet ut nomen, & explicari ſic: *& miſſio* (fuit) *epiſtolarum*, &c. unde etiam aufertur anomalia vocis; valeat, ſi valet.

PIEL שִׁלַּח & שִׁלֵּחַ. Vulg. & alii, *extendo, mitto, projicio, ſubverto, ſemino, dimitto, ejicio, expello, emitto, remitto, produco, propago, venire facio, ire facio, ire ſino, promitto, porrigo, propello, excito, deduco, miſſum facio, applico, tendo*, &c.

PRAET. 3. p. ſ. m. שִׁלַּח *dimiſit, ejecit, expulit*, &c. Cum præfix. וְשִׁלַּח *& dimiſit, & dimittat.* Cum affix. 2. Reg. 3. v. 22. כִּי שִׁלְּחוֹ וַיֵּלֶךְ בְּשָׁלוֹם *ſed dimiſerat eum, & abierat in pace.* Vulg. *quia jam dimiſerat eum, & profectus fuerat in pace.* O. ὅτι ἀπεστάλκει αὐτὸν, &c. *quia dimiſerat eum.* Deut. 24. v. 4. אֲשֶׁר־שִׁלְּחָהּ *qui dimiſerit eam* (uxorem, non poterit iterum ſumere eam in uxorem). O. ὁ ἐξαποστείλας αὐτὴν, idem, שִׁלֵּחֲךָ *dimiſit te*, m. Joſue. 22. v. 7. וְגַם כִּי שִׁלְּחָם *imò cùm dimiſit eos.* Vulg. *cúmque dimitteret eos.* Cum præf. & affix. 1. Reg. 24. v. 20. וְשִׁלְּחוֹ בְּדֶרֶךְ טוֹבָה. Vulg. quis enim, cùm invenerit inimicum ſuum, *dimittet eum in*

viâ bonâ? Alii, *numquid dimittet eum in viam bonam?* O. καὶ ἐκπέμψοι αὐτὸν, &c. *& si dimittit eum*, &c. Deut. 24. v. 1. וְשִׁלְּחָהּ מִבֵּיתוֹ *& dimittat eam* (uxorem, repudii libello dato) *è domo suâ.* O. καὶ ἐξαποστελεῖ αὐτὴν ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ *& dimittet eam de domo sua.* 3. p. s. f. Proverb. 31. v. 20. וְיָדֶיהָ שִׁלְּחָה לָאֶבְיוֹן. Vulg. *& palmas suas extendit ad pauperem.* Alii, *& manus suas tendit egeno.* O. χεῖρας δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ *& palmam extendit inopi*; & sine daghésch in ל in quibusdam exemplaribus שִׁלְחָה *emisit, extendit.* 2. p. s. m. Job. 22. v. 9. אַלְמָנוֹת שִׁלַּחְתָּ רֵיקָם *viduas dimisisti vacuas.* Cum affix. 2. Reg. 3. v. 24. לָמָּה־זֶּה שִׁלַּחְתּוֹ וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ. Vulg. *quare dimisisti eum, & abiit, & recessit?* Alii, *quare dimisisti eum, ut iverit eundo?* שִׁלַּחְתַּנִי *dimisisses me*, c. Cum præf. & affix. Jerem. 34. v. 14. וְשִׁלַּחְתּוֹ חָפְשִׁי מֵעִמָּךְ *dimittes autem eum liberum à-cum te.* Gallicè, *d'avec vous.* Vulg. *& dimittes eum à te liberum.* Deut. 21. v. 14. וְשִׁלַּחְתָּהּ לְנַפְשָׁהּ *adeoque* (si) *dimiseris eam sibi ipsi.* Vulg. sensum expressit, *dimittes eam liberam* (captivam feminam quæ non sederit animo tuo). O. ἐξαποστελεῖς αὐτὴν ἐλευθέραν, ut Vulg. וְשִׁלַּחְתֶּם *& mittes ea* (vincula & juga), m. 1. Reg. 20. v. 5. וְשִׁלַּחְתַּנִי וְנִסְתַּרְתִּי בַשָּׂדֶה. Vulg. *dimitte ergo me, ut abscondar in agro*, c. Alii, *dimittes ergo me, ut occultem me in agro.* 1. p. s. c. Zachar. 9. v. 11. שִׁלַּחְתִּי אֲסִירַיִךְ מִבּוֹר. Vulg. in 2. p. s. f. *emisisti vinctos tuos de lacu*; videtur legisse שִׁלַּחַתְּ. Alii, *emittam vinctos tuos è foveâ.* O. similiter legerunt: ἐξαπέστειλας δεσμίους σου ἐκ λάκκου, ut Vulg. Cum præf. וְשִׁלַּחְתִּי *& mittam, & immittam*, &c. Cum aff. שִׁלַּחְתִּיהָ *dimisi eam*, f. Cum præf. & aff. 1. Reg. 9. v. 19. וְשִׁלַּחְתִּיךָ בַבֹּקֶר. Vulg. *& dimittam te manè*, m. O. καὶ ἐξαποστελῶ σε πρωῒ, idem. 3. p. pl. c. Jud. 1. v. 8. וְאֶת־הָעִיר שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ. Vulg. participialiter vertit: *tradentes cunctam incendio civitatem.* Alii, *urbique immiserunt ignem.* Ad verbum, *& civitatem miserunt in ignem.* O. καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησαν ἐν πυρὶ *& civitatem incenderunt in igne.* Psal. 73. Hebr. 74. v. 7. habes sine daghésch in ל, שִׁלְחוּ בָאֵשׁ מִקְדָּשֶׁךָ *miserunt in ignem sanctuarium tuum*; quod Vulg. reddit, *incenderunt igni sanctuarium tuum*: In pausa, שִׁלֵּחוּ *dimiserunt, projecerunt, impulerunt, subverterunt*, prout exigit sensus. Cum affix. עַד־הַגְּבוּל שִׁלְּחוּךָ, Abd. v. 7. Vulg. *usque ad terminum emiserunt te*, m. Alii jungentes quod sequitur: *usque ad terminum emittent te* (omnes viri fœderis tui). O. ut Vulg. interpungunt: ἕως τῶν ὁρίων ἐξαπέστειλάν σε *usque ad terminos dimiserunt te.* Vide Synopsim Criticorum. (י) mutato in (ֻ), שִׁלְּחֻהוּ *dimiserunt eum, remiserunt eum.* 2. p. plur. m. Jerem. 34. v. 16. אֲשֶׁר־שִׁלַּחְתֶּם חָפְשִׁים לְנַפְשָׁם. Vulg. *quos dimiseratis ut essent liberi & suæ potestatis.* Alii, *quos dimiseratis liberos pro arbitrio ipsorum.* O. οὓς ἐξαπεστείλατε ἐλευθέρους τῇ ψυχῇ αὐτῶν *quos dimiseratis liberos animæ suæ.* Cum præf. 1. Reg. 6. v. 8. וְשִׁלַּחְתֶּם אֹתוֹ וְהָלָךְ. Vulg. *& dimitte eam* (arcam) *ut vadat.* In O. duplicem habes interpretationem; quod tribuendum videtur scribarum oscitantiæ, aut ignorantiæ. Vide & judica. Ms. Alex. textui nostro concors est, & Ald. & C. itidem. καὶ ἐξαποστείλατε αὐτὴν, καὶ ἀπελεύσεται *& dimittite eam, & abibit.* 1. p. plur. c. Exod. 14. v. 5. מַה־זֹּאת עָשִׂינוּ כִּי־שִׁלַּחְנוּ. Vulg. *quid voluimus facere ut dimitteremus* (Israël) ne serviret nobis? Alii, *cur hoc fecimus, quòd dimisimus* (Israël, &c.)? O. in infinitivo reddunt: τοῦ ἐξαποστεῖλαι *dimisisse.* Alex. & Ald. participialiter: ἐξαποστείλαντες *dimittentes*, vel *qui dimisimus.*

Ben. s. m. מְשַׁלֵּחַ *mittens, dimittens*, &c. Cum præf. Prov. 6. v. 19. וּמְשַׁלֵּחַ מְדָנִים בֵּין אַחִים. Vulg. *& eum qui seminat inter fratres discordias*, (odit Dominus). O. καὶ ἐπιπέμπει κρίσεις, (Schol. ἀντιδικίας) ἀναμέσον ἀδελφῶν *& immittit judicia* (Schol. *lites, jurgia, discordias*) *inter fratres* testis injustus. Psal. 103. Hebr. 104. v. 10. הַמְשַׁלֵּחַ מַעְיָנִים בַּנְּחָלִים, Schmid. *qui emittit fontes in fluvios.* O. ὁ ἐξαποστέλλων πηγὰς ἐν φάραγξιν. Vulg. & O. *qui emittis fontes in convallibus.* Alii, *emittens fontes in valles, per valles*, faciens fluere. וְהַמְשַׁלֵּחַ *& qui dimittit* (caprum). Cum affix. Jerem. 28. v. 16. הִנְנִי מְשַׁלֵּחֲךָ מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה. Vulg. *ecce ego*

mittam te à facie terræ, m. Alii, *ecce ego* (ſum) *projiciens te à - ſuper faciebus terræ.* O. Verbaliter cum Vulg. ſed in præſenti: ἐξαποστέλλω σε *dimitto te.* Plur. m. מְשַׁלְּחִים *remittentes.* Cum præfix. 2. Paral. 32. v. 31. הַמְשַׁלְּחִים עָלָיו *qui miſerant ad eum* (Ezechiam). Vulg. legiſſe viderur הַמְשֻׁלָּחִים, vertit enim: *qui miſſi fuerant ad eum.* O. ſimiliter: τοῖς ἀποσταλεῖσι πρὸς αὐτὸν *qui miſſi fuerant ad eum.* Conſtr. Iſai. 32. v. 20. מְשַׁלְּחֵי רֶגֶל־הַשּׁוֹר וְהַחֲמוֹר. Vulg. *immittentes pedem bovis & aſini.* Alii, *emittentes*, vel *propellentes*, &c. Qui inſtigant & adjuvant eos, qui inſerviunt fidelibus. Cocceius. ... O. οὗ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ *ubi bos & aſinus calcat.*

INFIN. in forma plena. Deut. 22. v. 7. שַׁלֵּחַ תְּשַׁלַּח אֶת־הָאֵם *dimittendo dimittes matrem* (avium). Contractè שַׁלַּח *emittere*, *dimittere.* Cum præfix. Iſai. 58. v. 6. וְשַׁלַּח רְצוּצִים חָפְשִׁים *& dimittere contuſos liberos.* Hoc eſt jejunium quod Deus eligit hîc, &c. Vulg. in imperandi modo ſumpſit: *dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos.* Similiter O. ἀπόστελλε *dimitte*, &c. בְּשַׁלַּח *in dimittendo, cùm dimiſiſſet* (Pharao populum). לְשַׁלַּח *dimittere*, לְשַׁלַּח *ad dimittendum* (Iſraëlem). Nehem. 8. v. 12. וּלְשַׁלַּח מָנוֹת. Vulg. *&* (ut) *mitteret* (populus) *partes.* Alii, *& ad mittendas portiones.* O. καὶ ἀποστέλλειν μερίδας *& mittere partes.* Cum aff. Deut. 22. v. 29. לֹא־יוּכַל שַׁלְּחָהּ כָּל־יָמָיו. Vulg. *non poterit dimittere eam* (virginem quam humiliaverit homo) *cunctis diebus vitæ ſuæ*, שַׁלְּחָם *dimittere eos.* Cum præf. & affix. Ezech. 31. v. 5. בְּשַׁלְּחוֹ. Vulg. retulit ad עֵץ *arbor*, ideò vertit, *cùmque extendiſſet umbram ſuam.* Alii retulerunt ad תְּהוֹם *abyſſus*, vertuntque: *cùm illa mittebat* (eas, aquas ſcilicet multas), vel quas *ipſa miſit.* Alii aliter in Synopſi Criticorum; in O. vacat. Complut. ἐν τῷ ἐκτεῖναι αὐτὸν *dum extenderet eum*; obſcura ſatis hæc. In Hexaplis ſic redditur: *cùmque extenderet.* Exod. 11. v. 1. בְּשַׁלְּחוֹ *cùm dimittet ipſe* (Pharao), Exod. 4. v. 23. וַתְּמָאֵן לְשַׁלְּחוֹ. Vulg. *& noluiſti dimittere eum*, (filium primogenitum meum Iſraël). O. εἰ μὲν οὖν μὴ

βούλει ἐξαποστεῖλαι αὐτοὺς *ſi igitur non vis dimittere eos.* Pluraliter extulerunt referentes ad λαὸν nomen collectivum. Iſai. 27. v. 8. בְּסַאסְּאָה בְּשַׁלְחָהּ תְּרִיבֶנָּה. Vulg. *in menſura contra menſuram, cùm abjecta fuerit, judicabis eam.* Alii, *in ſato, in emittendo eam, judicabis eam*, vel *in plantatione ejus*, vel *dum amandas eam*, vel *cùm germinat*, vel *ſurculos emittit* (vinea). Pronomen hîc mutatur è maſculino in femininum, quia verſu præced. *populum*, hîc *vineam* reſpicit. Ang... Schmidius, *cum menſurâ, dum dimiſit eam, contendit cum eâ.* Theod. ἐν μέτρῳ μέτρον, ἐν τῇ ἐξαποστολῇ αὐτῆς κρινεῖς αὐτήν *in menſurâ menſura, in emiſſione ejus judicabis eam.* In Hexaplis κρινεῖ *judicabit.* O. hîc intricati ſunt, ut conferenti patebit. Deut. 22. v. 19. לֹא־יוּכַל לְשַׁלְּחָהּ כָּל־יָמָיו. Vulg. *& non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ ſuæ.* בְּשַׁלֵּחֲךָ *quando dimiſeris tu*, m. Ad verbum, *in dimittendo te* ipſum ſervum Hebræum liberum, aut ſervam ejuſdem gentis, ex antecedentibus. Ezech. 5. v. 16. בְּשַׁלְּחִי אֶת־חִצֵּי הָרָעָב *in mittendo me*, c. id eſt, *quando miſero ſagittas famis*, לְשַׁלְּחֵנִי *dimittere me, expellere me*, c. (malum magnum hoc præ altero). לְשַׁלְּחָם *ad dimittendum eos* (ibat cum ipſis Abraham), Vulg. Gen. 18. v. 16. *deducens eos.* Exod. 13. v. 15. וַיְהִי כִּי־הִקְשָׁה פַרְעֹה לְשַׁלְּחֵנוּ. Vulg. *nam cùm induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere*, c. Alii, *cùmque induraſſet Pharao* (animum), *quominus dimitteret nos.* Ad verbum, *& fuit, cùm induraſſet ſe Pharao ad dimittendum nos*, id eſt, *cum obſirmaſſet vultum ſuum, ſe non dimiſſurum nos*, Vatabl.

IMPER. 2. p. ſ. m. Eccleſ. 11. v. 1. שַׁלַּח לַחְמְךָ עַל־פְּנֵי הַמָּיִם. Vulg. *mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas.* Cum affix. Gen. 30. v. 25. וַיֹּאמֶר יַעֲקֹב אֶל־לָבָן שַׁלְּחֵנִי *& dixit Jacob ad Laban, dimitte me*, c. 2. p. ſ. f. שַׁלְּחִי *dimitte.* Cum affix. 1. Reg. 19. v. 17. שַׁלְּחִנִי לָמָּה אֲמִיתֵךְ. Vulg. *dimitte me*, c. *alioquin interficiam te.* O. ἐξαπόστειλόν με, εἰ δὲ μὴ, θανατώσω σε *dimitte me, ſi autem non* (dimiſeris,) *interficiam te.* 2. p. plur. m. שַׁלְּחוּ *dimittite* (arcam), *mittite, remittite.* Cum

affix. שִׁלְחוּנִי & שַׁלְּחֻנִי, *dimittite me*, c.

Fut. 3. p. ſ. m. Proverb. 6. v. 14. בְּכָל־עֵת מְדָנִים יְשַׁלֵּחַ. Vulg. *& omni tempore jurgia ſeminat*, (homo apoſtata). Alii referunt ad præcedentia ſic: fabricat malum *omni tempore; rixas mittit.* O. ἐν παντὶ καιρῷ ὁ τοιοῦτος (a.) ταραχὰς συνίστησι πόλει *in omni tempore, qui talis eſt, turbationes affert civitati.* (a.) Scholiaſt. ἀντιδικίας *contentiones, jurgia*; videntur legiſſe לְעִיר *civitati*, poſt יְשַׁלֵּחַ, aut explicationis gratiâ addidiſſe. Prov. 16. v. 28. אִישׁ תַּהְפֻּכוֹת יְשַׁלַּח מָדוֹן. Vulg. *homo perverſus ſuſcitat lites.* Alii, *vir perverſitatum emittet contentionem.* O. ἀνὴρ σκολιὸς διαπέμπεται κακά. Schol. ἐπιστέλλει ἀντιδικίαν. O. *vir perverſus tranſmittit mala.* Schol. *immittit diſcordiam.* Sym. μάχας *lites, pugnas.* Cum præfix. Exod. 6. v. 11. וִישַׁלַּח אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *ut dimittat* (Pharao) *filios Iſraël*; וַיְשַׁלַּח *& emiſit, & immiſit, & dimiſit.* Cum affix. Deut. 28. v. 48. אֲשֶׁר יְשַׁלְּחֶנּוּ יְהוָה בָּךְ. Vulg. ſervies inimico tuo, *quem immittet tibi Dominus.* Alii, ideò ſervies hoſtibus tuis, *quemcumque mittet Dominus contra te.* Ad verbum, *quem mittet eum* pleonaſmo apud Hebræos non inſolito. Ubi etiam eſt affix. ſing. quamvis præceſſerit plurale, אֹיְבֶיךָ, unde explicandum eſt pluraliter, vel ita ut pluralitas intelligatur, ut ſupra factum eſt, ſi exactè velit quis adhærere litteræ. O. οὓς ἐξαποστελεῖ κύριος ἐπὶ σὲ *quos immittet Dominus in te*, יְשַׁלְּחֵם *dimittet eos* (in manu tuiti). Cum præf. & aff. וַיְשַׁלְּחֵהוּ *& dimiſit eum*, וַיְשַׁלְּחֶהָ *& ejecit eam, & dimiſit eam* (τὴν Agar). וַיְשַׁלְּחֵם *& dimiſit eos.* Job. 12. v. 15. וִישַׁלְּחֵם וְיַהַפְכוּ־אָרֶץ. Vulg. *& ſi emiſerit eas*, m. (Deus, aquas) *ſubvertent terram.* Alii, *& emittit illas, & ſubvertunt terram.* O. ἐὰν δὲ ἐφῇ, ἀπώλεσεν αὐτὴν καταστρέψας *ſi autem emiſerit* (aquam) *perdidit evertens eam* (terram). Gen. 19. v. 13. וַיְשַׁלְּחֵנוּ יְהוָה לְשַׁחֲתָהּ. Vulg. *qui* (Dominus) *miſit nos*, c. *ut perdamus illos.* Alii, *miſitque nos Dominus ad perdendum eam* (Sodomam). O. καὶ ἀπέστειλεν ἡμᾶς κύριος ἐκτρῖψαι αὐτήν *& miſit nos Dominus exterere eam.* Vulg. habitatorum perditionem maluit efferre quàm ipſius

urbis. 3. p. ſ. f. Pſal. 79. Hebr. 80. v. 12. תְּשַׁלַּח קְצִירֶהָ עַד־יָם, O. ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης. Vulg. *extendit palmites ſuos uſque ad mare*, (vinea ex Ægypto tranſlata, populus nempe Judaicus). Aq. ἀποστελεῖ τὸν θερισμὸν αὐτῆς *mittet meſſem ſuam.* Sym. & V^a. edit. τὰς χαίτας αὐτῆς ἐξέτεινεν ἕως θαλάσσης *comas ſuas extendit uſque ad mare.* Theod. ἐξαπέστειλε *emiſit*, &c. S. Hieron. *expandit comas ſuas uſque ad mare.* Alii referentes ad Deum, *emiſiſti propagines ejus uſque ad mare.* Cum præf. Ezech. 17. v. 6. וַתְּשַׁלַּח פֹּארוֹת. Vulg. *& emiſit propagines*, vel ut alii, *ramos* (nempe vinea). Cum præf. & aff. וַתְּשַׁלְּחֵם *& dimiſit eos.* 2. p. ſ. m. תְּשַׁלַּח *mittes, immittes, dimittes.* Cum præf. הַתְשַׁלַּח *num emittes?* Cum affix. Deut. 15. v. 12. תְּשַׁלְּחֶנּוּ *dimittes eum* (liberum... non vacuum, *abire patieris*). 3. Reg. 11. v. 22. כִּי שַׁלֵּחַ תְּשַׁלְּחֵנִי. Vulg. *ſed obſecro te, ut dimittas me*, c. Alii, *ſed dimittendo dimittes me.* Cum præf. & aff. Job. 14. v. 20. מְשַׁנֶּה פָנָיו וַתְּשַׁלְּחֵהוּ. Vulg. *immutabis faciem ejus, & emittes eum.* Alii interrogativè vertunt: ergone *mutans* eris *facies ejus* (hominis) *donec abjicias eum?* vel *mutans vultum ejus, & dimittis eum*, vel *ut dimittas eum.* Maimonides putat de Adamo hæc dici, qui poſtquam propoſitum ſuum mutaverat, à Deo expulſus eſt. Grot. O. ἐπέστησας αὐτῷ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐξαπέστειλας *abjeciſti ei faciem, & dimiſiſti.* S. Aug. in Nobilio, *mutaſti faciem ejus.* וַתְּשַׁלְּחֵם *& dimiſiſti eos*, vel *& ejeciſti eos.* 2. p. ſ. f. cum præf. 1. Reg. 19. v. 17. וַתְּשַׁלְּחִי אֶת־אֹיְבִי *& dimiſiſti inimicum meum.* 1. p. ſ. c. Exod. 5. v. 2. וְגַם אֶת־יִשְׂרָאֵל לֹא אֲשַׁלֵּחַ. Vulg. neſcio Dominum *& Iſrael non dimittam.* Alii, *imò etiam Iſraelem abire non patiar.* Tanta eſt ſuperbia Pharaonis, ut verbis exprimi non poſſit. אֲשַׁלַּח *mittam*, vel *dimittam.* Cum præfix. Zachar. 8. v. 10. וַאֲשַׁלַּח אֶת־כָּל־הָאָדָם אִישׁ בְּרֵעֵהוּ. Vulg. *& dimiſi omnes homines, unumquemque contra proximum ſuum.* Alii, *ſed immiſi*, vel *& committam*, vel *& dimittebam*, &c. Paſſus ſum multas vobis inferri moleſtias à vicinis. Grot. O. καὶ ἐξαποστελῶ *& dimittam*, &c. Inſuper cum ה paragog.

וְאִשַׁלַּחְתְּ אֶתְכֶם *& dimittam vos.* Cum affix. Isai. 10. v. 6. בְּגוֹי חָנֵף אֲשַׁלְּחֶנּוּ. Vulg. *ad gentem fallacem mittam eum.* Cocceius; faciam ut veniat in hypocritas. לֹא אֲשַׁלֵּחֲךָ *non dimittam te*, m. Cum (·) in penult. ob pausam, & daghesch in ך ad compensandum נ epentheticum abjectum, 3. Reg. 20. v. 34. וַאֲנִי בַּבְּרִית אֲשַׁלְּחֶךָּ. Vulg. *& ego fœderatus recedam à te*, m. Alii, *at ego cum fœdere dimittam te.* Cum præf. & affix. וָאֲשַׁלְּחֵהוּ *& dimisi eum* (populum meum). Judic. 20. v. 6. וָאֲנַתְּחֶהָ וָאֲשַׁלְּחֶהָ. Vulg. quam arreptam, *in frusta concidi, misique partes.* Alii, *& dissecui eam, misique eam* (pellicem). Vulg. optimè sensum reddidit. Gen. 31. v. 27. וָאֲשַׁלֵּחֲךָ בְּשִׂמְחָה *ut dimitterem te*, m. *cum gaudio.* Vulg. *ut prosequerer te cum gaudio*, vel *& deduxissem te*, &c. Cum (·) in penultima ut supra, קוּמָה וַאֲשַׁלֵּחֶךָּ *surge, & dimittam te*, m. 3. p. plur. m. Job. 21. v. 11. יְשַׁלְּחוּ כַצֹּאן עֲוִילֵיהֶם. Vulg. *egrediuntur quasi greges parvuli eorum.* Alii, *emittunt sicut gregem fœtus eorum*, (boum imprægnantium & vaccarum qui ad impios pertinent), vel *amandant à se* (impii) sub. in plateas aut campos, D. ex Vatabl. *quasi greges natos*, sive *liberos eorum.* O. μένει δὲ ὡς πρόβατα αἰώνια *& permanent sicut oves æternæ;* aut, inquit Schol. in Nobilio, permanent eis oves, ac si æternæ essent, nullum morbi, aut pestilentiæ detrimentum sentientes, aut ipsi impii permanent in multitudinem excrescentes, sicut oves, & fœturis immortalitatem imitantes. Hîc aliter legerunt O. ut evidens est; quid autem legerint nescio. In pausa, Ezech. 44. v. 20. וּפֶרַע לֹא יְשַׁלֵּחוּ. Vulg. *neque comam nutrient* (Sacerdotes & Levitæ). Schmid. *& comam non demittent*, Alii, *promittent.* Videtur Sacerdotibus edici, nè vel raso, vel nimiùm capillato capite incedant. Sanctius.... O. καὶ τὰς κόμας αὐτῶν οὐ ψιλώσουσι. Theodoret. ὁ Σύρ. καὶ ὁ Ἑβρ. οὐ θρέψουσιν, ἰφασαν. O. *& comas suas non ad pressum tondebunt.* Adjicit Nobilius, sic S. Hieronymus ex Lxx. Theod. Syrus & Hebræus, *non nutrient*, dixerunt. Cum præf. וַיְשַׁלְּחוּ, & in pausa, וַיְשַׁלֵּחוּ *& emiserunt, & dimiserunt.* Cum præf. & affix. Judic. 19. v. 25. וַיְשַׁלְּחוּהָ בַּעֲלוֹת הַשָּׁחַר. Vulg. Quâ cùm totâ nocte abusi essent, *dimiserunt eam manè*, f. Alii, *& dimiserunt eam, cùm ascenderet aurora*, וַיְשַׁלְּחוּם *& dimiserunt eos*, m. vel *& abire eos siverunt.* 3. p. pl. f. Job. 39. v. 3 חֶבְלֵיהֶם תְּשַׁלַּחְנָה. Vulg. *& rugitus emittunt* (ibices & cervæ). Alii, *dolores suos emittunt* (rupicapræ & cervæ). O. ὠδῖνας δὲ αὐτῶν ἐξαποστελεῖς. Nobilius, *& partus earum emittes.* Aq. Sym. ὠδῖνας αὐτῶν, ἀπολείπουσιν *fœtus emiserunt, & cessant.* Sic in Hexaplis; quæ certè indicant aliam lectionem, de quâ nihil reperi. 2. p. pl. m. אַל־תְּשַׁלְּחוּ *non dimittetis.* In pausâ, תְּשַׁלֵּחוּ *emittetis.* Cum affix. תְּשַׁלְּחוּם *emittetis eos*, (leprosos, &c.) Cum præf. & affix. Gen. 26. v. 27. וַתְּשַׁלְּחוּנִי מֵאִתְּכֶם *& (cùm) ejeceritis me à vobiscum?* Vulg. *& (quem) expulistis à vobis?* 1. p. plur. c. cum affix. 1. Reg. 6. v. 2. הוֹדִעֻנוּ בַּמֶּה נְשַׁלְּחֶנּוּ לִמְקוֹמוֹ *notum facite nobis*, c. *quomodo dimittemus eam* (arcam) *in locum suum?* Vulg. *remittamus.* Cum præf. & affix. Gen. 26. v. 29. וַנְּשַׁלֵּחֲךָ בְּשָׁלוֹם *& dimisimus te in pace*, m.

PUAL שֻׁלַּח. Vulg. & alii, *immitto, dimitto, dissipor, mittor, emittor, dimittor, impellor, negligor*, &c.

PRAET. 3. p. s. m. Job. 18. v. 8 כִּי שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו. Vulg. (qui videtur legisse שִׁלַּח...רַגְלָיו) *immisit enim in rete pedes suos* (impius). Alii, *quia impelletur in rete pedibus suis*, vel *impellitur*, vel *incedit*, vel *ire permittitur cum reti in pedibus suis.* O. ἐμβέβληται δὲ ὁ πούς αὐτοῦ ἐν παγίδι *& immissus est pes ejus in laqueum;* videntur legisse רַגְלוֹ *pes ejus.* Cum (·) ob pausam, Abd. v. 1. וְצִיר בַּגּוֹיִם שֻׁלָּח. Vulg. qui videtur legisse in Qal, שִׁלַּח *& legatum ad gentes misit.* Alii, *& legatus in gentibus missus est*, vel *& nuntius inter gentes missus est.* O. καὶ περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλεν *& munitionem in gentes misit* (Idumæa). Sym. ἀγγελίαν *legationem;* videntur O. legisse itidem, שִׁלַּח *misit.* 3. p. s. f. Isai. 50. v. 1. וּבְפִשְׁעֵיכֶם שֻׁלְּחָה אִמְּכֶם. Vulg. activè vertit & ad eumdem sensum: *& in sceleri-*

bus veſtris dimiſi matrem veſtram. Alii, *& ob prævaricationes veſtras dimiſſa eſt mater veſtra.* O. etiam activè intellexerunt, *ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν dimiſi matrem veſtram.* 1. p. ſ. c. שְׁלַחְתִּי אֵלֶיךָ *miſſus ſum ad te*, m. 3. p. plur. c. שִׁלֵּחוּ *dimiſſi ſunt* (cum aſinis ſuis).

